

R/ 5129

PRAELECTIONES  
PISANAE  
HIERONYMI MERCVRIALIS  
FOROLIVIENSIS

MEDICINAM PISIS EDICO SVPRAORDINARIO VOCATO  
PROFITENTIS

In Epidemicas Hippocratis Historias,


*Non minus ad Theoreticam, atque Practicam Medicinam utiles,  
quam ob eruditionem iucundae.*

Nec non Tractatus } Primò, De Hominis Generatione,  
                              } Secundò, De Balneis Pisanis,  
                              } Tertiò, De Vino & Aqua.

*Cum Indice copioso eorum quae in his operibus continentur.*


CVM PRIVILEGIIS,

AD SERENISSIMUM FERDINANDUM MEDICEM  
Magnum Etruriae Ducem.



VENETIIS, Apud Iuntas, M D XCVII.

*superiorum permissu.*



*Apud  
Iuntas*

*con. de lib. 201*

22/5-1039

PRAELECTIONES  
PISANAЕ  
HIERONYMI MERCVRIALIS  
FOROLIVIENSIS

MEDICINAM PISIS LOCO SVPRAORDINARIO VOCATO  
PROFITENTIS

In Epidemicas Hippocratis Historias,


*Non minus ad Theoricam, atque Practicam Medicinam utiles,  
quam ob eruditionem iucundae.*

Nec non Tractatus { Primò, De Hominis Generatione,  
                                  { Secundò, De Balneis Pisanis,  
                                  { Terriò, De Vino & Aqua.

*Cum Indice copioso eorum quae in his operibus continentur.*


CVM PRIVILEGIIS,

AD SERENISSIMVM FERDINANDVM MEDICEM  
Magnum Etruriae Ducem.



*Prolo  
clit  
alun*

*no) an. d. 1671*



VENETIIS, Apud Iuntas, M D XCVII

*Superiorum permissu.*



# SERENISSIMO FERDINANDO MEDICI

Hetruriae Magr. Ducis,

*HIERONYMVS MERCVRIALIS S. D.*



CONSVERVNT (Serenissime Princeps) qui magnis viris cogitationes suas nuncupant, in eo potissimum versari, ut vel dedicationis rationem disertè afferant, vel eius cui dedicant laudes, & merita longa, atque eleganti oratione prosequantur. Ego uero, cur primum agam nullam evidentem causam intueor, quòd nemo sit, qui si Mercurialem cognoscit, simul quoque compertum non habeat, me, quicquid sum, tuà heroica virtute atq; benignitate esse, sub tuae Celsitudinis umbra hoc literario otio, hac tranquillitate, & demum hac iam inclinantis aetatis securitate frui proptereaque omnia studia, omnes labores, omnes huiusce mei pectoris, & ingenij conatus tibi tamquam auctori, patrono certè, atque benefactori summo deberi. Quòd uero spectat ad alterum, uanum, atque arrogans nimis planè essem, si animi, corporisque eximias doctes, si imperij foelicitatem, si populorum tibi subiectorum iustam, beatamque gubernationem, si denique omnium rerum diuinitus tibi, tamquam publico mundanae huiusce fortunae ministro concessam potestatem recensere conarer. Quocirca hoc vnum ingenuè proferre sat erit, me hasce in magni Hippocratis Epidemicas Historias commentationes, in tua Florentissima Pisarum Academia a me, & partas, & auditoribus propositas sub Celsitudinis tuae nomine passum esse in lucem prodire, tum, ut quae tua sunt, me grato, & prompto animo libenter exponere sciatur, tum etiam, ut exteri omnes, quicumque Artis Medicae totiusq; encyclicae disciplinae aliquo amore tenentur, aperitè intelligant, antiquum illum, & egregium Familiae Medicae in bonarum artium studia, studiososque omnes singularem propensionem, tanto magis in te conseruari, atque crescere, quanto Dei optimi Maximi, cui arctissime coniunctus es, fauore, & gratia multo plus commodi, & facultatis ad benefaciendum cunctis, quam antecessores tui habes, ut iure posteri omnes id testari, & praedicare omni tempore debeant Ferdinandum Medicum non minus in alendis, sustentandis, & a dira fame tuendis populorum corporibus; quam in ingenijs excolendis, prouehendisque ualuisse, & uoluisse. Deus optimus Maximus Celsitudinem tuam diu foelicem, & incolumem conferuet.

# HORATIVVS CORNACHINIVS PHILOSOPHVS ET MEDICVS LECTORIS.



**V**IS hoc tempore Hieronymus Mercurialis sit quantumque in Arte Medica exornanda, & prouehenda non sine eorum, qui ipsum uel publice, uel priuatim in cunctis pene Italiae gymnasijs profitentem audierunt, aut etiamnum audiunt, admiratione laboret, neminem, qui ignoret esse arbitror, ut ob hoc etiam quotidie, unusquisque studiosus, & iam edita ipsius scripta, & quae adhuc non sunt edita summopere videre gestiat. Veruntamen is uel quia non semper sibi placet, uel quia rerum suarum perfectionis nimis studiosus est, haud libenter cunctus, quas indefessis studijs, quotidie promit cogitationes in publicum prodire sinit, ea contentus laude, quam a cunctis illis, qui publice ipsum per legentem auscultant uberrime in dies acquirit. Cur autem nunc has, quas annis praeteritis in Epidemicas Hippocratis historias habuit, nec non de Generatione hominis lectiones in lucem exire permiserit, non potissimum effecerunt, quorum nutibus statim non obsecundare sibi uetitum est. Quae in re, & si etiam ipse, qui iam biennium cum audiui, ab eiusque ore cuncta, quae potui maiore diligentia excepti, non exigua operam praestiterim, ille tamen quoque manum adhibere, ut sibi per occupationes, & studia licuit, in ijs expoliendis, & ordinandis uoluit. Quae autem sit ipsius ingenij, & linguae uis tum in legendo, tum in Hippocratis mente exprimenda, poteris quidem ex hisce tanquam ex ungue, quod dicitur, aestimare leonem: at multo magis mirari, si quod plerique faciunt, eum ex cathedra differentem, eruditionemque, ac medicinae archana continuo spirantem audires. Quod uero Hippocratis uerba ita, quemadmodum animaduertere licet, transferrere sibi placuerit, ea causa potissimum fuit impulsus, quod cum Hippocrates diuerso dictionis genere in hisce casibus enarrandis ab alijs suis cogitationibus utatur, operae precium esse duxit, ut eum quasi graece loquentem repraesentaret, sic enim qui Graecam linguam minime callent, sibi persuadere poterunt huiusmodi interpretationem puram dictionem graecam esse, nec non ipsismet Hippocratem loquentem audire. Marcus frater meus amantissimus, qui & ipse Mercurialem non absque incredibili fructu audiuit, eiusque uerba non minori me diligentia excepit, forsitan prope diem, quas habet, eius in Prognostica Hippocratis praelectiones in Pisano gymnasio primis annis magna sui gloria habitas in lucem emittet. Tu autem interim Mercurialis longos annos a Deo precari minime desinas, quod, ut sperant omnes huic arti nostrae decussatque ornamentum in dies magis ab ipsius foelicissimis conatibus augeatur. Vale.

# INDEX IN HISTORIAS EPIDEMICAS.



**A** Cibo & potu cur somnolenti fiant . 51  
Ab exercitatione nihil est edendum, aut bibendum 67  
Abscessus partium infernarum uiles sunt 44  
Abortus primis diebus minus periculosus 117  
Abscessus aliquin optimi cur morbum non sinit 198  
Ad quam medicinae partem haec tractatio spectet 2  
Ad leuandam lassitudinem ueteres praecipiebant uomitum ex Arist. 67  
Ad quid haec expositio conferat 2  
Alexandri opinio cur Phrenitici & insanientes spiritum magnum & raram habeant 65  
Alexandri opinio cur aliqui erubescant 156  
Aliqui morbi lienosi non recte curati post duodecimum annum redeunt 28  
Aliqui ad aperienda intestina pileam plumbeam deuoranda m dabant 116  
Alii atque resicere statum scire in morbis maxime confert 108  
An magnitudo manus Hepatis magnitudinem indicet 45  
Aniqui inspiciebant extra ad aquae bonitatem explorandam ex Virruuo 51  
A decimo octauo usque ad trigessimum quintum annum cur minus moriantur 20  
Aniquitus catulorum caro & alia similia egrotis concedebantur 21  
Aniqui non utebantur hyrundinibus ad sanguinem extrahendum 22  
An & quando in puerperis secunda sit uena brachij 34  
An morbus Regius lethalis sit ante septimum diem 84  
Angina quid sit 106  
An in anginis tundenda sit uena subter linguam 109  
An, & a qua parte in pleuritide sit mittendus sanguis, 164  
Aniqui bis tantum in die comedebant ex Plutarcho 31  
Apollonius Thianensis pestem de se praedixit 3  
Apud Aegyptios capitale erat ante tertiam quicquam mouere 11  
Apud ueteres fetus inanimatos occidere licebat 117  
Apud aliquas nationes erat uetitum lege ne ante vigesimum annum coirent 192  
Aqua in bilem uertitur ex Hippoc. & Alexandro 96  
Arabes Celsus, & Rufus putarunt corpora solis clysteribus ali posse 108  
Aristotelis & Theophrasti opinio de sudore 3  
Aristotelis opinio cur aliqui ob nimias sessiones pinguescant, & alij siccescant 80  
Aristotelis opinio cur caeci a natiuitate calui non fiant 91  
Aristotelis opinio quod ob occultam uirutem non ob calorem uina inebriant 96  
Aristotelis opinio cur ueteres negarent uinum nutrimentum 97

Aristotelis opinio cur merum minus uino diluto caput petat 98  
Aristotelis opinio cur temulenti ex uino prono capite decumbant, contra autem ebrj ex Zytho 99  
Aristotelis & Galeni opinio quod pluribus modis intereat calor 107  
Aristotelis ac Theophrasti opinio quod cursus uelox caput ledat 119  
Aristotelis opinio quod ex lingua ardens febris coijci possit 118  
Aristotelis opinio quod odor extincta lucerna abortum faciat 119  
Aristotelis opinio quod bruta ob menstruorum copiam frequentius abortiant 119  
Aristotelis opinio quod dexter oculus sit sinistro humidior 121  
Aristotelis & Platonis opinio quod uirgines ante decimum octauum annum non sint pubenda 125  
Aristotelis opinio quod corpora pingua citius intereant. 131  
Aristotelis & Hippocrates opinio quod ubi est Melancholia ibi multum feri reperitur 137  
Aristotelis opinio quod qui sollicitudine tenentur ijs soluantur alius 143  
Aristotelis opinio cur pedes minime omnium sudent 158  
Aristotelis opinio quae mala ex immoderata uenere sequantur 169  
Aristotelis opinio quod homo maxime omnium animalium in coitu languescat 170  
Aristotelis opinio quod absque mensium profusio concipi possit 178  
Aristotelis opinio cur adolescens eam odio persequatur cum qua primo concubuit 193  
Aristotelis opinio quod duo genera nigredinis possint esse in corpore nostro 198  
Aristotelis opinio quod lienosis in auribus uicera praua fiant, & oris, ac gingiuarum factor 198  
Aristotelis opinio cur in aliquibus superfetatio fiat 203  
Aristotelis opinio quod aliqua animalia lienem in dextera parte habeant 205  
Aristoteles & Theophr. referunt nonnullos cruentum habuisse sudorem 18  
Aristotelis opinio cur magis partibus superioribus sudemus 25  
Aristotelis opinio quod loca palustria habitantibus caput, non erus sanetur. 51  
Asparagus siluestris sanguinis minctionem gignit 199  
Auerrois opinio cur uentriculus & intestina frequenter doleant 139  
Auerrois opinio quod indigestiones sunt egritudinum matres 96  
A uini potu alii faciles sunt 97  
Auerrois opinio quod prassina & eruginea bilis in uentriculo fiant 147  
Auerrois opinio quod Epilepsia a flatu fiat 60  
Auctor nil humens cur febres generet 5



INDEX

In malis affectibus corporibus omne ferè quod sumitur in pessimum nutrimentum vertitur 126
In quo effectus ventriculi solida magis quam liquida nominantur 114
Indicatio vitalis omnium maxime refert 87
In convulsionibus caninis morbus in qua parte reperitur 79
Iecur vero ædemate non tentatur 207
Intemperies frigida cordis duplex esse potest 142
Insania cur potius circa meridiem fiat 97
Inflammatis partibus supra renes sanguis a superioribus partibus mittendus ex Hip. & Galeno 105
Ileon quid sit 113
Ilei que sint internæ cause 114
In ileo cur magis tenuia intestina patiantur 113
Iliaci cur potum continere nequeant 114
Intemperamentum calidum & humidum pestem gignit 5
Interrogatio medici circa quot versari debeat 11
In febribus acutis medicamenta purgantia sunt vitanda 23
In febribus quatuor sunt spectanda. Idea, magnitudo, motus, & mos 20
Indicia sunt tetræ materiæ ad caput properantis iactatio & liuiditas 16
Idem Naturæ quod certantibus contingit 18
Inspectio plus valet quam mille testimonia 33

L

Labor alimentum carnis & articulis, somnus autem uisceribus 2
Laborantes tenejmo dolore vexantur 25
Lienis florente contabescit corpus ex Pla. & Galeni sententia 91
Lienis affectus utrum per vterum expurgari possint, & quomodo 8
Lingua exarescens quid significet 8

M

Male dispositi intro ab externis causis facile afficiuntur 140
Magni dolores non durant 32
Magna pars feminis ex capite fluit ex sententia Hip. & Arist. 77
Manus magnitudo an Epatis magnitudinem indicet 45
Mas à calidis & siccis femella à frigidis & humidis augetur 37
Memoria cum alijs potentijs, a qualibet intemperie lædi potest 32
Medicina diuisio ex Plutarcho, & Laertij sententia 3
Medicamentum reuulsivum hora quietiore ac frigidiore pergitanda est 76
Medicus omnia sincere, fideliter, & diligenter agere tenetur 11
Melonum semina uetusta inflammant nisi in aqua macerentur 22
Melancholici ob timorem facile in tremorem incurunt 78
Melancholici vapores quo pacto caput ledant 174

Meridie cur vires ualeant magis 9
Meridici tempus alijs calidius est, unde facilius fluxiones fiunt 9
Meridies minus apta est febrili calori 64
Mortes ea hora precipue fiunt, qua, exaeruationes fiunt 29
Morituri cur frequenter obmutescant 9
Morbi nocturni cur magis durare solent 40
Morbi longi magis per abscessum quam per crismum finiuntur 46
Morbi biliosi æternis diebus exacerbantur 7
Morbi cognitio ex quibus comparatur 11
Morborum nonnullorum diuisio ex Lucretij sententia, & de quibus Hippocrates agit 3
Morbi mulierum quid diuini ex Hippocratis sententia habent 30
Meror hecticas, & pestilentes febres efficere potest 179
Morbi omnes repusti humores frigidus pariunt 99
Mulieres crura erysippa vitis habent, & quare 39

Natura proprium est, ut longe à partibus nobilibus peccantem materiam expellat 94
Nil decretorium prima die fieri potest 7
Nil decretorium in materiæ cruditate, absque signis, conditionis probatur 90
Nocte corpora sunt adstrictiora, ideo symptomata grauiora 56
Nox laboriosa que dicatur 8

Oculus dexter in uisione non pollet 60
Obiectio ex Aristotele contra Aulhoris opinionem tollitur 6
Oculi apti sunt ad suscipiendum 95
Omne uiolentum Naturali est deterius 117
Omnes die, anno, mense imparibus pereunt ex Hippocratis sententia 65
Opinio Plutarcho quo pacto ueteres prospicerent natis ex parentibus tabiditate 105
Opiniones uariæ de modo quo Hippocratis medicinam conflauit 3

P

Alpitiatio à qua causa fiat Galeni, & Arist. opinio 20
Panis prima coctura die non est manducandus 22
Parturientes femellas cur diutius purgentur 37
Pavotidum tria genera ex Galeni sententia 61
Plus dormientes cur decolorentur 4
Pleuritis ex quo humore fit mitior, & quomodo tollatur contradictio que de ea uidetur apud Hippocratem 160
Pleuritici cur vinum appetant 164
Pleuritis facilius in parte sinistra gignitur ex Ruffi, & Rbafis sententia 160
Pleuritis tot dies post eruptionem durat, quot ante 163

Pri-

INDEX

Primum locum inter lethalia signa tenet difficultas ferendi morbum 97
Puerperia ad quadragesimum diem perdurare solent 39
Puerperis quomodo prouocanda sint purgantia 66
Pyritus contactu pedis lianosos sanabat 55

Quartane sudore iudicantur 28
Que sint à medico percunctanda ex Hippocratis sententia 24
Quid significet saturatum 13
Quinam primi hyrundinum meminerint in sanguinis excretionem 22
Qui affectus ex immoderata uenere sequantur 193
Que sint quatuor in morbis consideranda 6
Que partes diei partibus anni respondeant 7
Que ratione inflammationis, febris, ac putredinis in curatione requirantur 11
Quinque harum historiarum utilitates recensentur 4
Quid sit theso ex diuersorum Aulhorum sententia 4

R

Rara crises perfecte per sudorem fiunt ex Galeni sententia 46
Recidua propria & impropria 100
Reciduae fiunt quibus uigiliae & somni turbulenti fiunt 133
Reciduae potissimum fiunt post solem astium, & post æquinoctia Autumnalia 202
Recidua ab internis, & ab externis causis fit 27
Reciduae dies connumerandusest separatus à diebus morbi 24
Respiratio ex duplici fit motu 10
Respiratio magna est indicium pulmonis, & partium vitalium affectarum 6
Remedia que ad refrigerandum conueniunt 61
Rigor magnus in febre continua prodesse solet 124
Rigores incipiunt uiris ab extremis mulieribus à lumbis 93
Risus atque latitia sanguinis puri exuperantiam consequuntur ex Auicenna, & Auerois sententia 14
Risus cause 14
Risus quomodo fiat. 15

S

Sanguine fluente non est administrandum balneum 49
Sanguis nigrescit ubi ab actu consumitur Ichor 9
Sanguis à qua parte sit mittendus in pleuritide 162
Sanguis exiens ex dextra nare dextras partes laborare significat, e sinistra sinistras 9
Sanguinis silla cur signum sit exitiale 9
Sanguis quando, & unde sit mittendus grauidæ mulierum 73
Sanguis cur facilius e naribus fluat 48
Saluberrimum est in omnibus putridis sanguinem miscere 46
Spiritus habet Naturam à concipienda putredine aliam 129

Spiritus magnus & rarus est deliquitum proprius 29
Spongia aceto imbuta pedibus alligata menses prouocant 140
Stercus figuram propriam in infernis insectis recipit 115
Stercus male olens an sit peius non male olenti 115
Status hominum sunt tres, uigilantium, dormientium, neutrorum 52
Surditas à duabus causis fieri potest 86
Sudare & vomere est uita Cardiaci ex sententia Seneca 153
Sudor & urina eandem materiam, & generationem habent 39
Sudor non criticus duplex est 53

T

Tenuitas ac suspensio quid significant in urinis 90
Tenuitas substantiæ in urina est semper alicuius cruditatis comes 100
Temperantia uictus potior est inter omnia remedia 28
Tollitur controuersia inter Hippocratem & Galenum de grauidis tertio mense 71
Tremor ab Hipp. consiliorius motus uocatur 72
Tussicula, & destillationes in ardentibus extinguunt sitim 101

V

Valisij error detegitur 194
Varices insaniam à melancholia non à bile sanant 92
Varietas urinae prauorum humorum uarietatem indicat 9
Variolæ ac morbilli nunquam octauo die, sed tertio, aut quarto erumpunt 19
Vbi morbus est firmatus in capite sectio uena frontis est unicum remedium 191
Vbi animus est alio abductus alius non obedit 189
Vbi alius est adstricta aliqui multum mingunt 181
Vbi fluxus sequitur cruditatem ex cibo aut potu, quietandum est 99
Vbi urinae diluiores fiunt materiam ad caput deferri indicant 8
Vbi est dolor capitis aut delirium, abstinendum est a uino 42
Vbi humores sunt crudi non est mittendus sanguis 47
Vbi fæces & febris fomes sunt circa Naturalia, non autem circa spiritalia, sitis aliquando non contingit ex Arist. sententia 68
Vbi urina sunt copiose, fæces pauca fiunt ex sententia Hippocr. 65
Venies præduri sunt habentibus lienem tumidum 9
Victus tenuissimus hodie quis sit 11
Vinum cor hominis lætificat ex David Propheta 99
Vino dediti cur sint obliuiosi 181
Virus canis rabidi triginta annis latere potest 33
Virgines, & aliæ quibus menses non fluunt quibus symptomatibus detineantur 102
Vomentes alio excernere non solent 96

Vix

# INDEX

*Vix expultrix quando maxime valeat* 7  
*Vomitus niger & biliosus grauem insaniam portendit ex Hipp. sententia.* 69  
*Vomituri cur magis vomitū teneantur cum magis dormiant* 41  
*Vomituris cur fasciis oculi obligentur* 45  
*Vrina nigra in viris & mulieribus pessime, aquose in pueris* 137  
*Vrina dicuntur oleose tripliciter* 138  
*Vrina nigra quando sint critica* 8  
*Vrina est id omne quod potatur ex Galeni sententia.* 40  
*Vrina nigra cum nigro sedimento summè lethalis est.* 48  
*Vrina quo ad substantiam tenuis, & quoad superficiem crassa esse potest.* 64

FINIS.

# INDEX AVTHORVM.

<b>A</b>	<b>G</b>	<b>O</b>
Aetius. Alexander. Antillus. Antigonus, Apollonius Thianeus. Aretus. Aristoteles. Archilocus. Asclepiades. Athenus. Auicenna. Auenzoar.	Galenus.     H Aliabbas. Heraclides, Herotianus. Herodotus. Herophilus, Hefychio. Hippocrates, Horatius.	Pianus. Oribafius.   P Aufanias. Phauorinus, Plautus, Plato. Plutarchus.
<b>C</b>	<b>I</b>	<b>R</b>
Cato. Catullus. Celinus, Celius Aurelianus. Cicero. Cornelius Celsus. Columella.	Iacobus de Partibus, Iulius Pollux.	Rufus Ephesus,   S Abinus. Seneca. Sillimacus. Stephanus. Strabo. Suetonius, Suidas.
<b>D</b>	<b>L</b>	<b>T</b>
Duid Propheta, Diocles.	Aertius, Lucilius.	Theodorus Gaza. Theocritus. Tertullianus.
<b>E</b>	<b>M</b>	<b>V</b>
Vripides. Eustachius.	Anardus. Martialis, Montanus.	Alefius. Vitruuius.
<b>F</b>	<b>N</b>	
Festus.	Nicander.	

# A. D. O. M.

## DE HOMINIS GENERATIONE

### INDEX.

<p><b>A</b></p> <p><b>A</b> detur superfoetatio. 22</p> <p>An fetus utrumque sexum habere possit 29</p> <p>An pili &amp; unguis in vtero fiant 21</p> <p>An menstruum sit sanguis perfectus variae sententiae 5</p> <p>An semen in vtero ante decimum quartum annum sit impotens ad generandum 14</p> <p>An semen fiat pars fetus variae sententiae 22</p> <p>Aristoteles non recte Anatomiam calluit 3</p> <p>Aristoteles si quid boni de Anatomia dixit tacito auctore ab Hippocrate accepit 3</p> <p>Aristotelis opinio quod tempore menstrui mulieres maxime viros appetant 4</p> <p>Aristotelis opinio à qua parte semen fluat 10</p> <p>Aristotelis inconsonans videtur in constituendo seminis temperamento 11</p> <p>Aristotelis sententia de usu testium 16</p> <p>Aristotelis locus mendosus de octimestri partu corrigitur 38</p> <p>Auerrois opinio damnatur 11</p> <p>Auicenna opinio quod ex quadraginta vncijs sanguinis, una seminis conficiatur 10</p> <p>Autoris opinio an facultas seminis operetur postquam perfectum est animal 13</p> <p>Autoris opinio quod cor, iecur, &amp; cerebrum simul ferè gignantur, &amp; si quid prius, illud est Epar 25</p> <p>Autoris &amp; aliorum opinio quo pacto Gemelli fiant 21</p>	<p><b>B</b></p> <p>Dies quomodo apud Aristotelem &amp; Hippocratem accipi debeat 36</p> <p>Diuersa veterum sententiae an, &amp; quomodo semen mulieris in generatione concurrat, quibus rationibus Galeni opinio probetur, &amp; quae sit veritas 3</p>	<p style="text-align: center;"><b>E</b></p> <p><b>E</b>xaminatur menstrui definitio 4</p> <p>Examinatur seminis definitio 12</p> <p>Exemplo Pictorum ordo Naturae informationis ostenditur 23</p> <p>Ex parentibus mancis &amp; mutilis filij sepe integri oriuntur, &amp; quare 31</p>	<p style="text-align: center;"><b>F</b></p> <p><b>F</b>acultas formatrix quae sit variae sententiae 14</p> <p>Fetus duplo tempore mouetur quo formatus est 32</p> <p>Fetus esse animal contra Empedoclem, &amp; Herophilum probatur 33</p> <p>Fetus vnde alatur in vtero variae sententiae 34</p> <p>Fetus quomodo in vtero respicit 34</p> <p>Formatio quid sit 2</p>	<p style="text-align: center;"><b>G</b></p> <p><b>G</b>alenus locus mendosus ostenditur ubi semen esse frigidum dicit 12</p> <p>Galenus quandoque testes ipsi cordi praefert 15</p>	<p style="text-align: center;"><b>H</b></p> <p><b>H</b>ippocratis sententia quomodo semen spumosum fiat 13</p> <p>Hippocratis &amp; aliorum sententiae vnde fluat semen 10</p> <p>Hominis generatio quatuor temporibus à Natura completitur 2</p> <p>Homines &amp; aues cur conglobati in vtero maneat, secus autem quadrupeda 32</p>	<p style="text-align: center;"><b>M</b></p> <p><b>M</b>enstrua quid sint 4</p> <p>Menstrua copiosiora in viris quàm in mulieribus 4</p> <p>Modus quem Natura in fetu emittendo seruat 35</p> <p>Modi varij quibus diuersae sunt corporis nostri partes 24</p> <p>Mulieres nisi post partum purgantur rectè periclitantur. 36</p> <p>Mulieres sine voluptate non concipiunt 4</p> <p>Mulieres quibus menstrua non fluunt regulariter non sunt sanae 6</p>	<p style="text-align: center;"><b>C</b></p> <p><b>C</b>ause similitudinis fetus variae sententiae, et propriae auctoris 28</p> <p>Caliditas &amp; frigiditas regionum pariendi tempus variare potest 37</p> <p>Conceptus quid sit 2</p> <p>Conceptus nomen multiplex est apud Graecos 3</p> <p>Conceptio quo pacto à scelestis mulieribus prohibeatur 3</p> <p>Cur mulieribus ante duodecimum, &amp; post quinquagesimum annum non fluant menses 7</p> <p>Cur menstrua singulo mense fluant 7</p> <p>Cur desipientibus mensuris mulieres concipere non soleant 8</p> <p>Cur partus vitentur dum menstrua fluunt 8</p> <p>Cur incipientibus &amp; desipientibus mensibus conceptus facile fiat 20</p> <p>Cur Natura voluerit caput infantis in vtero esse magnum 35</p>	<p style="text-align: center;"><b>D</b></p> <p><b>D</b>ies quibus formatur fetus incertus est, variae de eo sententiae 27</p>
---	---	---	--	---	---	--	--	---

# INDEX

<p><b>O</b>mnes filij aliquam similitudinem, &amp; dissimilitudinem cum parentibus habent 30</p> <p>Omnia nutriuntur his ex quibus genita sunt 6</p> <p>Ordo, &amp; tempora quae Natura seruat in formando foetu 27</p> <p>Orti octavo mense non viuunt, ideo aborti dicuntur, &amp; ratio 38</p>	<p style="text-align: center;"><b>P</b></p> <p><b>P</b>artes solidae an, &amp; quomodo ex semine gigni possint, 12</p> <p>Tenem longum habentes cur sint generationi inepti 20</p> <p>Pulchritudo plus omnibus armis valet 8</p>	<p style="text-align: center;"><b>Q</b></p> <p><b>Q</b>uae requirantur ad conceptum faciendum, &amp; quae viri, &amp; mulieris semen esse debeat 19</p> <p>Quae pars organica generetur prius variae sententiae 25</p> <p>Quae partes generentur prius 2</p> <p>Quid per motum Embryonis sit intelligendum, &amp; quid per eiusdem perfectionem 2</p> <p>Qui veteres de hominis generatione tractauerunt 20</p> <p>Quid facere debeat mulier ad hoc vt concipiat 6</p> <p>Quo pacto sanguis menstruus in vterum deferatur 20</p> <p>Quoniam pacto bruta sepius concipiunt, quia secundum rectitudinem ei aculant semen 20</p> <p>Quomodo gemelli fiant variae sententiae, &amp; propria auctoris 21</p> <p>Quomodo Natura in ossibus, nervis, &amp; arterijs cauitatem faciat 26</p> <p>Quomodo credere debeamus animam in vtero ab infante acquiri. 33</p>	<p style="text-align: center;"><b>R</b></p> <p><b>R</b>atio ob quam aliquando ex parentibus infirmis filij robusti oriuntur, e contra 31</p> <p>Rationes Aristotelis de usu testium tolluntur 17</p>	<p style="text-align: center;"><b>S</b></p> <p><b>S</b>emen varia nomina sortitum est apud veteres 9</p> <p>Semen quid sit, &amp; eius definitio examinatio 9</p> <p>Semen quo pacto aequum, &amp; quomodo crassum 10</p> <p>Semen tribus potissimum causis dicitur calidum 11</p> <p>Semen virile retentum euadit venenum, secus autem de semine mulieris 15</p> <p>Semen &amp; menstruum vni non sunt Natura 24</p> <p>Similitudo causarum aliquas naturales habet, sed usu etiam accidit vt casu, &amp; fortuna fiat 30</p> <p>Similitudinis &amp; dissimilitudinis variae sententiae 30</p> <p>Solus homo varia pariendi tempora habet, &amp; ratio 36</p> <p>Spadones cur non caluescant ex sententia Aristotelis 9</p> <p>Stigmata (sive roglie) quo pacto efficiantur 31</p>	<p style="text-align: center;"><b>T</b></p> <p><b>T</b>empus primum nascendi, septem mensibus clauditur, quinto, aut sexto non viuunt 37</p> <p>Tempus medium nascendi, nouem mensibus comprehenditur 38</p> <p>Tempus vltimum nascendi est mensis decimus 39</p>	<p style="text-align: center;"><b>V</b></p> <p><b>V</b>terus qualis esse debeat 19</p> <p>Variae sententiae de causa ob quam infans ex vtero prodit 35</p>
---	--	---	--	---	---	--

FINIS.

# INDEX AVTHORVM.

<p><b>A</b></p> <p><b>A</b>gathartides. Alcmeon. Agellius. Albertus Magnus. Albertus Rosacius. Andreas Mathiolus. Anacreon. Anaxagoras. Aristoteles. Auerroes. Auenzoar. Aucenna. Aulus Gellius.</p> <p><b>C</b></p> <p><b>C</b>ensorinus. Constantius Varolus. Ctesias.</p> <p><b>D</b></p> <p><b>D</b>emocritus. Dius Augustinus. D. Hieronymus.</p>	<p><b>D.</b> Gregorius. D. Thomas.</p> <p><b>E</b></p> <p><b>E</b>mpedocles. Ephiphanius. Epicurus.</p> <p><b>F</b></p> <p>Florus.</p> <p><b>G</b></p> <p>Galenus.</p> <p><b>H</b></p> <p><b>H</b>esiodus. Hippon. Hippocrates. Horatius Eugenius.</p> <p><b>I</b></p> <p>Ioan. Picus.</p>	<p><b>L</b></p> <p>Lucilius.</p> <p><b>P</b></p> <p><b>P</b>aulus Aegineta. Plautus. Petrus Aponensis. Plinius. Pythagoras. Pomponius Mela. Plutarchus. Phyloponus.</p> <p><b>S</b></p> <p>Seneca.</p> <p><b>V</b></p> <p>Vexalius.</p> <p><b>Z</b></p> <p>Zeno.</p>
--	--	--

FINIS.

# INDEX TRACTATVS DE BALNEIS PISANIS.

<p><b>A</b></p> <p><b>A</b>d quid potus aque sancti Iuliani conferat 45 Ad quid balneum sanorum conferat. 45 Ad quid lanacrum aqua Arni conferat 45 Aliqui eatenus thermales aquas potabant donec digiti ea repletis anuli absconderentur 42 Aquarum thermalium administratio ab Arabibus restituta 43 Aque calidae alendis animalibus haud idoneae 42 Aqua Pisana lucens est efficacior 46 Aqua omnes sponte nascentes vim exiccantem habent. 49 Aque Pisane luem gallicam sanant 50 Aque pluuiales non ultra decem pedes penetrant. 53 Aqua fluminis magis quam aqua maris abluat 54 Aqua Arni que beneficia afferat 54 Aqua Arni sepe lauantes a calculo sunt tuti 55 Aristoteles &amp; Hippocrates aut non cognouerunt balneum, aut parum 47 Arni ortus, &amp; cursus 53</p> <p><b>B</b></p> <p><b>B</b>eneficia recensentur que ex aqua balnei Regine resultant 47</p> <p><b>C</b></p> <p>Cut thermae sint Diuinae vocatae Arist. opinio 50</p>	<p><b>D</b></p> <p><b>D</b>iuersa sententiae cur aquae nascentes varias habeant virtutes 46</p> <p><b>F</b></p> <p><b>F</b>errum aquae immisceri potest 47 Fodinae metalli tempore deperduntur 47</p> <p><b>P</b></p> <p><b>P</b>roprietas balnei Regine sancti Iulieni 51 Purgatio balneum incidere debet 51</p> <p><b>Q</b></p> <p><b>Q</b>uem curationis ordinem morbus Gallicus requirat. 49 Quaedam obseruanda in vsu lanacri Arni 56 Que sint seruanda dum intus aqua sumitur 51 Que sint facienda ab his qui in balneum descendunt 49 Quid sit morbus Gallicus 49 Quot, &amp; ubi sint Aquae in Agro Pisano 44</p> <p><b>S</b></p> <p><b>S</b>ingulorum balneorum qualitates 46 Sublimatio &amp; excoctio maxime conferunt ad Aquarum compositiones probandas 46</p> <p><b>V</b></p> <p><b>V</b>irtus balnei dicti ad Aquas, 52</p>
--	--

FINIS.



# INDEX TRACTATUS DE VINO ET AQUA.

<b>A</b>	Geneve, à forma, & à tota substantia vini facultates sumuntur, & quomodo	1
	A rei Natura probatur vinum non nutrire	2
	Ab experientia probatur vinum non nutrire	5
	Aqua nutritioni inseruit, & se nutrit non est pura	10
	Aqua cruda minus quam cocta illabitur	2
	Authoris sententia an calor innatus consumat	3
<b>C</b>		
	Concoctio tempore Hippocratis putrefactio dicebatur	1
	Cur triticum sit cibus familiaris omnibus ex Aristotelis sententia	4
	Cur in Anasarca partes non nutriantur	5
	Cur à Noge vinum fuerit inuentum	9
	Cur qui lauantur in aqua famem sedent	10
<b>D</b>		
	Definitio nutritionis	4
	Diluuntur rationes quae vinum nutrire probare videntur	7
<b>F</b>		
	Febres Haeticae quando fiunt	4
<b>I</b>		
	Illud quod Anima caret nutrir non potest	10
<b>M</b>		
	Mustum non appellandum vinum	6
<b>N</b>		
	Nutrimenti diuisio ex Galeni sententia	4
<b>Q</b>		
	Quomodo solo sanguine nutriamur	7
	Quomodo vinum alat, & non alat	3
<b>S</b>		
	Spiritus & sanguis non viuunt, membra autem solida sic	3
<b>V</b>		
	Variae vini descriptiones	1
	Variae sententiae, & quae sit veritas de caliditate aut frigiditate vini	3
	Variae auctoritates, & experientiae quod aqua nutriat.	10
	Vinum dulce non est vere vinum	5
	Vinum neque actu, neque potentia crassum ac viscidum	6
	Vinum non crassecit quia est aqua	6
	Vinum in Syncope reficit quidem vires, sed non nutrit	8
	Vinum datum est mortalibus supplicij gratia ex Platonis sententia.	2

F I N I S.

# Pisanae Praelectiones HIERONYMI MERCVRIALIS FOROLIVIENSIS

MEDICINAM PISIS LOCO SVPRAORDINARIO VOCATO  
PROFITENTIS

In Epidemicas Hippocratis Historias,


Non minus ad Theoricam, atque Practicam Medicinam utiles,  
quam ob eruditionem incunda.



## HISTORIA PRIMA.

**H**ILISCVS habitabat prope murum, & decubuit: in PRIMA die febris acuta; sudauit in nocte. SECUNDA laboriose, cuncta exacerbata sunt, sero autem a dysterulo recte deiecit, noctem uero quiete. TERTIA mane, & usque ad meridiem uisus est fieri sine febre, & ad uesperam febris acuta, cum sudore: siticulosus; lingua inaruit: nigra minxit: noctem multum moleste, non dormiuit; in omnibus delirauit. QUARTA omnia exacerbata sunt: fuerunt urinae nigrae, noctem faciliorem; urinae melioris coloris. QUINTA circa meridiem parum à naribus stillauit, sincerum, urinae autem uariae habentes enaeoremata rotunda, genitali semine similia, dispersa, non subsedebant, cum autem apposuisset glandem, flatuosa, pauca exierunt: noctem laboriose; somni exigui, sermones, delirium; extrema undequaque frigida, & non amplius recalescentia: minxit nigra, dormiuit parum ad diem; sine uoce; sudauit frigidum; extrema liuida, circa meridiem. SEXTA die obiit. Huic spiritus per totum tamquam reuocanti rarus, magnus: lien eleuatus est rotunda gibbositate; sudores frigidi per totum, paroxyfmi in paribus.

lib. 2. epidemicon. sectio 3. hyl.



## IN HISTORIAS HIPPOCRATIS.

**H**OC tempore, & hoc anno historias Epidemicas Hippocratis Cui uobis exponere deliberauerim, multae me rationes sunt hortatae; Prima fuit huiusce mei ingenij condicio, quod cum aegre bis eadem retracter, libenterque in ijs uerfetur, quae ab alijs, aut certe a paucissimis tractata sunt, huiusmodi tractatio

ea est, in qua uix inuenire est quemquam professorem publicum, qui eam interpretari, & in publicis gymnasijs coram auditoribus, enucleare uoluerit, dixi enim (uix) quonia etiam Montanus uir celeberrimus hoc idem opus aggressus sit, tamen praecentus morte, solum duas priores historias absoluerit potuit. Secunda est, quoniam cum alias de re uerfem totum hoc quod mihi uitae superest, Deo primum seruando,

A Hippocrati

Hippocrati auditoribus interpretando dicere, atque iam pridem secundum librum Epidemiorum non absque fructu & studiosorum uoluptate Bononiae sim interpretatus, haud uisum est ab instituti meae ratione alienum, si etiam in celeberrima hac Academia similem illi materiam tractarem. quaeque non modo stylo, uerum etiam subiecto & grauitate si non superior, saltem par est. Tertia causa fuit, quoniam si uisum magnitudo, atque ingenii Hippocratis enituit, certe in ijs historijs aegrorum, quorum aegritudines & accidentia, narrat, maxime omnium elucet; Etenim cum sibi licuerit ea aetate florere, quae pauci medici erant, multaque pestes uagarentur, ac prope haec uaria, & paene infinita morborum genera uidere, atque curare; contigit ut admirabili qua pollebat iudicii, & ingenii acrimonia complura obseruaret circa usum artis quam circa contemplationem, simulque nunquam interitua dogmata, & praeccepta humano generi reliquerit, ex quibus cognoscere, praecognoscere & curare unusquisque tuto, & gloriose potest; & si eius obseruationum ex quibus potest dici pene artem medicam totam conflasse, alicubi suorum commentariorum cognoscere licet plane in libris Epidem. id reperitur, quos toto uitae suae cursu quam partim peregrinando artis gratia, partim urbibus, & populis inferuendo compilasse, & digniora se legisse, deindeque ad aphorismos, prognostica, & alia componenda usum esse constat. Quarta, & postrema causa fuit uestra, quae semper mihi erit cordi utilitas, quandoquidem ex integra, & absoluta cunctarum obseruationum Hippocratis speculatione, non modo Theoricam quam uocant medicinae partem, uerum etiam praxim ipsam uobis me ita proposurum explicaturum & demonstraturum polliceor, ut non minus ex admiratione uoluptatis, quam fructus sitis habituri. Sed antequam rem ipsam aggrediar nonnulla prius est necesse praebare, quae a uobis, comprehensa, atque memoria tenaciter conseruata, ad reliqua artis mysteria complectenda mirum in modum iuuabunt. Erunt autem haec primam quid nomine historiae Hippocratis sit intelligendum, hoc enim ignorato uaga, & quasi uana esset nimis dicendorum tractatio. Secundum erit quibus rationibus Hippocrates has conscripserit, & conscriptas posteris, duxerit relinquendas; nam ut in Censura operum Hippocratis ostendi, nullus fere ambigit, quia Hippocrates ipsemet primum & tertium Epidemiorum in lucem dederit, ubi quas sum explanaturus, historiae omnes habentur. Tertium quo ordine eas scripserit. Quartum ad quam medicinae partem attineant. Quintum ad quid futura sit huiusmodi historiarum enarratio utilis. Sextum & postremum qua methodo, & quo ordine sum usurus, tum ut artis praeccepta ex ipsis eliciantur, tum maxime ut a uobis quae sum dicurus comprehendantur, & memoria conferuntur. Atque ut a primo exordiar, nemo est qui dubitet auctorem harum historiarum fuisse magnum illum Hippocratem Coum, qui edidit Aphorismos, lib. de natura humana, ac denique

omnes qui in prima Hippocratis operum classe a nobis collocati sunt, de quo Hippocrate quoniam alias plura dixi, istud tantum nunc adiciam diuinum illum uirum pro arte medica bene beateque exercenda & addiscenda omnes partes orbis tam frigidam, & calidam, quam temperatas peragrasset, ut ex fine libri Prognosticorum satis compertum est, ac propterea potuisse uarias gentes, uarios mores, uaria rerum accidentia spectare, diligenterque obseruare. Etenim historiae nomen est simpliciter narrationem apud Graecos significat, uerum tamen historiarum tria genera reperiri certum est diuinum naturale & humanum. Diuinum est in quo res sacrae narrantur, ut sunt libri sacri seu biblia. Naturale, ut libri Aristotelis de historia animalium, libri Theophrasti de historia plantarum, Plinij historia naturalis. Humanum, ut sunt libri, qui uel actiones hominum narrant, uel animi humani naturam, ut appellat Aristoteles libros suos de Anima historiam, uel corporis uniuersam compaginem. Ceterum historiae Hippocratis quas nos enarraturi sumus haudquaquam uere ullo genere ex his comprehenduntur: sed alia ipsarum est ratio. Empirici medici inter alia instrumenta quibus utebantur habuisse historiam a Galeno relatam est libro de optima festa, capite decimo tertio & decimo quarto. At eam ut inuilem arti medicae satis longo sermone confutauit, in lib. etiam de subfiguratione empyrica, cap. decimo, uidetur approbasse quod historia sit oratio eorum quae coniecta aut ueluti conspecta sunt, quamquam iudicari concordantia & consensu scribentium probat, ut si complures macerem adstringere narrent, ueram esse illius historiam clarum est. Verum neque sic praecise appellamus historias quas uulgus medicorum uocat etiam nunc casus, quorum copia magna praeter Hippocratem est quoque apud Galenum, atque huiusmodi Hippocratis narratio diuersa est a narratione aliorum historicorum, quod omnia continguntia narrant. Hippocrates autem, ut ait Galenus, nequaquam omnia: qui libro secundo de difficult. respicitur, capite septimo, comparans historiam Thucydidis, qui descripsit libro secundo Atheniensium pestem, & Hippocratis qui de eadem locutus est in lib. Epidem. ait eum cuncta etiam idiotis perspecta enarrasse; Hippocratem uero pauca ex his quae ad totam affectionem pertinent circa quam aegrotus est periclitatus, scripsisse, multa uulgaria praetermisisse, multaque ab aliis praetermisisse & neglecta recitasse, quod ad usum artis ualde conducerent. Itaque historiae Hippocratis quas hoc anno sumus uobis enarraturi aliud non sunt quam enarrationes eorum quae ab Hippocrate conspecta uel tanquam conspecta & diligenter circa aegrotos obseruata sunt in constitutionibus tam pestilentibus quam non pestilentibus ab ipso in primo & tertio Epidem. libro descriptis: in quibus ut dicit Galenus loco citato haudquaquam totam morborum naturam persequitur, sed duntaxat quaedam notat aliis moe admodum nota, nec obseruata. Sunt autem huiusmodi historiae in primo lib. Epid. 4. in tertio uero 28. ita ut omnes sint 4. omnis aetatis, & omnis sexus;

sexus; Neque uero est opus ut philosophemur circa hunc numerum fatalem qui componitur ex sex sexprimanis, quam loquidem similem numerum haudquaquam studio illo ipsum accepisse puto, quem admodum quoque haud paruificandus est hic labor Hippocratis, quae uero ipse multa obscura & aspernanda uideatur notasse, & nimum quantum paucos aegrotos uiderit, quoniam illud ingenium in hoc maxime est admirandum, quod notauerit, quae aliis non uidentur annotatione digna. Neque uero existimandum est, quia paucos casus descripserit, ideo paucos aegrotos uidisse, quoniam in alijs libris Epid. minus germanis, atque etiam germanis multa alia exempla aegrotantium habentur, quae tamen omnia simul accepta uix unam minimam, quos uidit aegrotantium partem fuisse uniusquisque existimare debet, qui sibi persuadeat Hippocratem a tenera aetate sub patre medico operam arti strenuam dedisse, multos annos uixisse, proque arte ditanda omnes orbis partes tam calidas quam frigidam, atque temperatas peragrasset. Ad secundum propositum caput accedo, in quibus rationibus motus Hippocrates haec adnotarit, & scriptis tradiderit, quem solum tempore suo medicum sciuisse scribit Auenzoar lib. 3. trac. 3. cap. primo. Nam Hippocratem salutis humanae amatissimum nil antiquius & carius habuisse, quam artem medicam excolere, & ad aliquam perfectionem deducere, certum est atque ante alia curasse, ut sanam di morbos rationem ueram monstraret, sed quia morbi omnes finiri nequeunt, at complures ipsi multos finiunt, consequenter uoluit artem indicare tam morituros quam seruandos praedicendi, & quia ex rerum euenientium circa aegrotos huiusmodi obseruatione maxima ex parte haec praedicendi & curandi facultas comparatur, ob id haec omnia a se obseruata monumentis aeternis mandare deliberauit, ut forsitan non sine ratione Varro, Strabo, & Plinius dixerint eum ex tabulis aegrotorum Templo Aesculapii ab aegrotantibus seruatim appositis artem medicam conlasse. Fuit & altera ratio, ut sibi ad memoriam monumenta pararet; qui enim instituerat orbem peragere, ut uarios locos, uarias gentes, uariosque morbos, atque accidentia uident obseruaret, & ex obseruationibus praeccepta, atque dogmata fabricaret, necesse quoque habuit illustriora saltem adnotare, quod & facilius ea secum gestare, & memoria complecti ualeret, quamquam illud possumus addere constitutionum pestiferarum & non pestiferarum, quae sunt suo tempore grassatae, uoluisse diuinum senem aliqua exempla relinquere, ut possent posterum omnes illis peritiam, mores & alia symptomata ubi similes constitutiones fierent, praediscere. Hae etenim, quantum ipse puto, fuerunt potissimae rationes; quibus Hippocrates non modo propositas uobis exponendas a me historias scriptis mandauit, uerum etiam preciosissimum illum thesaurum Epidemiorum sibi compilauit, ac posteris reliquit: ex quo deinde libros prognosticorum, & praesertim aphorismorum quem humanum captum excedere dicebat Suidas, exscripsit. Cum enim alij sint morbi sporadici, alij communes, atque hi uel com-

munnes uni regioni qui uocantur inquilini; & ab Hippocrate in lib. de aer. aq. & lo. tractantur, & de quibus loquebatur Lucretius quando dixit, Athide tentantur gressus, oculiq; in Achaiae; alij pluribus regionibus qui *επιδημιοι* uocantur; atque hi uel simpliciter Epidemij sint, uel Epidemij pestilentiales; in quibus pars maior extinguitur, de Epidemicis morbis maxima ex parte pestilentibus tractare in his historijs Hippocratem non est ut quisquam dubitet. De ordine quod erat tertio propositum illud solum modo dicendum est Hippocratem sicut & alios ueteres absque certo & euidenti ordine suae commentaria scripsisse, ut Galenus primo de fract. ex. primo docet, eo quod rebus solis, quas propria industria indagabant; acris luberent; atque ob paucitatem dogmatum facile memoria quae scribebantur complecterentur. Si quis tamen est in his historijs obseruandus ordo, ille elucet, quod Hippocrates priusquam ad particulares casus recensendos descenderet, constitutiones antecedentes temporis enarrat, quaeque in illa communia symptomata, & morbi apparuerint, edocet: qui enim in lib. pronost. circa finem, tertio aphor. & lib. de aerib. aquis, & locis edixerat esse semper tempora, atque temporum constitutiones spectandas, iure is penum omnium huiusmodi praecceptum uoluit obseruare. Ad haec in referenda postmodum historia quandoque proponit uitae exercitacionem; mores, nomen, sexum, patriam; interdum aetatem; eo quod haec omnia pro iudicio ferendo esse diligenter consideranda tertio prognost. mandauerit, tum quae fuerint aegrotantis symptomata, ac morbi tam singula die quam nocte recenset, demum quid de tertioris diebus euenierit, usque ad liberationem uel interitum monstrat; interdum aliqua ex remedijs adhibitis proponit, ea praesertim quae sibi uisa fuerint maiori consideratione digna, quaeque putauit lectores instruere posse, uel ne decipiantur, uel ut opportunitatem auxiliorum, & qualitatem discant. Ceterum quod quarto loco propositum diffiniendum, nempe ad quam medicinae partem haec tractatio attineat, sciendum est, ut narrat Plutarchus in lib. de Homero, in quo praecclare docet diuinum illum poetam non minus medicam facultatem quam alias calluisse, diuinitatem medicinae in speculationem & praeticam haudquam Arabum, ut plerique putant, fuisse inuentum, sed multo antiquius eam atque medicinae diffinitionem, quod sit scientia salubrum & insalubrium fuisse a scriptoribus traditam; ubi enim dicit Plutarchus. Medicinam partim in contemplatiuam atque praeticam, & illam rursus in eam quae tractat signa, & *σημειωνικη* a medicis, & in eam quae tractat causas, ac propterea *αιτιολογικη* nuncupatur, rursus praeticam diuidi in Chirurgicam, Diaeteticam, atque Pharmaceuticam: Laertius uero in Platonis uita scribit eum medicinae partes quinque fuisse, Pharmaceuticam, Chirurgicam, Diaeteticam, *γοστρονομικην*, quam alij *παθολογικην*, alij *αιτιολογικην* uocant, & *βοθητικην*, siue auxiliatricem. Sed utcumque sese haec habeant, puto huiusmodi historiam Hippocratis tractationem, tum ad contemplatiuam, tum maxime ad praeticam attinere: ad contemplatiuam quidem,

quoniam ex ipsis potissimum discuntur signa tam diagnostica, quam prognostica, nec minus aliquando causae, praesertim externae, atque *αποροδύμια*, seu antecedentes uocatae, necnon dierum criticorum uis addiscuntur. Ad practicam uero attingit, cum uictus, chirurgicorum remediolorum, ac medicamentorum usum ab aegris & medicis habitum proponit, quamquam ea etiam ratione dicere licet pertinere ad practicam, quod cum tractentur euentus variorum aegrotantium, in ipsis saltem impliciter continentur naturae morborum, signa & curationes tam probabiliter saltem adhibita, quam adhibendae, ubi usus poscit. Atque hinc dici potest quintum a nobis propositum, scilicet quae uilitas, qui fructus ex harum Historiarum explicatione & examine expectari debeant. Sunt enim comoda pro arte expectanda numero quinque. Primum est quod discitur quantum referant temporum constitutiones ad hos uel illos morbos producendos, siue illi sint puri Epidemiales, siue etiam sint *λαμιάδες*, id est pestiferi, secundum est quod solers ingenium uestigia Hippocratica sequens potest coniecere saltem quae sunt in aegro potissimum obseruanda, quo studio & qua solertia dies omnes, praesertim critici sint adnotandi. Tertium, atque illud maximum commodum est de iudicio in aegritudinibus faciendo, quod sicut in medicina facienda maximi momenti est, non minus pro gloria medici, quam pro aegrotantium salute, ita omnium promptissime comparari potest ex sedula animaduersione eorum, quae contigerunt aegris ab Hippocrate relatis, in quibus tanquam in speculo quodam potest ingenium praestans inspicere causas, cur hoc uel illud, eo uel illo die sint aegrotantes passii, quibus comprehensis, & ad memoriam redactis potest deinceps, ubi usus postulat, similiter in aegrotantibus medicandis incedere; Quartum est ad curationem pertinens, quoniam dum medicus ex remediis adhibitis uel non adhibitis quid secutum sit contempletur, siue bonum siue malum sibi praeepta & leges parat, quibus & ad acquirendum bonum, & ad euitandum malum instruat, & incedat. Similiter quoque potest ex praescriptis accidentibus coniectare, quid fecerit Hippocrates, aut saltem quid poterit, debuerit uel facere. Quintum & postremum commodum est, quod ubi quis in huiusmodi casibus non oscitanter uersatus sit, potest infinita loca Hippocraticis melius intelligere atque interpretari, quae ut dixi ante ex hisce aduersariis collecta alibi posuit; similiter etiam complura Galeni & aliorum qui ex his exempla acceperunt, nam si diligenter quisquam libros Hippocratis aphorismorum, prognosticorum, coacarum praedit, de rat. uict. ac. consideret, uidebit quot dogmata & praeepta proponat, quae ex obseruatis circa hos aegrotos capta esse, aut saltem illustrata & patefacta cognoscet. Non minus quoque si Galeni lib. de difficult. respirant. de crisi & diebus decret. de praef. expulsi. de praecogn. ad Posthumum, aliaque plurima ipsius commentaria uideantur, facile erit co-

gnoscere, quam creberrime haec exempla citet, quam multa ex ipsis documenta eliciat, quam diligens fuerit in examinandis omnibus ab Hippocrate in his historiis obseruatis atque adnotatis. Sextum propositum de ordine, quo sum vsurus, id libenter pronuncio: me in primis tum in sermone, tum in explanatione omnem facilitatem, qua tractari similis res potest secutum, ut uos comprehendere, memoriae mandare, & ad usum quando opus fuerit reuocare, quae docebo, positis; Praeterea primum narrabo historiam, breuiterque quae sit idea morbi dicam, tum nomen aegrotantis, patriam, sexum, mores, & si quae alia occurrerit breuiter considerabo, mox consideratis symptomatibus, causas singulorum inexplicatas ab Hippocrate diligenter elicere tentabo; curque uel mors, uel salus, uel longitudo, aut mutatio morborum sit in uinoquoque aegrotante secuta, quantum hoc meum ingenium exiguum ualebit, exprimam; postremo quae uerissimiliter curatio sit adhibita, aut fuerit adhibenda, aut consensum sit, ubi occurrat, adhibere, ante oculos breuiter ponam: Iam modo ad rem ipsam accedamus, primamque historiam aggrediamur acceptam ex tertio primi Epidemiorum context.

**PHILISCVS.** Cum id constet ex Hippocrate ad tractandos, atque iudicandos quoslibet morbos, maxime interesse, ut non modo cognoscantur morbi vagantes, uerum etiam ipsa temporis & praesentis & anteaesti constitutio, operae precium est priusquam ad explanandam praesentem historiam accedamus, cognoscere quae fuerit anteaesti constitutio, & qui morbi in ipsa sint populariter uagati, id quod faciemus, si ad memoriam reduxero breuiter uobis, quod Hippocrates ante hanc historiam de uariisque retulit. Etenim tres constitutiones nobis propositi Hippocrates spectandas in his libris. In Thaso, in Cranone, & in Perintho. de duabus postremis egit secundo libro Epidem. de priore uero egit primo & tertio libro, ubi tres commemorat; uerum uero aliqua ex his fuerit illa a Thucidide commemorata libro secundo, & a Lucretio Latinis uerbis reddita libro sexto, non admodum refert disputare, quemadmodum non attingit ut hoc loco quicquam de Cranonis & Perinthi constitutionibus loquar, cum de ijs copiose in lectionibus Bononiensibus tractauerim, sed tantum de aliis loquemur, quas omnes fuisse in Thaso narrat, duosque scilicet temporibus, Thasus (ut narrat Herodotus lib. sexto, Stephanus & Strabo) insula est iuxta Thraciam è regione Athenarum abundans auro, argento, gemma, terrarum medicarum generibus, aliisque metallis, & inter caetera uino, unde uinum Thasium, quod Hippocrates in fine tertii lib. de morbis, uult misceri uetus uigintiquinque partibus aquae pro faciendae potionis refrigeratoria; Nam & Athenaeus & Eustathius in Homerum referunt ibi duo fuisse uinorum genera, alterum quod somnum ob generalitatem inducebat, alterum quod uigilias, forsitan ob exiguitatem, de qua Galenus in meth. & Plinius lib. decimoquarto, cap. 7. id probat magis quod

quod ibidem in Cuna nascebatur. Scribunt Hesychius Stephanus, & alii uocatum esse Thasium, Aegyptum, Cyprum, aliasque regiones aereas, quod (ut puto) aer ibi esset apertus, & plerumque serenus. Galenus uero primo in primum de morbis uulgaribus, textu primo, nihil aliud dicit, quam ipsam fuisse aequilonariis & frigidis uentis expositam, unde huiusmodi constitutiones, quas uerissimile est per totam Graeciam fuisse, potius uoluit Hippocrates accipere a Thaso, quam ab aliis, quod cum ea insula esset saluberrima, si ipsa morbis pestilens ob prauas constitutiones fuit tentata, multo magis alias, praesertim Athenas fuisse uexatas, probabile est, de quarum peste non ipse explicat, sed Thucydides eius coetaneus scripsit. Sic namque Apollonius Thianaeus ex seipso praedixit futuram pestem, quod cum sanus esset & parce uiueret; nihilominus peste primus laborasset: quamque licet etiam dicere magis Thasios fuisse peste tentatos ob bibacitatem, & ob uina generosa; Est enim usu compertum in peste acerbius uexari illos, qui & bibaces sunt, & uina generosa potant; & in ea peste, quae non ita pridem in regione uagata est Veneta, & quam non absque lachrymis recensere queo, illi potissimum extincti sunt qui bibaces erant. Prima itaque constitutio totius anni austrina fuit in uniuersum a naturali temperie illius regionis, quae aequilonaria & frigida est, admodum remota; quod uero ad partes anni pertinet, autumnus fuit humidus, hiems austrina, scilicet calida & humida, magis quam ipsi conueniat, pauci uenti boreales, siccitas, hoc est uacatio pluuiarum; sic enim appellat Aristoteles prima sect. prob. uigilimotertio, constitutionem austrinam siccam, quo uero non sunt pluuiae. Ver similiter austrinum frigidum cum paucis pluuiis. Aestas uero ut plurimum nubilosa sine aqua, aestiuae paucae, parucae, sparsim spirantes. adeo ut si omnia conferantur, constitutio fuit praeternaturalis regioni, fuit etiam praeternaturalis unicuique anni parti, ut ob hoc fuerit necessario expectandum aliquid malum insigne, dicente Hippocrate in tertio Aphorismorum octauo, temporibus inconstantibus, hoc est propriam naturam haud seruantibus expectandos esse inconstantes & mali iudicii morbos. ergo iure merito scribit factas esse prauas febres, putredines, tumores, tussis, inflammationes, aliaque innumera mala, quae solent ab austro induci; cum enim semper regnauerit auster, atque in autumno tantum fuerint pluuiae, factum est, ut auster secundum suam naturam quae morbosissima esset, sit operatus, nec potuerit ab imbris corrigi. Etenim Aristoteles prima sectio. probl. uigilimotertio, quaerens cur austri nihil humentes creare febres soleant, inquit ideo esse quoniam cum natura auster sit febriculofus, nisi a pluuiis corrigatur, secundum suam naturam operatur, ac propterea febres, aliaque mala producit. Veram deinde constitutionem eiusdem insulae narrans Hippocrates secunda. sectione primi libri, ait totius anni statum fuisse humidum, frigidum, borealem, ac propterea homines hieme salubritate fuisse usos: Inchoante autem uere plurimos aegrotasse cuiusque aetatis, praesertim secundum oculos, iuxta quod

etiam ab ipso scriptum est tertio Aphorif. sicut aestate & autumno uagasse omnes penè intestinorum affectiones, uomitus pituitosos, & biliosos, febres tertianas, quartanas, quotidianas conuulsionem, aliaque similia mala, quae potius humidi & frigidi effectus sunt, nec pestiferi adeo, sicut quae sequuntur calidum & humidum, a quibus excedentibus fieri egregias putredines nemo dubitat, ut propterea secundam hanc constitutionem ab Hippocrate relatum minime uideatur inter uere pestilentes esse reponendam. Tertia porro Thasi constitutio uaria admodum fuit, siquidem paulo ante Arcturum, atque in ipso Arcturo aquae fuerunt, cum uentis borealibus circa aequinoctium autumnale usque ad Pleiadarum occasum, aquae austrinae paucae, parucae, hiems borealis sicca, frigidi uenti, niues magnae; Circa aequinoctium uernale maximaeurbationes cum frigore. Ver boreale siccum una cum paucis & frigidis pluuiis, Circa solstitium aestiuum paucae aquae, magna frigora usque ad Caniculae exortum; post Canem usque ad Arcturum aestas calida, magni ardore, non paulatim, sed affatim accedentes, nullae pluuiiae, nullae aestiuae perflurunt, post Arcturum pluuiiae austrinae usque ad aequinoctium uernale. In hac constitutione quoque ut uaria, sic morbi uarij sunt facti, febres ardentes, prauae, alique morbi ibidem relati, ex quibus complures tam uiri, quam feminae interibant, & qui seruabantur uel fluxu sanguinis ex naribus, uel urinarum copia multum sedimenti boni habitum, uel aluo turbata & biliosa, oportune reddente, uel dysenterijs euadebant. His itaque summatim constitutionibus constabilitis, multique ad artis usum praeclearis praeeptis interpositis, ut particulari experientia monstraret, quae dixit uniuersaliter in iis contigisse mala, incipit casus seu historias proponere; quae utrum unius duntaxat constitutionis propria, an uero ex omnibus tribus sint capta, ita ut partim ex una, partim ex altera, uel tertia fuerint accepta, haud explicare licet intelligere ex ipso Hippocrate, ueruntamen sagax ingenium potest facile dubitare: Nam ex una parte potius esse cunctis, quam ex una sola constitutione Hippocratis accepisse exempla uideri potest: alioquin nos defraudasset, imo uero, cum non meminerit huiusce rei puto inuere uoluisse, haudquaquam fuisse aegros unius dumtaxat constitutionis, sed plurimorum. Ex altera parte sicut Montanum, alioque enarratores fecus uoluisse, scilicet haec omnia capta esse ex tertia, quae omnium pessima fuit; ac propterea omnes interisse; contra quam sententiam dubito, quandoquidem cum prima fuerit tota austrina, & sicca, atque haec sit peior omnibus constitutionibus, ut diximus, uix credere possum ceteras quae non fuerunt tales, putandas esse pessimas. Etenim Galenus ipsemet primo de temper. capite quarto, scribit aeris intemperamentum calidum & humidum quale est austrinum, si totum annum detineat fieri magnam pestilentiam, si uero detineat unam solum anni partem, fieri minorem pestilentiam, cui etiam opitulatur Arist. prima sect. prob. 21. ubi scribit tunc annum fieri pestilentem cum calidus, atque

humidus est; quod si etiam aliis constitutionibus factas esse pestes narrant historici quemadmodum diximus cap. 8. lib. de pest. fuerunt aliae causae adiectae illis constitutionibus. Itaque mihi admodum probabile videtur aegros ab Hippocrate hoc in primo lib. commemoratos laborasse partim in prima, partim in secunda, maiori autem ex parte in tertia, quae vere pestilens & ipsa fuit: quod enim verisimile sit in tot grauius constitutionibus multo plures grauius aegrotasse, quam hic memorentur ab Hipp. omnes facile intuentur, atque solum Hippocrates memorauit aliquos utpote illustriores, & quibus curandis ob excellentiam uel casum raritatem multo maiore industria & obseruatione usus est. Modo accedamus ad historiam: etenim non contentus Hippocrates in antecedentibus significasse quae ueneris saliter contigerint in hac tempestate, etiam particularia subiungere ad maiorem claritatem sibi placuit. PHILISCVS. Prior enumeratus Philiscus est, quem dicitur habitasse prope murum: De loco, & de nomine hominis mentionem facit Hippocrates, sed cur non de tempore anni, neque de aetate? Haec enim omnia ut scitis alias praecipit Hippocrates esse diligenter expendenda, tum propter cognitionem morbi, tum ob iudicium, tum etiam ob curationem instituendam. Sed dicendum est, ex accidentibus enarratis, ut uidebitis, posse coniectura inueniri, & aetatem, & tempus anni, non autem nomen & locum, ea propter horum meminit. Philiscus enim hic ille idem fuit cuius meminit secunda constitutione, secundo, in primum Epid. & tex. 62. Plinius lib. 11. cap. 9. mentionem facit cuiusdam Philisci Thasi, qui maximo amore captus fuit erga apes, de quibus etiam scripsit; unde existimo in Thaso hoc nomen fuisse usitatum. Fuerunt etiam alij Philisci ut auditor Diogenis, qui ad eum audiendum peregrinatus est, fuit etiam quidam tragicus, sed haec seire nil refert; addidit quod utile est ad artem; cur autem addidit, Habit. *περὸ ὀρέων*? Murum Athenarum quae urbs contra insulam Thasum sita est, constat fuisse qui ab ipsa ciuitate ad portum ducebat, cuius mentio habetur apud Platōnem in Phaedro ubi scribit singulo mane exercendi corporis gratia Socratem atque. Prodicum ambulasse ad murum. Verum non cum fuisse certum est, si uelimus aegros hic nominatos fuisse Thasios atque in Thaso laborasse, quemadmodum est uerisimile, quare pro mutuo uel intelligendus est locus peculiaris sic nominatus in ciuitate, ut saepius uenit, et cuius etiam mentio habetur secundo Epid. sect. tertia. in Zoili historia; uel ipsa ciuitatis, mentia, quae iccirco appositus Hippocrates, ut magis distingueret Philiscum ab aliis & notum faceret; nisi dicamus propterea addidisse, quia locum urbium circa mentia semper magis morbosa sunt, cum omnes ciuitatum sordes eo soleant deferri, brutorumque cadauera praefertim, & alia inquinamenta. Aetatem non appositus secundum Galeni sententiam, quoniam sequenti historia ex ueloci morte quae contingit sexta die colligi potest fuisse aetate prouecta, & ob id uiribus infirmis, quae effecerunt ut non poterit diutius morbi vim sustinere; sed ego secus sentio, quoniam ut Hippocrates ait tertio progn. ex acutis ci-

tius intereunt iuuenes, quippe qui grauius aegrotant, unde uerisimile est fuisse iuuenem, eo maxime quod laborauit ardente & acuta febre, quae fit potissimum in aetate iuuenili, atque in ipsa aestate, quemadmodum Hippocrates dicit tertio Aph. 21. ut etiam hac ratione crediderim aestate aegrotasse Philiscum, nec obstat Arist. prima sect. prob. 29. & 14. prob. 3. dicit autumno & hieme nec non frigidis regionibus fieri magis arduentes febres quoniam id dicitur non de copia, sed qualitate, siquidem id uerissimum est plures fieri arduentes in aestate, sed quae sunt in hieme, & locis frigidis esse arduentiores. DECVBVIT. Non sine ratione & usu aliquo putandum est Hipp. hanc particulam appositisse etenim cum dies aegritudinum bifariam soleant enumerari & ab initio lesarum actionum & a prima decubitus die: certe inchoare a lesis primum functionibus enumeratione ualde arduum est, Tum quia initia huiusmodi laesio num sunt plenumque obscura, Tum quia maior pars hominum medicos tantum cum decumbunt accersit, quod tempus solet esse longum post actiones laesas, unde medici uocati sunt clinici a ueteribus, quasi solos decumbentes in lecto adeant, quod nomen narrat Cyprianus Gentilibus quasi per ignominiam Christianis fuisse tributum, quod chariratus ergo infirmos decubentes uisitabant, & ijs seruebant: quod autem hoc uoluerit significare Hippocrates. *Συμμερανδος* esse dies a decubitu, dum apponit uerbum (decubuit) uel decumbebat, ubi autem silet, ab actionibus laesis, probari potest ex omnibus ferè historijs ut suis locis uidebitur, maxime uero ex historia Chritonis in Thaso quem comm. 3. huius primi libri scribit, dum erectus esset; cepisse pedis dolore laborare, & eadem die decubuisse. PRIMA DIE Certè prima dies intelligenda decubitus; et quia dies est duplex Artificialis & Naturalis. Naturalis comprehendit tum diem tum noctem. Artificialis uero tantum diem scilicet qua tempore sol est super terram Hippocrates saepe pro naturali & saepe pro artificiali utitur. hoc autem in loco utitur pro naturali, quia comprehendit, ut audietis, diem & noctem. Iam uero cum ex historia ipsa satis constat praecipuum morbum Philisci febrem putridam existisse, atque ut ait Galenus primo, & tertio de crisi. circa febres quatuor consideretur, idea, magnitudo, motus, & mos; primum quod pertinet ad ideam febris continua fuit: & ardens, ac propterea ex bile in magnis uenis prope cor putrescente; siquidem habuit respirationem magnam affecti pulmonis & partium vitalium indicium cumque lien intumuerit semper sphaerè instar, & frigidus sudor usque ad finem extiterit, par est existimare etiam lienis inflammationem adfuisse: etenim id habent inflammationes viscerum ut faciant arduentes, in quibus extrema frigent atque in interiora uentur, quasque uocat Arist. in prob. Aepialas, & medici. Lypirias. Quod uero ad magnitudinem spectat, quae ut ait Galenus meritis symptomatum magnitudine, magna fuit, tum quia erat ardens cum siti, & aestu magno, tum quia, ut uidebimus, magna symptomata habuit uigilias, deliria, &c. Sic quoque de motu dicendum est fuisse celerissimi motus, quoniam ipsemet Hippocrates dicit fuisse acutam febrem, atque sexta die

die obijisse, cum acuti uere morbi septima die uel etiam ante septimam uelant bene aut male iudicari. Postremo de uere uolent ex superuenientibus symptomatibus bonis aut malis solemus uocare benignum aut malignum non est dubium, quin fuerit maligna febris non modo ratione constitutionis, quae pestilens erat, uerum etiam ratione ipsorum symptomatum quae superuenerunt febri iam factae. Nam secunda die omnia exacerbata sunt reliquis uigilauit, delirauit, minxit, nigra, sudauit frigidum, cum extremis frigidis, stillam sanguinis habuit diebus paribus omnia exacerbata, quae cuncta cum mala sint, plane uidetur necesse ferri morbum fuisse malignum. Atque haec summam de ipso morbo, quo Philiscus miser laborauit; Modo singula expendamus, & primum illud statuamus, quod ab Hippocrate non commemoratum dicimus posse colligi ex ipsis uerbis, nempe de tempore, anni, & aetate, esse uerisimile fuisse iuuenem, nec non in aetate aegrotasse si quidem ut habemus ex Hipp. 3. Aph. & lib. de aer. aq. nec non ex Arist. prima sect. prob. febres arduentes frequentius sunt in aestate, atque in aetate iuuenili, in quibus maxime omnium bilis exuberat: sic Hippocrates tertio progn. dicebat circa 35. annum magis fieri arduentes, sed cum duplex sit bilis flaua nempe atque nigra, existimandum est etiam nigram putruisse, quod lien fuerit semper tumidus rotundo tumore, atque uenas mixerit nigras quarta & quinta die; quae indicia fuerunt putrescentis atris bilis in liene. Dicitur itaque prima die fuisse febrem acutam, & nocte sudorem habuisse laboriosum. Circa uerba examinandum est quo pacto potuerit statim fieri febris acuta, cum sciamus initio omnia esse mitiora; praeterea quid uelit significare sudorem nocte fuisse laboriosum. De primo Hippocrates quarto de morb. scribit morbos non statim fieri, sed diu conceptos statim erumpere, dixi uero iam non fuisse uocatum Hippo. nisi post decubitu. Ex quo uerisimile est hunc uenenum prius febri simplici putrida aliquot diebus laborasse atque eam neglexisse, deinde cum facta esset acuta id est periculosa & uehementis motus qui exacerbat aegrotum, ipsum tandem fuisse coactum decumbere, & quia iuuenes in aestate multum bibunt edunt, aliosque in uictu errores committunt, haud ab re est existimare corpus eius fuisse repletum multis succis tenuibus etichorosis, qui non solum febrem acutam pepererint, uerum etiam sudorem nocturnum: Sunt qui putant fuisse frigidum sudorem, & hoc etiam in fine historiae dicit Hipp. Dicitur autem sudor esse laboriosus cum sit praeter tempus, cum non tollit, aut saltem lenit febrem, & cum difficiliter fertur ab aegrotis: sic in Philisco fuit praeter tempus, quia in prima die, nam nil decretorium fieri potest prima die, ut ait Hippocrates non abstulit febrem neque leuauit, quia ut audietis secunda die omnia sunt exacerbata, unde uerisimile est haud quaquam faciliter tulisse, imo ob hoc dicit laboriosus sudasse quasi uero fuerit sudor, qui ab Hippo. inutilis & pessimus dicitur primo progn. 27. sed propter quam causam ita cito sudauit? quia erat plenus humiditate serosa & cruda, aqua fieri sudores prohibeat Arist. secundo prob. & Theophrastus lib. de odor. Abundauit autem his humoribus, quia cum esset Thasios multum potauerat, nam Arthanaeus scribit Thasios cosueuisse potare magnis calicibus; praeterea iuuenis erat, ideo in v. etu errauerat, erat quoque aestas, quo tempore ob sitim solet quisque plus bibere. Est animaduertendum quosdam textus esse deprauatos: legunt enim, sudauit, laboriosam noctem habuit; non enim sic legendum est, sed hoc pacto, (sudauit laboriose ad noctem) dixit autem ad noctem non quod tota die usque ad noctem, sed in nocte: quando scilicet ob caloris natui retractionem uis expultrix maxime ualer. SECUNDA DIE. Hic Hippocratem pro die accipere artificialem, scilicet ab ortu ad occasum Solis perspectum est, siquidem subiungit noctem, iam uero tria die & noctu contigerunt, mane & meridie exacerbata sunt omnia, scilicet febris, & quae consequuntur febrem; & hac die potissimum, quia materia feruida tenuis & copiosa erat, & quia totus morbus debebat paribus diebus habere exacerbationes; etenim et si febris esset continua, at tamen ratione bilis alternas habere solent biliosi morbi exacerbationes, ut praecclare adnotauit Galenus primo Aphorismorum duodecimo. Secundum fuit quod tardus, hoc est uespere fuit inpositus clyster; circa quem adnotandum est Hippocratem nullum uerbum ociosum apponere. Dixit enim, id est tardo, ut duo moneat, scilicet in administrando etiam clystere id esse obseruandum, ut in declinatione exacerbationis fiat, quam uerisimile est uespere contingisse; & si hoc uerum est de clystere, multo magis etiam id intelligi debet de aliis grauioribus auxilijs: Alterum quod monet est uti non quinijs clyster, sed blandus & mollis in febribus arduentibus usurpetur; unde uis est uoce dimmutua *καλοματερον*, id est clysterulo; imo libro de affect. utitur Hippocrates in febribus arduentibus clystere ex aqua pura frigida; quod etiam comprobatum habetur apud Orisallum lib. octauo collect. capite uigesimo quarto, in febribus continuis & malignis; & huius exemplum habetur in quinto Epidem. decimo octaua. Tertium quod contingit secunda die fuit, quod nocte quietus, & causa quietis fuit, tum quia exacerbatio erat admodum inclinata uespere, quando iniectus est clyster, tum quia cum clyster iniecerit, id est commode subduxisset aluum, ea exinanita uapores qui alioquin a foecibus sursum mittebantur, sunt abducti: unde tranquillitas in toto ac potissimum in capite secuta est; Et obseruandum est semper, quando nil aliud impedit, praestare ut clysteres uespere injiciantur, siquidem ad tranquillam noctem tranfigendam facit, & forsitan propterea Hippocrates ex aliis remedijs, quae aegro tunc sunt adhibita, solius clysteris meminit, ut doceret quietem noctis secutam ab hoc uno fuisse profectam. TERTIA Miranda est Hippocrates diligentia, qui nec quicquam superfluum aduocauit, nec quicquam omisit quod facere posset ad lectorem instruendum; mirum etiam est unum clysterulum potuisse tantum, ut redderet quietam noctem usque ad sequentem meridiem; quinimmo quia mirum erat, ab Hippocrate adnotatum fuit, dicit itaque tota pene die naturalis, cum antecedente nocte, quae erat dies impar, cuncta

stus lib. de odor. Abundauit autem his humoribus, quia cum esset Thasios multum potauerat, nam Arthanaeus scribit Thasios cosueuisse potare magnis calicibus; praeterea iuuenis erat, ideo in v. etu errauerat, erat quoque aestas, quo tempore ob sitim solet quisque plus bibere. Est animaduertendum quosdam textus esse deprauatos: legunt enim, sudauit, laboriosam noctem habuit; non enim sic legendum est, sed hoc pacto, (sudauit laboriose ad noctem) dixit autem ad noctem non quod tota die usque ad noctem, sed in nocte: quando scilicet ob caloris natui retractionem uis expultrix maxime ualer. SECUNDA DIE. Hic Hippocratem pro die accipere artificialem, scilicet ab ortu ad occasum Solis perspectum est, siquidem subiungit noctem, iam uero tria die & noctu contigerunt, mane & meridie exacerbata sunt omnia, scilicet febris, & quae consequuntur febrem; & hac die potissimum, quia materia feruida tenuis & copiosa erat, & quia totus morbus debebat paribus diebus habere exacerbationes; etenim et si febris esset continua, at tamen ratione bilis alternas habere solent biliosi morbi exacerbationes, ut praecclare adnotauit Galenus primo Aphorismorum duodecimo. Secundum fuit quod tardus, hoc est uespere fuit inpositus clyster; circa quem adnotandum est Hippocratem nullum uerbum ociosum apponere. Dixit enim, id est tardo, ut duo moneat, scilicet in administrando etiam clystere id esse obseruandum, ut in declinatione exacerbationis fiat, quam uerisimile est uespere contingisse; & si hoc uerum est de clystere, multo magis etiam id intelligi debet de aliis grauioribus auxilijs: Alterum quod monet est uti non quinijs clyster, sed blandus & mollis in febribus arduentibus usurpetur; unde uis est uoce dimmutua *καλοματερον*, id est clysterulo; imo libro de affect. utitur Hippocrates in febribus arduentibus clystere ex aqua pura frigida; quod etiam comprobatum habetur apud Orisallum lib. octauo collect. capite uigesimo quarto, in febribus continuis & malignis; & huius exemplum habetur in quinto Epidem. decimo octaua. Tertium quod contingit secunda die fuit, quod nocte quietus, & causa quietis fuit, tum quia exacerbatio erat admodum inclinata uespere, quando iniectus est clyster, tum quia cum clyster iniecerit, id est commode subduxisset aluum, ea exinanita uapores qui alioquin a foecibus sursum mittebantur, sunt abducti: unde tranquillitas in toto ac potissimum in capite secuta est; Et obseruandum est semper, quando nil aliud impedit, praestare ut clysteres uespere injiciantur, siquidem ad tranquillam noctem tranfigendam facit, & forsitan propterea Hippocrates ex aliis remedijs, quae aegro tunc sunt adhibita, solius clysteris meminit, ut doceret quietem noctis secutam ab hoc uno fuisse profectam. TERTIA Miranda est Hippocrates diligentia, qui nec quicquam superfluum aduocauit, nec quicquam omisit quod facere posset ad lectorem instruendum; mirum etiam est unum clysterulum potuisse tantum, ut redderet quietam noctem usque ad sequentem meridiem; quinimmo quia mirum erat, ab Hippocrate adnotatum fuit, dicit itaque tota pene die naturalis, cum antecedente nocte, quae erat dies impar, cuncta

*Handwritten notes:*  
 Hic Hippocratem pro die accipere artificialem, scilicet ab ortu ad occasum Solis perspectum est, siquidem subiungit noctem, iam uero tria die & noctu contigerunt, mane & meridie exacerbata sunt omnia, scilicet febris, & quae consequuntur febrem; & hac die potissimum, quia materia feruida tenuis & copiosa erat, & quia totus morbus debebat paribus diebus habere exacerbationes; etenim et si febris esset continua, at tamen ratione bilis alternas habere solent biliosi morbi exacerbationes, ut praecclare adnotauit Galenus primo Aphorismorum duodecimo. Secundum fuit quod tardus, hoc est uespere fuit inpositus clyster; circa quem adnotandum est Hippocratem nullum uerbum ociosum apponere. Dixit enim, id est tardo, ut duo moneat, scilicet in administrando etiam clystere id esse obseruandum, ut in declinatione exacerbationis fiat, quam uerisimile est uespere contingisse; & si hoc uerum est de clystere, multo magis etiam id intelligi debet de aliis grauioribus auxilijs: Alterum quod monet est uti non quinijs clyster, sed blandus & mollis in febribus arduentibus usurpetur; unde uis est uoce dimmutua *καλοματερον*, id est clysterulo; imo libro de affect. utitur Hippocrates in febribus arduentibus clystere ex aqua pura frigida; quod etiam comprobatum habetur apud Orisallum lib. octauo collect. capite uigesimo quarto, in febribus continuis & malignis; & huius exemplum habetur in quinto Epidem. decimo octaua. Tertium quod contingit secunda die fuit, quod nocte quietus, & causa quietis fuit, tum quia exacerbatio erat admodum inclinata uespere, quando iniectus est clyster, tum quia cum clyster iniecerit, id est commode subduxisset aluum, ea exinanita uapores qui alioquin a foecibus sursum mittebantur, sunt abducti: unde tranquillitas in toto ac potissimum in capite secuta est; Et obseruandum est semper, quando nil aliud impedit, praestare ut clysteres uespere injiciantur, siquidem ad tranquillam noctem tranfigendam facit, & forsitan propterea Hippocrates ex aliis remedijs, quae aegro tunc sunt adhibita, solius clysteris meminit, ut doceret quietem noctis secutam ab hoc uno fuisse profectam. TERTIA Miranda est Hippocrates diligentia, qui nec quicquam superfluum aduocauit, nec quicquam omisit quod facere posset ad lectorem instruendum; mirum etiam est unum clysterulum potuisse tantum, ut redderet quietam noctem usque ad sequentem meridiem; quinimmo quia mirum erat, ab Hippocrate adnotatum fuit, dicit itaque tota pene die naturalis, cum antecedente nocte, quae erat dies impar, cuncta



pene fuisse sedatiora, ita ut uideretur aeger absque febre, & dicitur *De i. usum* & putatum est absque febre esse, quia vere non erat, cum esset febris continua, sed quia adstantes comparantes statum praesentem quietiorem antecedenti accerbiori, ita existimabant. AD OCCASUM SOLIS dicebat Hippocrates secundo Epid. omnes partes diei correspondere partibus anni, atque ita occasum solis siue vespere correspondere autumno, qui cum sit *Septembris. i. Ferinus*, sic vesper & solis occasus. Dicit aliquis cur Hippocrates breuitatis amantissimus repetit, febrem fuisse acutam, nonne sufficiebat id semel initio adnotasse? Respondeo ideo repetiisse, quoniam cum noctem antecedentem vsque ad meridiem satis placatam transegiisset, iure potuisset quispiam dubitare, ne febris acutiem omnem deposuisset, ut solet interdum contingere: Etenim licet non nihil magnitudo videretur remissa, haud tamen idea & motus erant permutati, ergo non modo remansit febris acuta verum etiam fuit cum sudore, quod ostendebat insignem plenitudinem, & cum appareret initio exacerbationis, minime bonus esse poterat, quinimo sitis secuta, & lingua & siccitas ostenderunt febrem acutiorem & acutiorem fuisse redditam, lingua enim quae superposita est stomaco & pulmonibus ubi exarescit, indicat partes circa pulmones ut ait Aristo. 34. prob. 4. ubi fit febris, valde flagrare. NIGRVM MINXIT. In tanta flagrantia & febrili aestu verisimile est combustos esse humores non paucos, atque eos in uesticam impulsos, locum reddidisse nigrum; verumtamen huiusmodi symptoma non est proprium neque frequens febrientibus acute, inde par est existimare aliqua peculiari ratione Philisco accidisse. Neque mihi placet, quod aliqui dicunt, huiusmodi vrinam fuisse indicium cruditatis, quoniam & si eo tempore vrinam minime potuerit habere ulla coctionis indicia, at tamen nigredo haud est signum cruditatis in urina, sed potius combustum in liene humoris admixtionis, quod quidem signum mortale erat, cum esset in principio, scilicet tertia die. Nam vrinam nigras in fine exeuntes nonnunquam esse criticas & salutaris non modo Hippocrates atque Galenus docuerunt, verum etiam quotidiano usu comprobatur. Sed hoc in loco oritur nobilissima quaestio: Vtrum possint humores lienis expurgari per vesicam, nam ex vna parte est clarissima auctoritas Galeni 13. meth. cap. 17. ubi scribit nullam patere viam a liene ad vesicam, qua humores eius per urinam queant expurgari, Ex altera parte est auctoritas Hippocrates qui secunda sect. 21. Epid. scribit: Bionem laborantem tumore lienis esse curatum vrinam fluxu, adhaec in libello de aefec. pro curandis splenetis vtitur medicamentis vrinam mouentibus. imo Galenus primo, ad Glaucom in cura quartanae vtitur diureticis. Pro hac graui atque utili dubitatione soluenda duobus modis responderi potest, uno duplices esse naturae vias alias manifestas, alias vero occultas, a liene vesicae non sunt manifestae, ut ait Galenus 13. methodi, sed sunt occultae ut monstrat experientia, ut ipsemet Hippocrates qui lib. de alimento dicebat omnia conspirare simul, unumque esse omnium confluxum & consensum: imo idem 6. Epid. quinta sect. initio di-

cebat naturam sibi inuenire vias non excogitatione. Alio modo responderi potest. hienem posse dupliciter euacuari per urinam, vel immediate, scilicet, vijs occultis, vel per accidens, scilicet euacuato toto, cum enim per vrinam eximantur totum corpus, consequenter etiam sine per accidens uacuatur ipse liens. NOCTEM. Nox huius tertii diei correspondens primae fuit & ipsa grauis, sed quia malum in augmento erat, fuit acerbior, siquidem dicit Hippocrates de tertia non tantum eam fuisse laboriosam, verum etiam nihil dormiuisse & delirasse; ait autem NOCTEM DIFFICILEM. Quae verba dupliciter interpretari possunt, vel quod posteriora sint explicatiua prioris, quasi dicit noctem fuisse difficilem, quia non dormiuit, & delirauit, vel quod sint tres conditiones separatae ut magis mihi placet. Nam laboriosa nox dicitur, quando corpus valde fatigatur, & potest talis esse cum somno, sed qui laborem non leuatiorem faciat, ut Hippocrates secundo aphor. idque malum est; at deterius est labori accedere somni priuationem, multo etiam deterius est vigilantes aegros delirare, & minime sapere; ea propter admirabilis Hippocrates ad testandam noctis prauitatem dicit fuisse molestam sine somno, & cum delirio. Delirauit autem Philiscus, quia a foco putredinis transmittentur bilioli vapores, qui perturbantes cerebri statum, consequenter eius actiones vitiant. Certum est deliria etiam quaedam fieri cum somno, vt saepe adnotat Hippocrates in his libris; verum deteriora sunt quae vigilantibus contingunt, quippe quod facilius sit dormientes, & somniantes quam vigilantes a recto tramite mentis declinare, mala vero quae facilius contingunt, mitiora semper sunt. QVARTA, Quarta die scribit cuncta fuisse exacerbata, & vrinam fuisse nigras. Sed optabit aliquis scire: cur non contentus dixisse omnia fuisse acerbiora facta, peculiariter addere voluit vrinam fuisse nigras? Puto hoc fecisse, quia huiusmodi symptoma non erat ex propriis neque frequenter contingentibus, sed veluti aliquid rarum & maxime obseruandum, nec complectebatur cum alijs, sed putari poterat ipsum ab fuisse. NOX PLACIDIOR. Noctem placidiorem habuit, & vrinam melioris coloris, circa quod occurrit illud considerandum primo, quae fuerit maior noctis praecedentis quies, an quod dormiuerit, an quod non delirauerit. Etenim desisse delirium haud verisimile est, quandoquidem ubi vrinam ex crassis & turbatis fuit diluiores, & melioris coloris, signum, est materiam morbificam non amplius ad vesicam ferri, sed potius in caput verti, ac propterea debere potius augeri quam minui deliria, idque non semel ab Hippocrate in Coacis animaduersum, atque ipsa ratione satis cui dens est. Verum dicendum arbitror tranquillitatem noctis in eo fuisse potissimum positum, quod aliquantis per dormierit, & minus delirauerit: nec obstat quod vrinam fuerint coloratiora, quia nigredo illa cum esset symptoma non propria, potuit fuisse sublatum tota illa materia, quae tunc eam denigrabat, euacuata: Neque tamen bonitati eius noctis tantum erat tribuendum, ut medicus debuisset sperare salutem, tum quia diebus paribus remissiones eueniebant quod solet esse infidum; tum quia absque ullo

coctionis

coctionis signo eiusmodi tranquillitas succedebat, quod Hippocrates similiter & in Apho. & in secundo Epid. dixit esse infidum. Rem autem sic sese habuisse docuerunt, quae post subsecuta sunt in Quinta die, in qua circa meridiem parum sanguinis ab utraque nare defluxit, sincerum; vrinam fuerunt vrinam non circa meridiem, quia id vix fieri potuisset, sed tota die quinta; cum contentis quibusdam rotundis, semini similibus sparsis, sine sudore. Apposita balano exigua & flatuosa prodierunt, nox laboriosa fuit, cum somnis exiguis, verbis, delirio; Extrema frigida non recalescentia, parum dormiuit, atque haec omnia nocte diei quinta. Circa quam paulisper immorandum, & primum illud considerandum venit, sanguinem exeuntem complures prauas & lethales habuisse conditiones, prima enim stilla fuit, quam esse suapte natura signum exitiale docuit Hippocrates & in Coacis, & in progn. & in toto hoc Epid. opere; imo secunda sect. huius lib. tex. 62. monstrat huiusmodi stillam esse exitialem semper istius Philisci exemplo. Etenim significat prauum sanguinem & copiosum abundare, quo stimulat natura, sed cum expellere nequit; & notat Galenus omnes here interisse, quibus in prauis & magnis febribus huiusmodi sanguis manauit; Praeterea prodijt ab utraque nare, quod signum indicat totum corpus, scilicet tam in dextera, quam in sinistra fuisse vitiatum; sicut enim exiens sanguis a dextera nare dexterum hypochondrium, & a sinistra sinistrum laborare significat; sic ubi manat ab utraque parte, vtrumque hypochondrium in vitio esse monstrat; Adhaec fluxit in meridiem, quo tempore magis vires solent valere, ob solis praesentiam, ut cum male valeant quo tempore bene valere solent iure magis suspicandum sit esse debiles uere & ualde; quamquam est & alia ratio, quod cum meridiei tempus sit alijs calidius ut Aristo. disputat. 4. probl. sect. 15. deberent tunc fluxiones humorum esse faciliores. Fuit postremo sanguis ille sincerus, hoc est nullis alijs humoribus permixtus, neque serofus quod signum erat aestum intestinum maximum esse, ichorosamque substantiam consumptam, ex toto fuisse, vnde recte Galenus interpretatur nigrum, quicquid dicant alij, quoniam ubi feruore consumitur sanguinis ichor nigrescit. & Hippocrates id testatur in Coacis ubi maxime omnium damnat stillas sanguinis atri. VRINAE VARIAE. Porro varietas vrinam varietatem prauorum humorum indicabat, quae malae sunt Hippocrate dicente excretionis omnes quanto magis variae sunt, eo deteriores esse. At dignum est scitu, qua ratione contenta illa tres conditiones habuerint, ut essent rotunda, semini similia, atque sparsa. Etenim Hippocrates secundo progn. contex. 28. ubi tractat de vrinarum contentis, horum nullam uidetur mentionem fecisse; Nisi dicamus intelligi fuffuraceas de quibus loquens ex Hippocrate Auc. secunda, quarti. tex. primo, cap. 88. dicebat malas esse in acuta febre, quoniam significabant abrasionem factam esse a febris incendiosis; fura enim sunt sparsa, rotunda, & semini non admodum dissimilia, & non modo ob flatum verum etiam propria natura suspensa manentia: scimus enim fe-

men ob spiritum supernatare vrinis. APPOSITA, BALANO Quando glans fuenit administrata & si non dicat Hippocrates par tamen est existimare id fecisse vespere, quando similiter secunda die clyster iniectus est: potius autem glande quam clystere vsus est, quod a magnitudine morbi vires essent ualde prostratae; sic enim primo de acutis 45. vribus ualentibus & aetate florente clystere infundi, languentibus uero glandem administrari praecipiebat, cumque glandes ut clystere fiant diuersorum generum, verisimile est simplici & leni esset vsuum, tum quia magnitudo febris acriores repudiabat ob calorem, & mordacitatem ipsorum, tum quia exigua, & flatuosa tantum exierunt; quod non contigisset si glans elaterio, colocyotide, scammonio, ut solebant ueteres facta fuisset, quamquam potuit etiam ob lienis vitium nihil exiisse glande, siquidem scribit Aristo. tertio de partibus animalium, cap. 7. habentibus lienem tumidum plerumque fieri uentres praeduros eo quod humores qui petentes intestina molliunt in lienem abducti reddunt ea sicca, sicuti qui multum mingunt eadem ratione parum egerunt: Itaque sicuti clysterem qui melius duxerat, nox quietior excepit, sic gladi nil educenti, plenisque foeces intestinis relictis uere nox laboriosa successit, in qua etiam nullo sudore immunita materia non modo corpus uniuersum agitata est, uerum etiam oblocutio importuna, & deliria apparuerunt cum somnis exiguis; atque haec nox respondebat primae & tertiae, quae etiam graues fuerunt, licet in hac dormiuerit aliquantisper qui tamen somnus laborem potius quam leuamen afferebat. EXTREMA FRIGIDA. Inter praecipua febrilium & earum ardentium quas Aristo. 27. probl. 2. Hepialas, medici hyperias uocant, indicia, est, ut refrigerentur extrema, atque interiora caleant, quod vel humores frigidum cutem occupent uel a magnitudine aestus extremorum calor pene extinguatur, uel magnitudine inflammationis aliquis uisceris atrahatur ab extremis ad interiora: Verum in Philisco huiusmodi signum eo exitiale erat, quod & ab inflammatione & extinctione pendebat, quae magna erat, ita ut non rediret neque recalesceret, nam etiam malum semper sit calorem a capite, pedibus, manibusque discedere, tunc tamen est pessimum, quando nunquam reuertitur, ad extrema. MINXIT NIGR A. Die adueniente minxit nigra, & ante quoque parum dormiuit & obmutuit. Circa quod considerandum est Hippocratem adnotasse parum dormiuisse Philiscum adueniente die, quoniam ut monuit secundo progn. somnus optimus, est qui fit nocte uel mane usque ad quartam horam quod ita soleant communiter homines dormire, vnde uullo huiusmodi tempore dormire pessimum est dormiuit autem Philiscus, quia euacuatus erat per vrinam nigram humor melancholicus & noxius. Sed quae fuit causa ut obmutuerit, qui paulo ante multa loquebatur? Moriturus cito frequenter contingit, ut loquelam amittant, idque pluribus de causis, uel quia mens & imaginatio penitus amissae haud quaquam operantur (esse enim sermonem imaginationis & mentis effectum non & dubium) uel

quia

Somni  
Ca. 17. quae  
merit;

febris  
signa

quia instrumenta hōc nerui & muscoli famulan-  
tes locutioni sunt impediti, ob siccitatem aut reple-  
tionem; uel qua thorax facultatis motricis illustra-  
tione orbatus haudquam uoci & consequen-  
ter sermoni faciundi inferuere potest. Iam uero Phi-  
liscus obmutuit tum quia mens eius alio erat abdu-  
cta, ut in ecstasice, cum quia ob facultatis motri-  
cis summam imbecillitatem thorax nō poterat mo-  
ueri; eadem etiam ratione cum calor esset pene ex-  
tinctus, sudabat frigidum, & extrema liuescebant;  
Sed cū infra dicturus sit Hippocrates hunc aegrum  
perpetuo sudasse frigidum, cur eius tantum memi-  
nisse uoluit in fine quintae diei? forsan quia tunc  
fuerat multo frigidior quam antea, idque ex eō pro-  
batur, quia etiam liuescebat, nam Hippocrates se-  
cundo, progn. tertio, scribit si digiti & unguis liue-  
scant, statim esse expectandam mortem eo, quia ut  
ait Galenus in illo com. signum est extingui calorē  
quia corde influit, imo ait Hippocrates huiusmodi  
colorem esse nigro peiorem. DIE SEXTA. Tandem  
eadem die, scilicet sexta, & circa meridiē obiit,  
quod autem sexta die obiit, factum est, quia ut ip-  
semet Hippocrates in fine historiae notat, exacer-  
batio in hoc aegro semper facta est diebus paribus;  
& praesertim circa meridiem; illud autem sepe per-  
petuum est, quemadmodum etiam quarto de mor-  
bis habetur ab Hippocrate ut nō modo die, uerum  
etiam hora grauioribus intereat aegrotantes, & iu-  
re quia tunc mors potissimum contingit, quando  
maximus fit inter morbum & naturam conflictus,  
praesertim in iis, quin non longo morbo consumun-  
tur, sed cito & magna ui pereunt: igitur iure periit  
circa meridiem Philiscus, quia aliis diebus circa eam  
horam factae sunt exacerbationes. At percunctabi-  
tur aliquis, quomodo potuerit perire sexta die, cū  
Hippocrates secundo Epid. sect. 6. 15, aperte dixerit  
perituros necessario interire anno, mense, & diebus  
imparibus. Praeterea cum Plinius lib. secundo, cap.  
101, narret ex Aristo, omnes mori recedente aestu  
maris, atque id experientia comprobatum fuisse in  
Gallico Oceano, qui fieri potuit, ut circa meridiem  
interierit Philiscus? Adhaec quo genere mortis exi-  
stimandum est periisse? Ad primum resp. propterea  
hoc fuisse ab Hippocrate adnotatum, quoniam rari-  
ssimum est ut quis die pari obeat, nam Galenus di-  
cit primo de dieb. decret. cap. 4. & 5. Diem sextam  
fuisse uocatam a ueteribus, tyrannum, quod ea  
torqueat & necet aegrotantes, praeter omne ius  
& rationem; obiit autem potissimum sexto quo-  
niam magnitudo morbi exigebat, ut citissime  
periret, quia autem iuuenis erat, restitit paulisper,  
nec debebat interire nisi septima, atque antecessit  
una die, quoniam ea facta est exacerbatio, in qua fit  
mors. De Plinio uero dicendum est, in aliqua forsan  
regione Oceani Gallici id fuisse obseruatum, at fal-  
sum est ubique illud fieri, cum omni hora & omni  
tempore contingere uiuentibus mortem usu quo-  
tidiano comperiat, nisi quoque dicamus id fortal-  
se uerum esse in morte naturali, quae fit per con-  
sumptionem humidum, non autem in uiolenta & mor-  
bosa. Ad postremum autem dicendum est mortem  
nihil aliud esse, quam caloris natui interitum, iam

A uero calor narius ut docet Arist. tertio, probl. 25,  
lib. de breu. & long. uitae, lib. de senectute, Theoph.  
lib. de igne. Galenus lib. de usu resp. & 6. cap. lib. de  
tremore & rigore, interit uel *σέβου* i. extinctu a frigi-  
gido & humido, uel *μαρτυρο* i. marcore, qui fit vel  
paulatim consumpto humido, uel astatim ut lucer-  
na sub sole & igne crepto; addere possumus suffo-  
cationem ex Galeno qua, scilicet priuatur motu.  
Philiscus obiit, marcore extincto nempe calore na-  
tuo, a febrili & igneo. Post relatum Philisci interitum  
Hippocrates notat quatuor commemoratu dig-  
na ipsi perpetuo contigisse; Quod respirationem  
habuerit a principio ad finem aegritudinis rari-  
ram & magnam, tanquam recordantis oblite respi-  
rationis. Quod pleni intumuerit rotundo tumore.  
Quod sudores habuerit usque ad finem frigidus.  
& Quod paroxysmi paribus diebus inuaderent. De  
hoc postremo iam diximus, scilicet rarum esse ut  
fiant exacerbationes morborum paribus diebus, ac  
propterea fuisse adnotatū hoc ab Hippocrate, qui  
licet usus sit uocabulo paroxysmi, qui in interpolla-  
tis potius quam continuis febris, qualis fuit pro-  
posita, fieri solet, attamen ea uox non proprie, sed  
cōmuniter pro exacerbatione morbi sumitur. Cae-  
terum de respiratione & alijs puto in extremo lo-  
co fecisse mentionem Hippocratem, uel quod obli-  
tus esset adnotare, ut faciunt saepe qui celeri cala-  
mo adnotant, uel quod cum semper contigerint, si  
semper eorum uoluisse meminisse, re diosum & sua  
grauitate fuisse indignum. Etenim respiratione rara  
& magna semper fuit, quia a prima die occupata  
ui morbi mente obliuiscatur respirare, donec vi  
mali ad sese reuocatus, quod omiserit respirationis  
magnitudine compenabat; lic enim plerumque fit  
respiratio magna atque rara praecipue in dehran-  
tibus, quorum symptoma praecipuum huiusmodi  
respirationem iure facit ubique Galenus & in pri-  
mo, & secundo de diff. resp. Quod uero a prima  
die delirauerit Philiscus ex eo potest conijci quod  
Hippocrates dicit eum nocte diei tertiae *παρα* i. in  
omnib. delirasse quasi nō antea adeo manifeste deli-  
rasset: & ne hoc ignoretis, Hippocrates rarissime me-  
minit pulsus, quem licet cognosceret, haud tamen  
inuenitur eo usus in medicina facienda. Imo nec Pla-  
to, nec (quod minus uidebatur) Arist. qui libro se-  
cundo Methor. cap. de terremotu licet non nihil di-  
cat; id tamen non facit ad medicinā, sicut nec quod  
dicit in lib. de respiratione & de spiritu, ubi pulsus  
non respondere respirationi, nec ad quicquam uti-  
lem esset, at ex mera fieri necessitate prodidit. Hero-  
philus primus qui ut ait Strabo lib. 12. in fine, scho-  
lam medicinae habuit inter Laodicam & Caru-  
ram, de pulsibus scripsit & docuit unde Herophili-  
eius sectatores sunt uocati, sed ut ait Plinius libro de  
cimo ob subtilitatem artis fuit desertus. Post Hero-  
philum Galenus & ipse de pulsibus locupletissime  
tractauit, at nimium quantum prolixae, & certe sem-  
per existimaui Galenum illo suo ingenio multa de  
pulsibus excogitasse, quae experientia nunquam  
probarat. At qui respiratione, ut norunt omnes, sit ex  
duplici motu, & inspiratione & expiratione, quan-  
do attrahitur spiritus, potest interdum bis attrahi,  
iuti,

sicuti sit singultu plorantium atque haec respiratio  
est illa, quae hoc in loco uocatur ab Hippocrate ve-  
luti reuocantis. Splenis tumor rotundus uisceris il-  
luis, non musculorum suppositorum in indicium fuit;  
Etenim ubi muscoli supra lienem positi inflamma-  
tione tentantur, solent prout ipsi longi sunt, ita ob-  
longos pati tumores, ubi uero solum uiscus, fit tu-  
mor teres, sicut & ipsum rotundum est. Porro  
quod semper sudores fuerint frigidi, non intelligen-  
dum est quasi assidue frigidum sudauerit, sed uult  
dicere Hippocrates sudores qui sibi contigerunt,  
semper fuisse frigidos, quam rem narrare forsan fue-  
rat oblitus. Atque haec tota fuit primi aegrotantis  
historia, quae haud arduum fuit praedicere saltem  
tertia die fuisse perituro cito; quando multa caq;  
grauia symptomata apparuerunt. siquidem ipse-  
met Hippocrates tertio progn. docet quibus fiunt.  
prima, uel tertia die labores aut quarta, aut septi-  
ma iudicari. Nec tamen Hippocrates eum deser-  
uit, cum adhibuerit glandem, ut doceret etiam  
quos timeamus perituros, esse curandos, tum quia,  
ut dicebat Aretaeus, humanitatis officium est non  
permittere ut aegri pereant desperati, tum quia in-  
terdum seruantur, quos perituros certe speres, & ut  
dicebat Seneca lib. primo, de clementia mali medi-  
ci est desperare ne curet. Modo uidentum est quae  
nam curatio debuere rationabiliter adhiberi. Vbi  
itaque a medico liberatum est curam aggredi, il-  
lud primum in animo habere debet, ut sine crae, si-  
deliter, & diligenter omnia agat pro consequendo  
sibi proposito fine, scilicet aegri sanitatem: quod quo-  
niam obtentu difficilissimum est, nisi cognoscatur id  
quod aedit sanitatem, siquidem iudicatio qua uti-  
tur medicus rationalis est, ut ait Galenus libro ad  
Thraibulum comprehensio laedentis & iuuan-  
tis ideo debet semper ante caetera cognitionem  
indagare, quae comparatur propria indu-  
stria, tum ipsius aegrotantis interrogatione; quam  
interrogationem circa quinque potissimum fieri de-  
bere docet Hippocrates lib. de affect. nempe quae  
patitur, ex qua causa, quot iam diebus, an uenter se-  
cedat, & quo uictu utatur. Haec autem omnia mul-  
to fusius docuit Galenus in hoc eodem libro cōtex.  
primo. Scribit Hippocrates primo Apho. acutissimis  
morbis tenuissimum uictum conuenire, qui erat ni-  
hil dare in prima die, imo uere usque ad tertia nar-  
rat enim Arist. tertio Politic. cap. 11. apud Aegy-  
ptios capitale habitum si quis ante tertia quic-  
quid haud potest, quando habetur pro uictu te-  
nuissimo succus pistanae, uel pannatella ex aqua.  
Cum itaque morbus praecipuus esset febris acuta  
maligna, cum tumore lienis inflammatorio, indica-  
tio postulabat inflammationis ut eius auctio prohi-  
beretur diuersionibus & repercussionibus; sed re-  
percussione extrinseca poterant intro repellere hu-  
mores sistentes. iccirco abstinere satius erat, & pro  
dolore sedando placida adhibere, & laxantia leni-  
ter ut rosaceum hydaleum. Ratione uero febris ab-  
eius forma refrigerandum, & humectandum in dica-  
batur: Ratione materiae ut putrefacta tolleretur,  
alia conseruaretur a putredine, & a malignitate. Pri-

mo igitur institui debuit uictus tenuissima ratio, &  
abstinentia uini, tum ob febre, tum ob inflamma-  
tionem. Cogitandum post haec iuit de sanguinis  
missionem indicata tum a febre putrida acuta, tum  
ab inflammatione, qui morbi magni sunt, nec pu-  
tandum est Hippocratem abstinuisse, & si tacuerit,  
quoniam nec senem Pphiscum fuisse nec uiribus in-  
firmis, initio probabile est. Euacuatis igitur primū  
aliquo intestinis statim fuit ad secundam venam de-  
ueniendum. Vnde secunda die uespere ab eo immis-  
sus est clyster mollis, quod non prius fuerit acci-  
rus, & sequenti mane missus sanguis, quo misso pla-  
ne melius aliquot horis sese habuit, sed a qua par-  
tem, putandum a sinistra, & forsan etiam a dextera  
ob locum inflammationis, & a brachio, siquidem  
lex est ipsiusmet Hippocrates relata, & a Galeno li-  
bro de curat. per sang. miss. & 13. Methodi inflama-  
tatis partibus supra renes, uenas superiores esse  
secundas. Hoc factu conuertendum fuit studium ad  
coquendos prauos humores refrigerantibus & a pe-  
rientibus, ut scilicet posset fieri eorum expurgatio:  
tum etiam diuertenda materia erat a capite quo  
tendebat ligaturis, & lotionibus extremorum ob vi-  
giliis. Caeterum dubitabit aliquis numquid Hippo-  
crates purgatorum uilium medicamentum praeb-  
uerit, & num praebere debuere: Ego uero arbitror  
Hippocratem abstinuisse ab omni genere medica-  
mentorum purgantium, quoniam sicut hoc in gene-  
re mentionem fecit clysteris, & glandis sic aequum  
fuisse ut etiam meminisset alterius euacuationis.  
Adhaec non uideretur conuenisse quia quibus uteba-  
tur Hippocrates etiam ualde calida: Vnde secundo  
acu. 11. laudat solum *παρα* uera, atque ea sibi proba-  
ta, ut ueratrum nigrum, & pepulū. Ab alijs dicit ab-  
stin. in primo Aphor. Sed alia parte ualde durum vi-  
detur Philiscum sex diebus semel tantum deiecit  
alium, nisi dicamus sponte aliis diebus eum fluxisse,  
ac propterea nil de ea eliquanda, nisi bis cogitasse,  
quasi nō nempe magis oportuissimum existimauit.  
Quae autem conuenisset dare dubitari potest, si-  
quidem dixit Hippocrates purgandum esse initio  
etiam crudos tumores, dum turgent, hoc est dum  
huc atque illuc moti periculum imminet ne ad no-  
biles partes serantur; iam uero uigiliae & delirium  
quod nocte apparuit tertiae diei demonstrabat ma-  
teriam ferri in caput, similiter urinae chaoticata  
rotunda, ac dispersa. Verum puro potuisse quidem  
Hippocratem aliquaratione saltem lenitio appellato  
medicamento euacuare prauos humores, nisi  
foran erat prohibitam, quoniam tertia die missus  
sanguis, aliam purgationem non admittebat. caeteris  
tribus diebus iam morbus factus uehementior,  
& magis exitiosus una cum saeuis symptomatibus,  
& uires propterea factae imbecilles minime permit-  
tebant ut nouam uacuatione magis labefactarentur;  
atq; eo maxime quod in urinis nullae unquam  
apparuerunt coctionis, sed potius cruditatis notae.  
Fuisse autem vires imbecillas praeceteris monstra-  
uit stillae maribus, frigiditas extremorum conti-  
nua, a glande exigua operatio facta. Porro medica-  
menta alterantia & putredini resistentia credibile  
est fuisse administrata, ut portiones illae refrigera-  
toriae

toriae in fine tertii de morbis propositae & decora herbarum oxalidis, endiuiae, fonchi, & similia. Tempore nostro bezoartica vocata conuenissent; sed illud notandum serapia quae passim usur-

pantur, mihi non probari, aestate praefertim, & in morbis biliosis, cum Hippocrates secundo auct. in morbis biliosis cuncta dulcia repudianda censet.

## HISTORIA SECUNDA.

**S**ILENVS habitabat in Platamone prope filios Euelcidis. Ex lassitudinibus & potibus, & exercitationibus intempestiuis febris magna corripuit: coepit autem dolere & lumbos & caput habuit grauitas; colli aderat contentio: a ventre autem **PRIMA** die biliosa, sincera, spumosa, saturata, multa prodierunt: vrinae nigrae nigram subsidentiam habentes, sitibundus lingua arida, nocte nihil dormiuit. **SECUNDA** febris acuta, deiectiones plures, tenuiores, spumosae; vrinae nigrae; noctem difficiliter aliquantum delirauit. **TERCIA** cuncta sunt exacerbata: hypochondrij contentio ex vtraque parte, oblonga, ad vmbilicum submollis; deiectiones tenues subnigrae; vrinae turbidae, subnigrae: nocte nihil dormiuit: sermones multi, risus, cantus, continere nequibat. **QUARTA** quod eadem. **QUINTA** deiectiones sinceratae, biliosae, laeues, pingues; vrinae tenues, transparentes, paullulum mente constitit. **SEXTA** circa caput modicum sudauit, extrema frigida, liuida; multa iactatio: ab aluo nihil exiuit, vrinae substeterunt: febris acuta. **SEPTIMA** voce priuatus est: extrema non amplius recalescebant: nihil minxit. **OCTAUA** sudauit per totum frigidum: exanthemata cum ludore rubra, rotunda, parua, veluti vari permanebant: non abscedebant: a ventre autem exiguo irritatorio stercora tenuia, qualia cruda exibant cum dolore; merebat cum dolore, mordacia; extrema parum recalescebant: somni tenues, comatosi, sine voce; vrinae tenues, transparentes. **NONA** per eadem. **DECIMA** potus non recipiebat, comatosus, somni vero tenues, a ventre autem similia, minxit aceruatim, subcrasum, sepositum: subsidentia farinacea; extrema rursus frigida. **VNDECIMA** interiit; a principio huic & per totum spiritus magnus, rarus; hypochondris palpitatione continua, aetas, & quasi viginti annorum.



**S**ILENVS **QVI** PROPE. Sequitur secunda historia, quae utrum habeat vllam cum superiore connexionem haud est diligenti sine fructu inquirendum: & cum sit longa ac profusa conabor sub capita aliqua quam breuius fieri poterit explicare. Hic itaque Silenus habuit sicut & Philiscus acutam febrem, ardentem una cum Hypochondriofum ingenti incendio, quod vtrum sequeretur inflammationem alicuius visceris an Erysipelas suo loco expendemus. Obiit autem vndecima die, scilicet multo tardius quam prius, & obiit impari die, quia etiam imparibus sibi exacerbabatur morbus. Sed melius statim est ad examen singulorum accedamus. Quis fuerit Silenus hic, non est ita facile cognoscere, cum ex veteribus plures habeantur huius nominis, quod primum a nutrice Bacchi deriuatum est. Galenus etiam tex. 4. primo. in tertio Epid. commemorat nonnullos interpretes qui Silenum

fuisse Lunaticum *από τῆς σελήνης* dixerunt: sed irridet eos quamquam apud Platonem & alios reperiantur uocari Sileni quidam daemones, & Satyri. & in Glossario veteri habentur. Silenus *Παῖς Σιδωνίου*. Sed haec nil ad rem nostram; illud certe putandum est hunc fuisse nobilem non admodum, nec ita notum, cumque describat habitationem, nempe in Platamone atque vicinum, scilicet prope Euelcidis domum, Eualcidem uerisimile est fuisse notissimum, Nam Herodotus qui fuit Hippocratis coaetaneus, nominat quandam Eualcidam Eretriaeam, duce, & gymnastam celeberrimum, qui utrum hic fuerit nil interest scire. Itaque uero Platamonem quid esset a scriptoribus uaria dicuntur, aliis fluuium, aliis locum maritimum, amplum, uel quid aliud simile exponentibus, sed quod dicit Galenus in linguarum expositione est. Platamonem esse petram laeuem & humilem in mari eminentem, circa quam dilatantur fluctus, quod vt huic loco possit accommodari

non

non video, unde potius cum Hesychio puto intelligendum esse. locum latum prope mare, qui debebat esse ubi habitabant Silenus & Eualcides, nisi Platonem, scilicet locum ubi Platani constiti erant intelligere libet. Erat autem hic aeger iuuenis, scilicet uiginti annorum ut in fine historiae testatur Hippocrates & forsitan saltator uel cursor; sic enim Sileni dicti sunt daemones quidam saltatores apud veteres; quod eo magis postumus existimare, quoniam scribit Hippocrates eum ex lassitudinibus, potibus, & importunis exercitationibus febrem fuisse natum magnam, (siquidem, ut recte interpretatur Galenus ubi Hippocrates dicit *αὐτὸν* quemadmodum hic ingentem febrem denotat) ac propterea prima die caepisse secundum lumbos dolere, capitis grauitatem, collicque tensionem sentire. Sunt enim haec accidentia nimium saltantibus, & sese exercitibus saepe numero contingentia, & nos in Gymnastica monstrauimus saltu immoderato lumbos, renes, & caput maxime fatigari, ut propter hoc minime mirum sit Silenum incurrisse febrem acutam & Hypochondriofum exaestuationem, cum corporis antecedenti dispositioni & forsitan habitui bilioso accesserint eae causae externae, quae maxime omnium possunt corpora etiam non antea parata inflammare, saltus, scilicet immoderatus atque potus: Et notandum est Hippocratem hic commemorasse causas externas, quoniam maxime conducunt ad notitiam internarum, quae ab ipsis inducuntur. Vnde secundo Epid. dicebat deueniendum esse ad occasionem, & occasionis initium: Verumtamen, ut optime notat Galenus etiam causae externae non morbos graues ita faciunt, nisi in corpore adsit ad eos suscipiendos praecedens dispositio. Verum antequam ulterius progrediamur, hic oritur dubitatio quomodo ex potu uini immoderato oriri possit febris ardens & incendium hypochondriofum, siquidem Galenus tertio cap. lib. de caus. & morb. & lib. de temper. scribit potus fieri aegritudines frigidas ut apoplexiam, paralyfim, epilexiam conuulsionones tremores, hydroper, imo Aristot. tertio, scilicet probl. primo, & sexto quaerens uir cum calidum uinum sit, attamen ex eius immoderato potu fiunt rigores & paralyfes, (nam sic esse legendum & non pleuritides, quae sunt aegritudines calidae ipsa ratio docet) ideo esse respondet, quia, ubi multum humidum est in corpore si refrigeretur, facit quoque multum frigidum, ut uestis humido frigido imbuta multo frigidior euadit; refrigeratur autem calor natiuus ut alias dicitur in eadem particula probl. 25. a nimio uini calore pene extinctus. Hoc item dicit Plutarchus tertio, Sympos quinto, ubi probatur a nonnullis uinum esse frigidum quod ab eo paralyfes, tremores, aliaque uitia frigida oriuntur. Respond. dupliciter uno modo non dixisse simpliciter Hippocratem ex potu factam febrem, sed cum aliis causis nempe exercitationibus, & lassitudinibus. Alio modo & melius postumus dicere triplicem esse usum uini, uel enim potatur moderate, uel immoderate, uel immoderatissime: si moderate potetur auget calidum innatum: si immoderate calefacit immoderate, & facit febres, ut Gal. primo, de diff. feb.

2. sin immoderatissime, ita ut obruat calorem natuum refrigerat per accidens, scilicet extingendo calorem natuum; ita enim dicit Arist. tertio, probl. 25. in quo quaerit, cur ebriosi tremant, atque eo magis si merum copiosum fumperint; ibi enim dicit tribus modis calorem extingui frigidum, scilicet, & humido defectu pabuli, & immenso calore, quod quoque Theophr. lib. de igne, et Galenus libro de trem. & rig. cap. sexto locupletissime confirmant. Postquam igitur Silenus a lassitudinibus & potibus, & nimis exercitationibus, (quod iure Galenus putauit saepius fecisse) in febrem incidit, uidere oportet quae symptomata sunt secuta, quaeque partim attinebant ad actiones laesas, partim ad excrementa mutata quae pertinebant ad actiones laesas, fuerunt: quia nil dormiuit; lumborum dolorem perferentij capitis grauitatem, colli tensionem, siticulosus fuit, linguam ualde siccam habuit. Quae autem ad excrementa mutata spectabant, fuerunt, quia aluus statim effudit biliosa, immixta, spumosa, saturata, & copiosa; urinas quoque nigras, nigramque hypostasim habentes. Sed circa haec dubitatur utrum secundum Hippocratem sit febris numeranda inter accidentia primae diei; nam primo numerat febrem deinde dicit prima die aluus fudit, &c. unde uidetur colligi posse febrem non esse numerandam inter accidentia primae diei possit quispian suspicari Silenum ex illis tribus causis incurrisse in Diariam, deinde in putridam, sed non mihi placet hic modus respondendi, quia Hippocrates non consuevit unquam appellare febrem diariam *αὐτὴν* ignem quemadmodum hic facit. Dicendum itaque; est statim ab initio febrem Sileni fuisse putridam: puto autem Hippocratem usum fuisse, hysterologia quadam, quae est, quotiescunque ea quae deberent prius dici posterius dicuntur. Videamus modo sigillatim causas horum symptomatum: & primo animaduertere debemus quomodo potuerit Silenus prima die habere urinas & foeces teterimas. Ratio autem est, quia ut inquit Hippocrates quarto de morb. excrementa & morbi non subito generantur, sed subito apparent. In Sileno itaque fuerat ante conceptus morbus, quia ex illa importuna uiuendi ratione generati sunt paullatim prauis humores, qui postmodum statim erumperebant. quia igitur habebat corpus aptum ad morbum, ideo habuit ab initio urinas & foeces teterimas, facta itaque est immensa copia bilis, quae erat sincera; quia etiam in corpore Sileni adessent humores crassi & frigidi, tamen bilis primo parata erat. Erant autem spumosa quoniam cum fieret magna ebullitio in corpore Sileni, fiebat etiam spuma, sicque spumosa excrementa. Erant etiam saturata. Appellantur autem saturata quotiescunque color bilis est maxime intensus, ita enim appellare solemus nos pannos rubeos saturatos: quando, scilicet rubeus color est ualde intensus. Erant copiosa, quia longo tempore humores paullatim collegerat. Quo uero ad urinam spectat, erat nigra, quia bilis aflata erat, quae postmodum per urinam expellebatur. fiebat autem sitis & linguae ariditas, propterea

B quod



quod febris erat ardentissima. Non dormiebat A  
tandem, quia vapores continuo elati acres cerebri  
membranas uellicabant; & summam ex his sym-  
ptomatibus poterat medicus peritus facile formi-  
dare hunc esse moriturum: cum Hippocrates & in  
coae. praenot. & secundo progn. huiusmodi ex-  
cremata statim apparentia interitum significare  
prodidit.

SECUNDA DIE. Eadem symptomata con-  
tinuarunt, scilicet foeces, urinae, uigiliae. Duo au-  
tem addit super inducta febrem acutam, nec non de  
lirium; & de delirio non est mirum quandoquidem  
uigiliae antecedentes a bilioso succo & uapore de-  
riuantes facile poterunt demonstrare futurum de-  
lirium aliquod. Sed ex alia parte cum alius perge-  
ret educere multa & spumosa, uidebatur consonum  
rationi haud quaquam debuiffe mentem tentari:  
cum in Aphor. Hippocrates non semel docuerit in-  
sanias, aliaque superiorum partium mala finiri per  
excretionem inferiorum. Nisi dicamus fuisse secun-  
da die foeces tenuiores, quod quidem argumentum  
poterat esse retentas crassiores humorum prauo-  
rum partes, si non ipsas, saltem ab ipsis uapores in  
caput reflagnasse, sicque delirium paruum induxis-  
se. At quomodo dicit Hippocrates fuisse febrem  
acutam secunda die, quasi uero prima non talis fue-  
rit, cum tamen cuncta symptomata relata demon-  
strarent, & eam fuisse periculosa & velocissimi  
motus, quae duo sunt ueri characteres morbi acuti,  
ut docuit saepe Galenus & praefertim lib. de temp.  
norb. quinimo cum prima die dicat Hippocrates  
πύρ ἐλάττω, & ut exponit Galenus πύρ significet fe-  
brem uehementissimam negari nequit, quin etiam  
tum febris fuerit acuta, cur igitur addit in secunda  
die fuisse acutam? ego certe puto uoluiffe signifi-  
care febrem fuisse acutiorem quam pridie: sic enim  
Galenus in com. ad lib. prog. in quo certum est Hip-  
pocratem loqui de acutis morbis, ubi si mentionem  
facit acuti morbi, intelligere semper acutiorem uel  
acutissimum diserte asserit.

TERCIA DIE. Scribit cuncta fuisse exacer-  
bata hoc est grauiora reddita tertia die, quoniam  
cum imparibus semper fierent exacerbationes, iure  
id potissimum contigit tertia. Sed dicit aliquis non  
ne etiam Philisco tertia die facta est exacerbatio, &  
tamen dixit Hippocrates diebus paribus fuisse illi  
exacerbationes? Dico Philisco uespere tantum  
diei tertiae caespisse exacerbationes, quod erat ini-  
tium futurae quartae, hunc autem Silenum tota ip-  
sa tertia, imo uero etiam quarta facta est, atque du-  
rauit exacerbatio: quae autem & qualis haec fue-  
rit, diligentissime ut consueuit adnotauit. Primum  
enim (quod non antea apparuerat) in utroque hy-  
pochondrio tactu comprehensa fuit tensio oblon-  
ga; circa umbilicum submolliis, foeces tenues, subni-  
grae, urinae turbidae nigrae, nocte nil dormiuit, ser-  
mones multi, risus, cantus, continere sese non po-  
tuit, atque haec cuncta tertia & quarta durauerunt,  
quae quoniam digna contemplatione sunt, singu-  
la considerabimus paulo diligenter, & primum illud  
monendum esse existimo consueuisse Hippocratem  
aegrotantium hypochondria singulo die contrecta

re, alioquin non dixisset tertia die tantum appa-  
ruisse tensionem eorum, nisi & prima, & secunda  
quoque die retigisset. Vnde iudico quoque. Hippo-  
cratem medicos imitari debere, ac diligentissimos  
esse in cognoscendo quotidie hypochondriorum  
statu, quandoquidem ibi est sedes facultatis natura-  
lis, hoc est uiscerum naturalium in quibus fere tota  
uis interitus aut salutis posita est, & in quibus tan-  
quam in palaestra quadam omnes pene morbi &  
naturae fiunt conflictus, quos maxime omnium  
semper medicus obseruat. Vtrum affectus ille hy-  
pochondriorum fuerit inflammatio uel erysipelas,  
ut aliquibus placuit & forsan etiam Galeno aut  
quidpiam aliud genus tumoris, minime indicandū  
putauit Hippocrates quod facile ex obseruatis in-  
telligi potuerit minime ueram inflammationem aut  
tumorem inflammatorium uel erysipelaceum fuisse,  
quod non adesset dolor nisi forte lumborum, qui  
etiam prima die, & forsan febrem adfuerat, nec-  
coloris illa mutatio, aut peculiare eius partis incen-  
dium, aut etiam ut ipsemet Galenus testatur, tu-  
mor; si enim adfuisset horum quippiam aequum  
fuisset ut aliquam saltem mentionem fecisset. Vnde  
suspiciandum est potius fuisse insignem obstructio-  
num copiam, quam ex crudis succis ab erroribus uitae  
congeserat, & quae potissimum tertia die appa-  
ruit, quod ante exurgarentur per foeces illi humo-  
res, tertia uero die factae illae sint non tenuiores ut  
pridie, sed simpliciter tenues quod erat indicium in  
hypochondriis crassiores humores detineri, & ex iis  
putrescentibus, ac flagrantibus tenuiores affluere,  
ut potius ἐλάττω, quam ἀρρηκνί fuerit uocanda, sed  
vnde illa submollietas ad umbilicum; forsan, quia  
omentum, quod eo pertingit absque obstructioni-  
bus erat: Accedit etiam quod ut recte perhibet Ari-  
stot. decimo sectio. probl. 45. homo habet umbili-  
cum maxime sanguineum & humidum: quo fit ut  
non ita faciliter tendatur, atque duret; erat au-  
tem oblonga tensio, quod occuparet omentum fi-  
gura longum. Cum itaque hypochondriis humo-  
res corrupti retinerentur, iure pars ipsorum, ad ue-  
sicam amandata fecit urinas nigras quidem ut an-  
tea, sed crassiores, ac propterea turbatas; Vnde fa-  
cta maior in caput euaporatio, cuncta illius antea-  
cta symptomata non parum auxit, nimirum uigi-  
liam & delirium, dicente Hippocrate quarto, Apho-  
rismorum septuagesimo quibus urinae crassae, &  
turbatae quales iumentorum, his labor capitis aut  
adest, aut aderit; delirium autem incrementum ex eo  
maxime significabat, quod plura loqueretur, ride-  
ret, & caneret praeter rationem, atque ex huiusmo-  
di risu minime sese continere posset. Verba enim  
sequi imaginationem & Aristot. dixit, in lib. per-  
hiermenias, ubi ea quae sunt in uoce scripsit esse no-  
tas eorum quae sunt in animo, ut ab errante ani-  
mo, necessario uerba tum copia, tum qualitate er-  
rantia oriantur. Sed hoc in loco dignum est quae-  
sitione, quae nam fuerit uera causa risus in Sileno,  
etenim risum atque laetitiam consequi sanguinis  
puri exuberantiam Auicennas, & Aueroes in can-  
tica docuerunt. Vnde Hippocrates quoque libro  
sexto, Aphorismo. 53. dicebat quae cum risu fiunt  
despi-

desipientias esse tutiores eo quod ut pariter Ga-  
lenus dicit huiusmodi desipientiae cum risu fiunt  
a caliditate sine ullo prauo humore; Etenim desi-  
pientias omnes fieri intemperie aliqua cerebri clare  
monstrauit Galenus cap. tertio. lib. septimo, de plac.  
Hippo. & Plat. quomodo igitur in Sileno potuit fie-  
ri risus, in quo bilis flaua & exusta abundabat, in  
quibus potius feritas quaedam & ferocia quam risus  
& gaudium fieri consueuerunt? Et qui non ser-  
uari, sed immaniter mori debet, quomodo potuit a  
sanguine risum habere cum sexto Epid. in fine ter-  
tium dicat Galenus affectus sanguineos esse tutissi-  
mos? Nonnulli doctissimi interpretes huiusmodi  
difficultate gustata extimarunt risum in Sileno non  
fuisse motum ab animo natum, sed potius calidita-  
tem eximiam atque conuulsionem, ob quos motum  
ipsum septum minime contineri poterat; unde ri-  
sus. Huic autem ad stipulari potest tum ipsemet  
Hippocrates, tum etiam Aristot. Hippocrates enim  
quinto Epid. non longe a fine Psychonem quen-  
dam narrat in obsidione ciuitatis circa datum acce-  
pisse uulnus in pectore a Lancea, ac paulo post sibi  
risum fuisse cum tumultu concitatum, unde usum  
est sibi euulsum quidem fuisse lignum. Sed ferream  
cuspidem in diaphragmate relictam esse; id etiam  
septimo libro repetitum habetur iisdem uerbis. Ari-  
stot. autem tertio de partibus animalium. cap. 10.  
hunc locum (ni fallor Hippocratis) quasi digito desi-  
gnans scribit ex uulnere illato in septum transuer-  
sum fuisse aliquibus risum excitatum ob titillatio-  
nem, & calefactionem ipsius, quasi titillatio eiusmo-  
di calefacies, & mouens animum ad risum conciter,  
quod quoque uni homini inter animalia contingere  
scribit, quasi a natura sit ad risum comparatus, id  
quod etiam clarissime confirmauit trigesima quinta  
partic. probl. sexta, & octaua, ut hinc omnibus tes-  
timoniis uideatur, non male dixisse ualefius; Cae-  
terum ut ab eius sententia recedam, tria grauissima  
argumenta me hortantur. Primum est quod ubi ri-  
sus a septo transuerso oritur secundum Hippocra-  
tem, & Aristot. fit uel ob uulnera, uel ob insignem ala-  
rum & diaphragmatis titillationem, quorum nul-  
lum in Sileno fuit. Alterum est quia si ob solam ca-  
lefactionem septi transuersi risus contigisset Sileno  
cur etiam non contingeret laborantibus febre ar-  
dente, in qua fomes putredinis atque aestus est cir-  
ca praecordia, & propterea in ipso etiam diaphrag-  
mate? Tertium atque postremum est, quod risus  
Sileni erat cum cantu, quod indicium est ab animi  
sede manasse, risus autem Psychonis, ut ait Hip-  
pocrates erat cum tumultu cuiusmodi uerisimile est  
semper esse quando fit a diaphragmate uiolato,  
neme quod cum deseruiat respiratio, uix ipsum  
uehementer laedi potest, quin respiratio uehemen-  
ter uidetur, ac propterea tumultus in corpore exci-  
tetur: praeterquam quod Silenus multum sitiebat,  
noctes graue habebat, quae accidentia potius cum  
arisu debebant abducere. Itaque dicendum po-  
tius iudico hunc affectum seu symptoma originem  
habuisse in ipso animo, seu potius in ipsa anima  
rationalis sede; atque ut sententiam meam com-  
prehendere magis liceat, supponendum est in pri-

mis risum esse ut dicebat Aristot. affectum totius  
hominis, ac pertinere non ad animi duntaxat  
sed simul ad animum & corpus; ac non ad animi  
sensitivam alioquin non appareret, quin etiam bru-  
ta deberent esse risus capacia, neque ad motricem  
eum non fiat risus sine cognitione, neque etiam in-  
tellectiuam, quippe quae est, quid se iunctum a ma-  
teria corporea, & in pueris non operatur, in quibus  
tamen cum titillatu, & absque titillatu uidentur  
statim fere acnati sunt oriri ipsum risum; sed spe-  
tare simul ad sensum cum ui cognoscente, uel ad  
tellectum cum sensu: licet enim risus uerus non ab  
tem fictus & simulatus habeat originem ab aliqua  
uoluptate, quae consequitur motionem & calefa-  
ctionem partium spiritualium, qua fit ut spiritus di-  
latentur & effundantur, ita ut interitum mortem  
attulerit, quemadmodum refert Val. Max. lib. nono  
de Philemone. quodam, qui uidens a sinum eden-  
tem sicum prae risu extinctus est, ut etiam de Chy-  
sippo narratur: attamen nisi haec alteratio percipia-  
tur a sensu & a ui cognoscente nunquam efficitur:  
Vnde fit ut apud medicos membrum, in quo gene-  
ratur risus, non sit lien ut dicebat Democritus apud  
Alex. primo. probl. 1. 36. & Plinius libro undecimo.  
cap. 37. existimantes adempto liene. tolli risum &  
fieri homines melancholicos: cum id fiat, non quia  
risus sit causa lienis, sed quia uerit Galenus expurga-  
tio humoris melancholici aufertur, qui deinde in  
ambitum corporis refluxus maeficitur, potius quam  
risum. adducit: Neque diaphragma, aut eos sunt  
domicilia risus, ut ibidem Plinius atque auerib.  
de morbis uirginum asserunt: Sed ipsius cerebrum,  
in quo secundum medicos uis cognoscitiua est uolun-  
locata: iam uero cerebrum ut & partes spirituales  
facit risum dum calefit, atque effundens ex se spiri-  
tus in os & buccas aperiri; & hiare illas facit rufic-  
enim uix imaginatrix excalefactione cerebri ueluti  
laeta & gestiens similes motus edit, neque id quae-  
uis immensa calefactio facit, alioquin semper phre-  
nitici riderent, sed tantum ea auctas, quae non com-  
burit, non potius uoluptatem affert. Etenim si quis-  
piam manus igni adhibeat, ac uehementer calefa-  
ciat, delectabitur; donec non urit; ubi autem urit  
amplius non delectatio, sed tristitia sequitur, sic con-  
tingit cerebro donec uehementer calefactum non  
uritur potius delectationem cognoscitiuae facultati  
affert; ubi uritur sunt phrenetis; & mania: Ergo.  
Silenus cum tantum sibi uehementer incalcesceret  
cerebrum, necdum flagraret, factus est risus cum  
cantu, qui & ipse gestientis animi indicium est: lam-  
que constat quare risus Sileno sit factus.

QVARTA DIE EADEM. Quomodo  
fieri potest ut quarta die eadem fuerint ac tertia?  
Nam Hippocrates secundo Apho. 24. scribit quar-  
tum diem maximam uim habere, ac septimum indi-  
cem esse: quomodo igitur potuit quarta dies tran-  
sire sine aliqua alteratione insigni? Sed res ita se  
habet: tertia die multa motio, & multa symptoma-  
ta Sileno contigerant quae durauerunt usque ad quartum  
diem; uerū quia exacerbationes fiebant dieb. impari-  
rib. ac tertia die quae apparuerunt, fuerunt graua,  
ideo quarta die eadem fuerunt. Sequitur QVINTA  
DIES.

*risus non generatur  
in cerebro  
in lien necoies  
phrenetis non ruficor*

**DIES.** in qua dicit Hippocrates Silenum multa accidentia habuisse penè tota excrementorum mutatorum, scilicet foetum & urinarum, quoniam autem haec sunt in secundaria symptomata, quae sequuntur actionem coëctricis facultatis uitiatam, facultatis autem huius essentia posita est in temperamento primarum qualitatum, ut docuit Galenus in titio lib. de fac. naturalibus hinc fit ut quanto deteriora sunt huiusmodi symptomata, tanto magis uolentiam esse uiscerum naturalium constitutionem sit necesse: ea propter foeces sinceræ, biliosæ, leues, ualde pingues. Similiter urinae tenues transparentes indicabant caloris natui temperamentum ab ingenti calore putredinali & febrili ualde contaminatum; ideoque eliquatas carnes & pinguedines praestitisse excrementa cum laeuore quodam ac superpernante pinguedine, cuiusmodi solet contingere in malignis, pestiferis, & urentibus, ac colliquantibus febribus, quas uocare consuevit Hippocrates *primarias*. Sexto Epid. comm. primo. tex. 29. & in quibus dicit Galenus reperiri calorem putredinalem ab aliis febribus diuersum. Galenus secundo prog. con. tex. 2. 1. scribit *λευότητα* seu laeuorem in excrementis duobus modis comparari, uel per coëctionem aequaliter omnes partes conficientem, & superficentem complanantem, uel per uehementem colliuationem ita totam materiam afficientem, ut nulla pars eius immunis euadat; & animaduertendum est hunc fluxum colliuationem esse unum ex his signis, quae solent inseparabiliter comitari pestiferas febres, ut docet Galenus tertio, in tertium Epid. comm. 56. At hæc in loco illud non est ociose praetereundum, quomodo Hippocrates dicat in quinta fuisse urinas tenues atque transparentes, & nihilominus parum delirasse. Etenim sententia ubique Hippocratis, & Galeni est ubi urinae primum crassiores minguntur, deinde tenuiores morbo aliquo non decrefcente signum esse materiam, quae iam pridem ad uescicam perferebatur, alio uerti, & faepe ad caput, sicque delirium futurum indicari, tantomagis in iis febribus, quae a biliosis & calidis succis efficiuntur, ut cum in Sileno ante urinae fuerint nigrae, & crassae, ac turbatae, daemum factae sint tenues, atque pellucidae, necesse uideatur affirmare humores illos combustos sursum esse conuersos, ac propterea debuisse non minuere, sed augere delirium. Praeterea cum Hippocrates non meminit foetoris, quem tamen adfuisse ingens & praua putredo testatur: neque enim hoc negligendum est a medicis, cum dicat Galenus septimo, Meth. curatores factionum romanarum consueuisse singulo mane odorare stercorea equorum, ut eorum ualetudinem explorarent. Aliqui dixerunt humores qui desisterunt ad uescicam pertinere, haud fuisse in caput sublato, sed potius in inflammatis hypochondriis detentos, atqui si hoc fuisset, aequum erat ut incendium multo maius in ipsis hypochondriis perciperetur, quod tamen minime narratur in sexta contigisse. Itaque satius est existimare humores importune fuisse ad cutim conuersos, atque sic suppressa aluo & urina papulas in corpore apparuisse die sexta, quae tamen abscesserint: Nec quicquam

obstat quod non meminerit Hippocrates imo dixerit sexta die parum circa caput sudasse, extrema fuisse frigida. Liuida cum multa iactatione, quoniam cum Hippocrates dicat in octaua. permansisse exanthemata, nec abscessisse; signum est quod prius apparuerant, sed abscedebant; De foetore dicendum est non meminisse quoniam is necessario sequitur putredinem ingentem ut Galenus ait quinto, de simpl. med. cap. 15. Hippocrates autem delectatur ea praetermittere, quae necessario consequuntur, ut quibusuis nota: Praeterea illa liuiditas, & iactatio erant indicia tetrae materiae in cutem properantis; quae cum esset sordida putredine infecta, non erat mirum si ab ipsa partium externarum calor ualde uolatus extrema reddebat frigida & liuida, quod quidem potuisset alicui persuadere febrem fuisse imminutam: Verum cum interiora adhuc flagrant Hippocrates addidit febrem fuisse acutam, hoc est etiam cum praedictis signis durasse magnam, quia etsi multa materia praua & corrupta in ambitum corporis uel quadam effunderetur, plurima tamen adhuc in internis partibus praesertim hypochondriorum relinquebatur, quae seruens iactationem illam faciebat. Sicut etiam aliqua portio in caput sublata cum sudorem produxit exiguum; nam Aristot. secunda sect. probl. 17. scribit nos sudare facilius fronte & facie, quia eae partes laxae & humidae sunt; unde ubi non alibi sudatur signum est non posse fieri sudorem propter imbecillitatem. Sed hoc in loco uo debetis adnotare. Vnum est Hippocratem magno iudicio dixisse extrema facta esse frigida, liuida non conuerso quoniam ut Aristot. manifeste docet octauo probl. primo. prius praecedit frigus: deinde liuor, quoniam a frigore ob absentiam caloris natui inducto congelatus sanguis redditur subniger primo, idest liuidus, deinde niger siquidem expirante calore, & spiritibus simul qui lucidi sunt, amittitur albedo & luciditas, sicque succedit liuor eo pato, quo corpora senilia lucescunt deficiente calore, & quo vilices sunt liuidi ob sanguinem ibi congelatum. Neque possum satis credere Aristoteli qui in ultima sectio. probl. primo, quaerens rationem cur corpora fiant nigra in senectute, dicit hoc fieri quia siccantur; hoc enim uerum esse potest in plantis, sed in hominibus non ita uerum esse uidetur. Alterum ad notandum est illam iactationem non a robore motricis, sed potius a debilitate esse factam, quia cum praedebilitate corpus uo sit stare nequit, subinde figuram optat mutare, ut Galenus scribit in fine primi de motu musculorum, idque contigit Sileno sexta die, cui uires debiles erant propter onus, idque tribus de causis prima, quia aluus nihil reddebat, & excrementa antecedentia erant retenta secunda, quia urinae erant suppressae, nam inter omnes euacuationes corporis nullae sunt magis necessariae quam deiectio & urina, quod demonstrant multa & maxima instrumenta a natura his uibus destinata, tertia quia febris erat acuta.

**SEPTIMA** deinde uocem amisit, calor non rediit ad extrema, et urina fuit suppressa penitus, quae oia symptomata-

promaticum essent letalissima in tanto morbo, & praesertim septima die, iure debuissent eum finire nisi aetas iuuenilis & uirium robur adiuuasset ad protrahendam mortem. Quae autem fuerit causa aphoniae, & utrum durauerit usque in finem iure quaeri posset: At quod errore mentis non contigerit ex eo adducor ad credendum, quod septima minus delirauit, unde uerisimile est aliquam prauam materiam in neruos deferentes facultatem motricem ad linguam & ad thoracis musculos esse transmissam, sicque ex toto impeditis illis partibus facultatem simul & loquelam amisisse. Etenim *ἀφασία* & aphoniam ita sese habent, ut ubi illa sit non necessario fiat aphoniam, quemadmodum ex aduerso aphoniam facta simul *ἀφασία* facit, quae forsitan causa effecit simul, ut urina supprimeretur, scilicet facultate musculorum abdominis ad restringendam uescicam famulantium motrice impedita ob neruorum in crassationem: Scio etiam uitio cordis aphoniam oriri, ut perhibet Hippocrates lib. de morb. uirginum, & ut de historicis experientia testatur, quas respirationem minimam, quae est uocis prima materia, habentes non loqui quotidie obseruamus, ut ob hoc Heraclides uocari eum morbum *ἀφασία* ut Galenus sexto de loc. eff. & nos in uariis lect. uerius monstrauimus. Verum in uiris id non facile animaduertitur, atque eo minus in Sileno fuit, quod is ut dicit Hippocrates in fine historiae, semper habuerit magnam & raram respirationem, atque hypochondriis, scilicet dexteri continuam palpitationem. An porro semper durauerit aphoniam, puto interdum intermisisse, sed rediisse, ut ob hoc repetierit Hippocrates octaua quoque die aphonum, idest sine uoce fuisse. Sed quare hoc Hippocrates adnotauit? quia admittere calorem in partibus extremis est grauissimum, sed ita amittere ut nunquam redeat exitialissimum est, quia fieri potest ut abscedat uitio inflammationis, aut alicuius accidentis; sed quando non reuertitur, indicium est calorem esse usque adeo fractum ut non redire.

**NIHIL MIXTUM.** Cur Hippocrates diuersa phrasi hic utatur, atque est ea; ubi scribit suppressam esse urinam ratio est, quia sexta die non exibant ea facilitate, qua opus erat. sed septima die nihil omnino mixtum, quod signum erat extinctionis facultatis expultricis, qua die, nec non nona narrat coplura alia symptomata contigisse partim ad actiones laesae partim ad excrementa, partim ad qualitates mutatas pertinentia. Actiones laesae fuere somni tenues, comatosi, uocis priuatio; Excrementa fuere foeces multae; crudae tenues cum labore, & cum paruo stimulo redditae, similiter urinae tenues transparentes, sed mordentes & dolorosae. Aequalitates mutatae, erant quod extrema parum recaluerunt, simulque cum sudore apparuerunt papulae rubrae rotundae, paruae tamque uari, quaeque permanebant, nec abscedebant. At quae haec sunt quae octaua die acciderunt Sileno obseruatum digna, quaeque etiam non perdurarunt: quasi initium fuerit omnium in octaua, sed in nona postmodum fuerit quasi illorum uigor; cum exacerbationes diebus imparibus semper fuerint. Et quia ra-

tioni consentaneum est haec non absque summo iudicio fuisse ab Hippocrate adnotata, ob id singulorum rationis ipsi quoque percurramus, illud primum admonentes hunc iuuenem. necessarium robustissimum extitisse, siquidem morbus secundum signa, qua initio uisa sunt, debebat finire septima die, attamen protractus est ad undecimam; & (quod mirum est) interpositis diebus atrocissima superuenierunt, quae plane uirtus robusta taudiu sustinuit. Primum enim somni fuere tenues & comatosi, quia materia crassior relicta in cerebro; illud irrigabat, atque huius praenuncia facta est illa aphoniam, quae die antecedente apparuerat; quando, scilicet crassior materia circa neruorum principium firmata ibi in crassationem & motricis facultatis impedimentum attulit, quae materia postmodum etiam per uniuersum cerebrum superficicentus distributa similiterque facultatis in corpus distributionem paulisper prohibens comatos, idest grauiores & profundiores peperit somnos, ut non modo aphoniam si forte fuerat remissa, redierit, uerum etiam aucta sit, ac propterea ab Hippocrate adnotatum fuisse credibile sit. At si somni tenues dicuntur in quibus facile excitamur, & comatosi in quibus difficiliter, quomodo potuit simul & somnos tenues & comatos habere? nisi dicamus Hippocratem uoluisse dicere; quod modo facilliter modo difficiliter excitaretur: aut quod facilliter quidem excitaretur, sed statim iterum in somnum delaberetur, comatosus enim dicitur non tantum qui profunde dormit; sed etiam qui facile in somnum delabatur; sic enim Galenus in art. med. inter signa cal. & hum. cerebri ponit esse comatosum. Huiusmodi autem symptoma maligna rum atque pestilentialium febrium ferè perpetua signum est, quodque Romae frequentissimum uideri solitum testatur Asclepiades apud Caelium Aurelium, cap. decimo, libro secundo, acutorum. Erant uero somni in Sileno tenues, hoc est facile excitabiles quoniam humor pituitosus ille tantum cerebri superficiem oblidebat, Etenim ille humor donec exiguus fuit sudorem tantum paruum circa caput peperit, auctus aphoniam occasione praestitit, magis autem adhuc auctus, & per cerebrum propagatus aphoniam addidit somnum comatosum; Quod porro attinet ad excrementa mutata uisum forsitan alicui fuisset debuisset praerberi aliquod medicamentum purgans; quo aluus irritaretur, quia quotiescunque supprimitur aluus, debet quaeri ut molliatur; Sed existimandum est secus fecisse Hippocratem quando cum non conferret dum fluebat sponte, multo minus contulisset si arte id esset tentatum; paruus autem ille stimulus cuius meminit, aluus non potuit esse, nisi uel placidissimus clyster, uel simplex glans, aut simile quippiam subditium, nam certam est succo atque decocto mercurialis ad id frequentissime uos esse ueteres, & praesertim Hippocrate, ut apparet eius scripta legentibus praesertim septima Epid. in casu Aristocratis. unde haud potuit suapte, natura tot foeces & excrementa, educere: sed cum antea fuisset retenta aluus, rationi consentaneum est illam materiam cumultam, atque corruptam quolibet deinde

uel exiguo stimulo a natura fuisse exclusam: sed dicetis si fuerant retenta, quomodo igitur tenuia, qualia cruda; nam quanto magis foeces retinentur, tanto magis exiccantur, unde Aristot. primo probl. 13. sectio. dicebat stercora retenta minus foetere, quam urinam quomā exiccantur. Resp. solum fuisse retenta die sexta, & 7. & quinta exiisse immixta, unde non potuerunt adeo exicare, quinimmo liquidiora permanere, ob continuam illum & colliquationem, quae ipsis intestinis a toto corpore suppeditabatur.

CVM LABORE. Montanus exponens hanc particulam cum labore, dixit causam esse, quia faeces erant combustae, quare propter suam acredinem & mordacitatem dolorem faciebant. Sed aduersus Mont. insto. quia Hipp. dicit haec excrementa quae cruda: non poterant itaque esse combusta, quia quādo Hippocrates loquitur de urina nō dicit *πυρρα* sed *πυρρα* sed *πυρρα*, quia tunc urina exibat cū dolore ratione mordacitatis: sed hic dicit *πυρρα* quare intelligendum est cum labore. cum difficultate: Erat autem causa difficultatis, quia facultas expultrix iam extincta erat, ex altera parte irritabatur natura, ad expellendam materiam prauam; & in hoc sita erat difficultas. Urina quoque cum fuisset retenta ac propterea factida, mordax reddita ob bilis mixtionem & putredinem inire inter excrementum mordebat, ac dolorem inferebat, simulque tenuis & transparentis erat. Iam vero sudor totum fiebat ob excrementorum prauorum exuberantiam. Etenim cum natura ui coacta octaua die non decretoria neque indicatoria propellere vellet excrementa praua ad cutem, pars ipsorum tenuior & serosior, sensibilibiter percussit meatus prodiens sudorem faciebat eo pacto, quo Arist. atque Theophrastus perhibent nonnullos cruentum habuisse sudorem scilicet sanguinis ichorē exeunte ob tenuitatem per cutem: ex parte uero crassiore in ipsa cute firmata subortae sunt illae papulae de quibus paulo post dicetur. Quod autem illo sudor videretur frigidus efficiebant ipsamet extrema ob natui caloris paupertatem refrigerata. Nam quemadmodum si in ipsa cute humores frigidi reperiantur sudorem per ipsos transeuntem reddunt frigidum; sic par est ipsamet solidiores partes refrigeratas sudorem exeuntem reddere frigidum, quamquam Aristot. secunda probl. sect. 35. dicit sudores frigidos fieri a copioso excremento ut calidos ab exiguo. atque ob id eos esse deteriores, morbosque longos efficere. Atqui forsā alia ratione erat frigidus, quia scilicet in toto corporis ambitu extinguebatur natiuus calor. De qualitatibus mutatis certum est non recaluisse extrema, septima die, quoniam prauitate feccorum in dies magis calor natiuus ueluti transfugabatur, atque etiam ab interno incendio abducebatur a corporis ambitu, at octaua die parum recallescerebant. Sed si in septima die calor redire non potuit, quo pacto in octaua in qua uelut humile est calorem magis abscessisse, rediit? Pro responsione dicendum est id quod dicit Galenus uelidelicet idem contingere naturae, quod certantibus contingente solet: solent enim certantes ubi vident

rem esse desperatam omni conatu niti, ut se ab hostibus liberent: non secus facit natura, quae aduersus morbum contendens ubi sentit se a morbo superari, nititur extremum conatum facere aduersus eum, in quo conatu omnia uidentur reuiuiscere; adeo ut Medicignari saepe numero spem concipiant aegrum seruatum in. Hoc itaque contigit Sileno quia in octaua die cū natura esset penē a morbo uicta, omnibus uiribus conata est Silenum seruare, & propterea caluerunt extrema. Papulae, quas diximus fuisse sobolem humoris crassioris & uicidioris, quatuor habuerunt conditiones, scilicet ruborem, rotunditatem, paruitatem instar uarorum, atque permanentiam. Rubrae primum fuerunt, quoniam ichor sanguinis faedus e uenis in cutem transmissus illas producebat, qui etiam ut solet aqua dispersa & partita figuram rotundam acquirere, sic & ipsae rotundae, & eleuatae instar uarorum, qui graecae *κνίδοι* dicuntur: paruae exurgebant atque manebant nec abscedebant unquam hoc est nunquam delitescerebant, sic enim interpretandum est, non ut alii, abscessum faciebant, alioquin Hippocrates uana dixisset. Haec autem contingebat ob copiam materiae quae assiduo suggereretur, atque ob eius uisciditatem, & quia natura infirma non poterat materiam superare. Caeterum circa hoc tres occurrunt dubitationes, una est quomodo in toto corpore factae fuerint huiusmodi efflorescentiae, eum Aristot. 36. part. probl. ultimo, scribat uaros esse ueluti efflorescentiam quandam incoacti humoris, quae ut plurimum circa faciem fit ob illius humiditatem atque raritatem. Altera dubitatio est quomodo potuerint hae papulae esse rubrae, nam extremitates sexta die erant liuidae, neque ualeat dicere liuorem abscessisse, quia ab Hippocrate nusquam hoc significatum est: praeterea Herodotus apud Aetium lib. 5. cap. 129. loquens de eiuismodi exanthematibus dicit rubra esse semper salubriora, nigra, liuidisque, si igitur hoc uerum est, quomodo in Sileno poterant talia fieri, cum caetera exitalia signa haberet? Tertia est utrum huiusmodi papulae fuerint variolae nostrae appellatae ut nonnulli putarunt, scilicet Manardus, & Valefius an potius papulae vocatae, an quippiam aliud. Circa primum dicendum est Hippocrate non dicere papulas proprie fuisse uaros illos, qui hodie uulgo uocantur colli, sed similes uaris, hoc est paulisper eleuatas, & rotundas, quales sunt uari: etenim diximus haec exanthemata fuisse sobolem ichoris sanguinei, uari autē sunt e crudis succis cruori permixtus, qui potissimum sunt in facie, ut etiam Iulius Pollux, docet, ubi abundat humor pituitosus, qui postmodum sanguini feruido ob iocinore transmissio commixtus; & in uultu uel attractus uel transmissus ipsum similibus tuberculis afficit: quae in febribus pestiferis & ardentibus, qualis fuit in Sileno, haud quaque fieri solet, sed in iuuenibus, atque aliis alioquin bene ualentibus, quorum iocinora feruida sunt atque uultus rariore, humidiores, & calidiores. Ad secundum respodendum uidetur, liuorem ortum esse quia praefrigore saepius sanguis congelabatur, qui postea liuidus reddebatur, eo pacto, quo uidemus partes

flagella-

flagellatas luere: in quibus sanguis extra uenas ductus congelatur. Fiebant autem quibus, ut dixi, quia cum natura omni conatu quaereret expellere materias prauias, factum est ut ichor sanguineus a partibus internis ad externas proficeretur: hoc autem esse uerum, comprehendere potest a Galeno sexto Epidem. in historia Simonis, itaque mirum non erat si existente etiam liuore in ambitu corporis apparent rubrae papulae. Quod autem non fuerit seruatus Silenus, alia exitiosa signa indicant, quia quantum pertinet ad has papulas, potuisset seruari. Circa tertium in lectione nostris editis de puerorum morbis, copiose & accurate (si fallor) demonstrauimus uariolas nostras ueteribus ignotas fuisse, ut propter hoc putem eos maxime errare, qui vel hic uel usquam existimant Hippocratem nobis descripsisse uariolas, neque enim praeter alia argumenta unquam uidebitis uariolas aut morbillos appellatos erumpere octaua a febre die, sed tertunda, tertia, & ad summum quarta, nec ualeat quod Hippocrates assimilet uaris, quia similitudo huiusmodi potest quoque conuenire aliis efflorescentiis. Non fuisse etiam petiulas nostras appellatas satis competentem est, quoniam haec exanthemata faciunt tumores; petiulae uero sunt absque ullo tumore, sed instar morsurae pulicum, interdum rubrae, interdum liuidae, interdum nigrae. Nec mihi placet eorum sententia, qui adeo recenter ortas faciunt petiulas nostras, quandoquidem etsi a ueterissimis scriptoribus non habentur ita descriptae, quales uidentur, attamen Iacobus de Partibus medicus non incelebris, qui uix circiter trecentos ante annos ipsarum clarissime meminit in comment. ad Auic. prima quarti tr. 4. cap. secundo, ubi appositisime eas describit, atque similes morbus non culicum, quas zenzalas populari uocabulo dicimus, sed proprie pulicum, nec non diuerforum gererum, & colorum facit. Itaque dicimus fuisse papulas Sileni efflorescentias, siue, ut loquitur Plinius, eruptiones rubras, quales apparent etiam hodie in febribus malignis, & quarum meminere alij, ac forsan ipsemet Hippocrates secundo Epidem. sect. tertia, & libro quinto: ubi dicit circa 7. 8. dies apparuisse asperitates in cute miliaceas iis similes puncturis, quas inferunt culices, quamquam dicat se nullo in uero, sed in feminis tantum eas tunc obseruasse. Herodotus etiam medicus antiquus apud Aetium libro quinto, cap. 129. meminit ubicum in febribus prauis, morsuris culicum simulum & diuersorum colorum, inter quas praefert rubeas alijs coloribus. Ob quae oritur dubitatio, quomodo si extrema erant liuida, poterant fieri maculae rubrae, praeterea quomodo rubrae dicuntur meliores si Silenus cum iis moritur, nisi dicamus liuorem factum a sanguine congelato subius cutem, papulas uero factas esse ab ichore sanguineo ab internis ad extremitates, ut colligitur ex Galeno sexto Epid. ubi loquitur de papulis Simonis. quod perierit Silenus fuit ob alia deterrima symptomata, non ob papulas. DE CIMA DIE. Cum octaua & nona eadem Sileno contigissent, decima superuenerunt alia non minus miranda & grauiā, siquidem laborantes fe-

bre ardere inexplabiliter situnt, & potare cupiunt, attamen Silenus non potauit, ad somnum propositus fuit, sed somni erant tenues, uentire eadem esse runt quae praefert exierant, an autem sponte, an cū stimulo non dicit Hippocrates, est tamen conuictum etiam tumens fuisse aliquo stimulo, cui dicitur similia egessisse; uinam emisit confertum, quae seposita abstinenti leuiter acquirere; sedimentum uero farinaceum erat album, extrema rursum frigida; nam antea, scilicet octaua parum recaluerant, & nona quoque sic persisterant; habuerunt autem haec omnia easdem causas ut antea; sed quia signa grauiā & exitalia quō magis perdurant, eo etiam atrociora esse uerisimile est, Hippocrati placuit repeterere, ut intelligatur etiam in imaginibus morbis naturam, quantum potest reluctari, & ubi non sufficit uincere, cito, & statim uincere quemadmodum huic contigit, qui statim undecima die interit. Ad adnotandum est Hippocratem dicere Silenum non accepisse potum, non quod non sitisset, sed quia iam occidit facultate omni haud sentiebat huius, quae omnium maxime sentiri debet; Potest etiam dici pro potu intellexisse omnem prohibitionem a medicis antiquis usitatam, quam non capiebat amplius quod uis appetitrix ob materiae prauitatem esset penē extincta, nisi etiam dicitur tum deglutendi, ut fit in moribundis, penē defecisse, atque hoc potestremum ut intelligam, facit mors quae paulo post successit. Est etiam aliud obseruandum, de uisita farinacea, seu *πυρρα*, scilicet eam esse, in qua sedimenta sunt farinam crassiorem aemulantis; & quae cum significet ingentem visibitatem, inter decem rimas ab Hippocrate recehsetur, secundo progn. quemadmodum alba & tenuis secundum liquorem: At dicit aliquis quomodo potuissit urina simul esse tenuis alba cum subcrasso sedimento. & cur de undecima die nil aliud adnotauit, quam ipsum eā die occubuisse? Urina crassa seu turbida (idem enim utrumque) ut Galenus dicit primo de cris. 12. interdum mingitur crassa & remanet; interdum non remanet, sed uidetur clarescere paulo post subsidentia facta huius uel illius generis, & ubi clarescit, interdum ipse liquor remanet mediocri, qui non est ita malus, interdum albus atque tenuis, quae condicio mala est, & ab Hippocrate damnata; praefertim quando & ipsamet subsidentia mala est. Etenim & crudos simul & exstos succos exuberare signum est. De undecima uero nil aliud notauit quam mortem, quoniam uel nil noai superuenit, cum iam in decima propinqua mortis, aeger potum, id est prohibitionem cibalem non accipiens indicium dedit; uel obiit inchoante undecima, nam qui a morbo uicti sunt plerumque finire uitam & morbum solent initio dierum decretorum, quasi nequeant inchoare pugnam, sed statim in primo insulto cedat; quod potissimum contigit Sileno, quia exacerbationes ei fiebant principio diei, & certum est, quod scribit Hippocrates ea hora plerumque fieri mortes, qua fiunt exacerbationes. Post relatum Sileni funus notat Hippocrates tria, Vnum est a principio usque ad finem spiritum magnum & rarum habuisse; quod in quatuor aegris ex quatuordecim

primae

primae constitutionis obseruauit Galenus tum in his com. tum secundo de diffic. resp. 2. Aliud est hypochondrii palpitationem perpetuam ei fuisse. Tertium & ultimum aetatem aegrotantis fuisse circa vigesimum annum. Quod spectat ad primum iam alias dixi, Hippocratis aetate nodum disciplinatum pulsuum fuisse excultam, forsitan nec excogitatum, quam Herophilum Hippocrate posteriorem omnium primum tradidisse, ac ob artis subtilitatem fuisse desertum a sequacibus memorat Plinius libro vndecimo, cap. 37. in fine. vnde solius respirationis potius quam pulsus mentionem facit, sique interdum meminit pulsus, facit rarissime & quali aliud agens. Causa autem cur Hippocrates potius respirationis, quam pulsus curam gesserit, est quia a respiratione possumus cognoscere plurimas affectiones quae uoluntate reguntur; in pulsu autem non ita, & praeterea non est uerum pulsuum dari Amatorum & forsitan, Erasistratus ille, in respiratione potius quam in pulsu deprehendere potuit illius iuuenis amorem. Spiritus autem magnus & rarus cum (vt ait Hippocrates primo progn. 24.) proprius sit delirantium, qui quibus feruorem febris plurima respiratione indigent, atque ob mentis errorem respirare quandoque obliuiscuntur cum ita reddunt, rationi consentaneum est, Silenum, si habuit huiusmodi spiritum perpetuum, a primo, quoque die non bene constitisse mente, etsi forsitan conspici delirij notae duntaxat secunda die coeperint apparere; atque hoc sane fuit in Sileno admirandum, qui statim mentem turbatam habere coepit. Quod aut ita sit manifeste docuit Galenus secundo de diffic. resp. cap. decimo, ubi dicit Philiscum & Silenum non habuisse alias causas quam delirium respirationis raris & magnae. imo eodem lib. capite tertio, uerum rime monstrat hanc respirationem esse delirij propriam sequacem, quod ante ab Hippocrate monstratum est progn. loco citato; & licet non semper in hoc fiat mentio delirij, quod forsitan aliquando cessaret; ex toto, propter hoc tamen haud est negandum quin fuerit continuum. Circa secundum illud est obseruandum, quod alias etiam monui nomine Hypochondrii simpliciter prolata interdum apud Hippocratem intelligi dexteram, ubi scilicet iecur situm est, vt praecclare docuit Galenus. interdum uero utrumque, hic autem utrumque Hypochondrium accipi oportet, cum nulla alia sint relata signa, iocinoris aut solum, aut principaliter patientis: Quid uero sit *παλιος*, seu palpitatio, cuius Hippocrates in Coacis quoque & alibi meminit, ut libro tertio Epidem. aegr. 3. & primo lib. aegr. 4. & aegr. 4. lib. 3. atque alibi, non est ita compertum; hoc enim uocabulum interdum usurpat pro uera palpitatione, quam diffiniuit Galen. lib. proprio esse motum inuoluntarium partium, quo sponte atrolluntur, atque uicissim deprimuntur. interdum, ut Aristoteles etiam lib. de respiratione & spiritu percussu arteriae alicuius, uel adspectabili uel non adspectabili, & praesertim uel cubiti, uel illius magnae arteriae, quae dorsum pectus occupat, Galenus de palpitatione Sileni loquens, uidetur eam habuisse sententiam, vt fuerit pulsatio arteriae dorsalis ob

A inflammationem hypochondriorum, quod etiam mihi maxime placet, modo non ueram inflammationem, sed *παλιος* potius intelligamus; iam uero pulsatio huiusmodi, sicut in brachio infantiam, vt secundo Epidem. habetur, sic in hypochondrio tum multum atque delirium futurum uere significat, ut monuit Hippocrates secundo prognost. Cur uero aetatis Silentem meminerit, quod non fecit in Philisco causam putauit Galenus, quod cum initio fuerint atrocissima symptomata ob quae debebat septima die uel etiam ante extinguere, ne quispiam miraretur, addit fuisse uiribus maxime ualentibus, vt sunt in aetate uiginti annorum constituti, ob quas fuit diutius protractus morbus, quam in Philisco, qui forsitan uel ob aetatem, uel ob aliud quippiam uires haudquaquam ita ualidas habebat. Nam certum est ex omnibus aetatibus raritas perire constitutos intra 18. & 35. annum, scilicet quod tunc calor maxime robustus, ac propterea uires, quae illo uno fulciuntur, validissimae sint: Sed possumus & aliam rationem adducere, vt scilicet ostenderet iuuenes etiam robustissimos, grauissimos morbis tentari, quasi moueat posteritatem, ne iuuenes consiliu uirium robori errores in uictu committant, sicut fecit Silenus. Vtrum autem fecerit quicquam ad mortem inducendam, quod circiter annum clymateriae nemp. 21. esset, quos clymateriae credit vulgus fatales esse, nil affirmare audeo, scio enim grauissimos auctores huic populari sententiae assensisse. Sed scio quoque Hippocratem nil aliud hac de re scriptum reliquisse, quam quod habetur secundo Epidem. s. perituros necessario die, mense, & anno imparibus mori. Sed postquam iam miser Silenus funeratus est, atque consonum est eum fuisse remediis uel ab Hippocrate, uel ab alii tractatum, superest vt inueniamus, uel quae remedia fuerint administrata, uel saltem quae debuerint rationabiliter administrari; Et quoniam medici munus est uiam aegrotantis salutem praeclearis semper habere, ad eamque cunctos suos scopos dirigere, primum oportet qui scopi, quae uel indicationes in similibus morbis esse debeant, reperire; tum eis satisfaciendi accommodata remedia, remediorumque materias inuenire. Scopus itaque primus & principalis cum sit auferre morbum, qui est laedens, ad eum respicere nemo potest, nisi prius quis & ubi sit cognoscat diligenter, quo fit ut ante caetera oporteat naturae morbi cognoscenda operam dare, siquidem ea ignorata minime expugnari potest. Fuit igitur morbus Sileni praecipuus febris cum hypochondriorum tensione inflammatoria, sed non uera inflammatione. Vnde Galenus dicit uisam esse non simpliciter inflammationem, sed quandam inflammationem diaphragmatis; dicebat autem primo & tertio de crisi circa negotium de febris quatuor spectari oportere, ideam, magnitudinem, motum, & morem. Idea febris fuit continua ex genere ardentium, cuius focus fuit in hypochondriis prope iecur & septum transversum, non enim in ipso transuerso septo, alioqui debuisset respiratio non esse rara, sed frequens. fuit autem prope iecur, quia deiectiones quae apparuerunt statim fuerunt biliosae, sincerae,

sincerae, saturatae; quae sunt ab ingenti calida iocinoris intemperie, vt Galenus docet. 8. de med. loc. 7. humores uero qui putrescebant erant uarij succi crudi & ferofi ex erroribus in uictu commissis cumulati; praeterea pituita & bilis uisita; ut ostendunt lotia quandoque nigra, quandoque biliosa, sincera, transparentia & alba. Magna febris erat propterea quod magna quoque statim fuerunt accidentia: stitit, uigiliae, deliria, inquietudines. Motus etiam celerissimus fuit, cum statim ad augmentum deueniret; & ni adiuuisset uirium robur, cito etiam interficeretur eum debuerat. De more autem iudicandum est fuisse malignum; tum quia febris omnes quae sequuntur uiscerum ascensiones malignae exsultantur ab Hippocrate & Galeno secundo prognost. tum quia accidentia quae superuenerunt a prima die fuerunt praua, dicebat uero Galenus tertio de crisi ab huiusmodi accidentibus bonis uel prauis febrium iudicari mores, vt sunt deliria, sudores, refrigerationes extremorum, diffidilis morbi tolerantia, exanthemata. Itaque cum talis existeret febris, indicatio erat putredinem factam euacuandi, quae fiebat prohibendi; prohibetur autem putredo, si calor febrilis qui est auctor putredinis tollatur refrigerantibus & moderatè siccantibus, nec non obstruentiones, quae augent calorem & humores ad suscipiendam putredinem disponunt, auferantur: simulque symptomatibus urgentibus & quodammodo uim morbi agentibus occurratur. Ergo primum fuerat instituentibus uictus refrigerans, moderatè exsiccans, aperiens. Vnde aer eligi debuit frigidus, siccus, si minus praeparare conueniebat flabellis, irrigationibus, aliisque aere refrigerantibus, somnus etiam procurari debuit, sine quo nullae bonae coctiones in uisceribus fieri possunt, ut iure dixerit Hippocrates sexto Epidem. sect. quinta, tex. decimo, laborem esse alimentum carnibus, & articulis, somnum autem uisceribus. Animi passionem moderandam, abnegatis scilicet cogitationibus abstinendum, imo etiam a frictionibus, nisi gratia auertendi a capite molles factae essent: nam febriculosas esse dixit Hippocrates, & quod pertinet ad motum animaduertendum est, ne surgant ad eundem, uel ad alium exonerandum, quoniam saepe fit ut in animi deliqua, & in alia detrimenta incurrant, nisi iacentes huiusmodi necessarias actiones obeant. Si alius non fluxisset erat sollicitanda uel clystere, uel glande, & in omnibus febribus maxime diligo, quemadmodum etiam Auicem. ut si potest qualibet die alius, nisi sponte fluat, excutitur; quandoquidem foeces quanto minus retinentur, minus feruent, atque intestina magis refrigerantur, praesertim si ex pituita, uel sero, uel aqua hordeacea fiant clysteres, atque egeli diuiciantur: hoc est uix frigoris expertes; nam etiam ex aqua frigida in febribus ardentibus fieri consueuisse ab Hippocrate, ipsomet testatur in lib. de affect. internis: quod scriptum etiam inuenitur apud Orisium octauo collect. cap. vigesimo quarto. & exemplum habetur quinto Epidem. in casu Antimachi uxor; quae in re debet medicus prudens esse, vt

A scilicet mensura clysteris magna uel parua, & qualitas aeris uel blanda uel mediocri pro aetate, natura, & regione eligantur. Et enim ut docet Rufus apud Orisium citato loco feminis plus clysteris, quam uiris est iniiciendum, minus pueris quam adultis. In ardentibus & acutis uitandi sunt acres clysteres. sicut in teneris corporibus, Gallos, Thracas, atque Italos non ferre acres clysteres dicit Orisius. Quod uero spectat ad inanitionem & repletionem, debet medicus curare ne aeger nimis repleatur, seu euacuetur: habemus enim primo Aphorism. aegros magis peccare in uictu tenui &c. Circa potum & cibum in huiusmodi casibus debet medicus accuratus & solers esse, nimirum ut a uino abstineatur, in qua re scio complures medicos esse negligentes, ac libenter ipsis aegrotantibus assentari, cum tamen Galenus etiam in febribus tutissimis primo ad Glauc. noluerit concedi uinum ante concoctionis apparitionem. Et in libro de Marco minime ausus est in eo affectu concedere uinum, etiam si uires collapsae sint. Plinius etiam lib. vigesimo tertio, cap. primo; omnium medicorum fuisse consensum scribit, vt febricitantibus uinum negaretur: Nec ualeat Hippocratem indulgisse uinum facilius in lib. de morbis; atque etiam in libris acut. quonia illi libri sunt magna ex parte doctrina Gnidiorum, qui in uictu errabant plene in his uero si quando uinum concedit, id semper intelligendum est uel magna necessitate postulante, uel morbo inclinante; praeterquam quod tempore Hippocratis quaedam aegris concedebantur, quibus si nostro tempore darentur omnes risum excitarent, vt exempli gratia, catulorum caro, quae frequentissime illis temporibus in aegritudinibus adhibebatur: quod etiam apud Sextum empiricum in Pyrrhonicis legitur. Loco autem uini sunt multae potiones usitatae a qua cocta simplex uel cum succo limonum, uel cum succo granatorum, cum saccharo, picea, aqua hordei, aqua e carnis pullarum; per sublimationem extracta. Non me latet ab aliquibus daminari succum granatorum, quod sciri potum sit a Galeno secundo de alimen. fac. etiam dulcia granata, non carere ui adstrictoria, atque adstringentia in febribus putridis caueantur. Verum si parum succi multae aquae cum modico saccharo miscantur, non uideo quid adstrictionis inesse possit; quod noceat; praeterquam quod succus acidorum puniceorum uim habet resistendi putredini, refrigerandi, & modicam aut nullam adstringendi si ita pareretur; uerum est tamen dulcium succum non ita a me probari, quod facilius putrescat propter hoc nobilissimus auctor Theophrastus libro quinto de causis plant. dixerit acida punica, dum sunt dulcia, citius putrescere, quam dum permanent acida. & meminimus profiteri Bononiae a me quadam aestate in qua incredibilis copia huiusmodi uini consumpta est, complures aegros ista potione fuisse adutos, debet tamen semper potus esse frigidus, praesertim aestate, vt colligitur ex Galeno septimo Meth. de melca. & Auenzoare lib. primo, trac. decimo sexto, cap. sexto, de aqua hordei. Hippocrates etiam in fine tertii de morbis multas refrigeratorias potiones proponit,



propōnit, & inter alias mixtionem unius partis uini Thaiti cum .20. aquae; vt etiam de uino Maro-  
na eo scribit Plinius; sed hoc est potius ostendere  
quam concedere uinum, vt dixit ille medicus Ga-  
leno simile uini potionem indulgenti. In cibis pa-  
natella cum succo seminum melonum vel recētium,  
uel aqua frigida maceratorum, pisana ueteribus  
uitatissima, succus ipse seminum melonum conueni-  
ent: sed cauenda semper sunt huiusmodi semina  
aetusta, quoniam (vt ait Hippocrates secundo de  
diaeta) inflammant, nisi ut dixi diu, prius sint fri-  
gida aqua macerata. Panis lotus quoque bonus de  
quo in uariis lect. locuti sumus: sed in pane eligendo  
semper illud obseruandum, quod initio suae me-  
dicinae dixit Auenzoar cum a prima cocturae die  
non esse manducandum quod amittat temperatam  
complexionem, & difficiliter digeratur. Iuscula quo-  
que paruae pullae concedi possunt, praesertim in  
progressu morbi; necnon herbae ipsi incoctae, &  
succo limonum asperfae, vt lactuca, endiuia, ace-  
tosa, pimpinella. De ouis dubitant aliqui an de-  
beant in febris administrari, quemadmodum  
etiam de carnisibus, eō quod calefaciant, facileque  
corrumpantur; & putredini uberem fegetem & ma-  
teriam suppedient; cum Auenzoar libro tertio,  
tract. primo, in fine, omnes species carniū citissime  
in fabricantibus conuerti ad putredinem asse-  
rat. Sed oua sorbilija & tremula, quae mediae ma-  
teriae facit Celsus minime debent negari; praeser-  
tim post quartam diem, quod, ut dicebat Plinius,  
nihil est, quod in aquersa ualitudine neque alat, ne-  
que oneret, simulque uini cibi & potus habeat. Car-  
nes similes paruae pullae nō damno, maxime cum  
uiribus firmioribus est opus, & si cum ipsis coqua-  
tur oxalis, borrago, endiuia, pimpinella, vel reda-  
telis iis in succum adiciatur limonis, aut citri succus,  
vel expressum ex ipsis paratum balneo mariae vel  
praelo exhibeatur modicum. Id tamen de quanti-  
tate semper in cibandis grauitur & pestifere febricitantibus  
est cauendum; ne quod faciunt mulieres  
multus cibus exhibeatur, quoniam cum nequeat  
coqui, necessario largus putredini suggeritur fo-  
mor, vnde ut praeclear dixit Hippocrates septimo  
aphorism. 62. si quis cibum febricitanti praebear,  
sano quidem robur, laboranti autem morbus: &  
multi aegri propter hoc dum proximi sunt morti  
ualde biliosas & foetidissimas foeces reddunt. Hora  
cibationis est uel in remissionibus symptomatum,  
uel ut ait Auicenna hora consueta sanitatis tempore,  
atque frigidiore. Instituta uictu illud statim cogi-  
tandum erat de refrigerando corpore, deque plenitu-  
dine tollenda, ac locis praeparandis; pro usu de ob-  
struentium, quod cum fiat omnium commodissime  
per sanguinis missionem, non est dubium quin hoc  
in casu Hippocrates iusserit sanguinem e uena se-  
cta, etiam in copia mitti; non est autem locutus ea  
de re quoniam nimis uulgare fuisse docere se rem  
fecisse a nemine praetermittendam; quis enim est  
adeo male fortunatus medicus, qui in iuene robusto,  
repleto, ac morbo magno laborante non statim  
ad mittendum sanguinem accedat? cum Hippocr.  
vbiq; uideatur constituisse hos duos sanguinis mit-

tendi scopos ad quos respiciendum est medico, sci-  
licet morbi magnitudinem, & uirium robur; quini-  
mo probabile est; cum uideret humores sursum in  
caput ferri, atque hypochondria aestuare non se-  
mel tantum misisse; & forsan etiam ab infernis par-  
tibus, secta uena poplitis aut tali. Etenim hirudi-  
num usum in extrahendo sanguine hodierna die  
usque adeo medicis familiarē Hippocrati, atque  
aliis ueteribus aut ignoratum, aut minimis proba-  
tum fuisse comperio, & Aristoteles semel tantum  
mentionem huiusmodi animaliculi fecit. Quod Hip-  
pocrates quandoque meminert *βδελγας*, vt in secun-  
do prorrhēt. id plerique ueteres putarunt esse di-  
ctum de uena uaricosa, quamquam Galenus in ex-  
plic. linguarum & Erotianus in Onomasio de ipso  
animali dictum uelint, cuius etiam in fine Poeticae  
mentionem fecit Horatius dum dixit, Non missura  
cutem nisi plena cruoris hirudo; sic etiam Plautus  
in Epidico, iam me uortam in hirudinem, atque ho-  
rum exfugebo sanguinem; quod ante quoque di-  
xit Theocritus in Pharmaceutica dum amorem hiru-  
dini confert, & Opianus libro secundo, ubi lo-  
quens de Delphino & Amiarum pugna similitudi-  
ne utitur ab hirudinibus dicta, sed etiam si a uete-  
ribus hirudinum tamquam sanguinem exfugētium  
facta sit mentio, haud tamen facile est reperire eas  
ad extrahendum a corporibus aegrorum sanguinem  
adhibuisse, nisi quispiam producat Nicandrum in  
Theriacis scribentem quandoque morsus uenenatos  
ab hirudine exfustos curari, quod tamen nil fa-  
cit ad id quod quaerimus, scilicet an ueteres medici  
hoc animali tanquam euacuandi ab aegris sangui-  
nis instrumentum uterentur. Celsus Aurelianus &  
Plinius certe forsan omnium primi vsus huius ani-  
malis in extrahendo sanguine meminerunt, ille acut.  
libro tertio, cap. tertio, in synanches curatione ubi  
ab aegro formidatur cuspis ferri, sanguisugam ap-  
poni iubet, hic uero lib. 32. cap. decimo, eundem  
hirudines praeflare vsum ad extrahendum sangui-  
nem, quem cucurbitulae tradit, quas tamen id uitiij  
testatur habere, quod relinquunt remedij deside-  
rium singulo anno in iisdem partibus, quae res for-  
san ab ipso dicta fuit de haemorrhoidibus; attamen  
etiam podagricis eas adhiberi solitas tradit. Antyl-  
lus quoque Galeno ut puto posterior apud Oriba-  
sium septimo collect. cap. vigesimo primo, de hoc re-  
medio loquens uidetur inuere ipsarum vsum tem-  
pore suo innotuisse, nec adhiberi solitum nisi ti-  
merentur alia mittendi sanguinis instrumenta, ad-  
dens non ex profundis partibus; sed tantum e su-  
perficie sanguinem exfugere. Galenus certe nun-  
quam, quod sciam, huius remedij meminit, & liber  
qui eius nomine circumfertur, est Oribasi non ip-  
sius Galeni, quemadmodum etiam ipse non est li-  
ber ille diffinitionum medicarum, ubi scribitur ad-  
hiberi solitum hirudines ubi locum affectum tenuiter  
aperire conuiliū est. Auicennas quoque id to-  
tum quod scripsit de hirudinibus ab ipso Antyllo  
apud Oribasium accepit, & ualde miratus sum scho-  
lastis Auicennae oscitantiam qui non uiderit ea,  
quae sub Galeni nomine hac de re edita sunt, cau-  
cta esse ipsissima Oribasilij ex Antyllo uerba, sic  
etiam

etiam quae apud Aetium referuntur libro tertio,  
capite 22. ex Galeno non ipsius, sed eiusdem Antyl-  
li sunt, cum Galenus nunquam alias memisisset hi-  
rudinum, tanquam instrumenti ad extrahendū san-  
guinem usurpati inueniatur. Paulus certe ubi tra-  
ctat de dolore capitis in febris, commemorat hi-  
rudinum applicationem, sed nil praeter ea, adeo ut  
clare pateat huiusmodi praesidium a principibus  
medicinae fuisse neglectum tanquam inutile, & for-  
san periculosum; praeterquam quod si morus &  
foramen attendatur, quod facit animalicum hu-  
iusmodi, plane usque adeo angustum est, vt necesse  
sit crassiore sanguine intus relictō, tenuiore dum-  
taxat exire, & quod dicit Auicennas magis attrahe-  
re ex profundis partibus hirudines cucurbitalis ap-  
ud me ualde suspectum est, tam quia est contra-  
rium sententiae Antylli apud Oribasium, tum quia  
contrariatur etiam Galeno, qui duodecimo meth.  
dicit cucurbitulas esse inuentas ob uolentiam a pro-  
fundis partibus attractum, quamquam idem Auic.  
qui uidetur huiusmodi inuentum tribuere medicis  
Indis, nullius alterius ipsarum vsus memoriam face-  
re uideatur, quam in cutaneis affectibus, & Iacobus  
de Partibus dum eam partem interpretaretur scri-  
psit etiam interdum adhiberi haemorrhoidibus, coe-  
cis & dolorosis, quasi uero neque in febris, neq;  
in aliis morbis ut sit hodie passim, adhiberentur; &  
ego cum obseruauerim sanguinem semper tenuissimum  
ex angusto illo foramine exire non ad euacuandum  
illum sanguinem crallum ut faciunt ple-  
rique uxor, sed dumtaxat ad auertendum impetum  
vaporum, vel sanguinis a capite. Cum ergo non  
sit uerisimile Hippocratem vsum fuisse hirudinibus,  
relinquitur uidere num potuerit uti cucurbitulis,  
seu scarificationibus: certe euacuato sanguine for-  
san apparentibus octaua die exanthematus locus  
fuisse vsui cucurbitularum, maxime in partibus in-  
fra renes ad auxiliandum ipsi naturae pellenti pra-  
rios humores ad conuenientem locum. At cum per-  
manerent, & nulla signa coctionis apparent, ac-  
quum erat illum motum fuisse symptomatum, &  
propterea non imitandum, sed forsan praestitisset  
locum cutis mollibus, & moderatissimis fritioni-  
bus ac aliquo linimento, vt oleo, nitro laxare, atque  
naturae expellenti magis patefacere, quemadmo-  
dum narrat idem Hippocrates sexto Epid. com. se-  
cundo, tex. 30. de Simone cui exanthemata lata co-  
tigerunt, non admodum pruriginosa, & quotiescu-  
que ad ignem vngebatur, vel calida aqua lauaba-  
tur, iuuamentum percipiebat: nam ut optime nar-  
rat Galenus, etsi non adeo haec expulsiō contulerit  
ut potuerit Silenum liberare, protraxit tamen  
vitam ad undecimam, quae debebat finiri saltem  
nona, nisi natura conata esset expellere inimicam  
materiam. At de scarificationibus sciri debet, eas  
frequenter ab antiquis usurpatas inueniri, imo ue-  
ro Galen. quarto de tuend. val. cap. quarto. ubi ue-  
nae sectio impeditur, ipsius loco scarificationes co-  
mendant: sed ualde diuerse erant scarificationes a  
cucurbitulis scarificatis, vt ex Oribasio colligitur li-  
bro octauo collectaneorum. Ceterum quod spectat  
ad alia remedia pro praeparandis humoribus, &

A vincenda putredine, confectiones ex sonco oxali-  
de, scordio conuenissent similiter & decocta, quem-  
admodum pro somno conciliando linimentum tem-  
poribus adhibitum ex oleo violato, philonii modico  
& limonum succo; pila ex opio, oleo anethino,  
pulvere papaueris, & mandragorae, atque lotiones  
extremorum ex decocto foliorum falicis, vt, capi-  
tibus papauerum, vna cum ligaturis repetitis. De  
Pharmacis ut aliqua dicam, veteres ea diuiserunt in  
externa, & interna: interna adhuc in quantuor ge-  
nera, uidelicet in lenientia, purgantia, alterantia, &  
corroborantia: lenientia appellatur ea, quae al-  
uum blandissime subducunt, in Sileno autem huius-  
modi medicamenta non conueniebant, quoniam  
habuit aluum fluentem. De castia, manna, thama-  
rindis ueteribus ignotis, & huiusmodi dubitarunt  
nonnulli, an in his febris conueniant, & ego cer-  
te ab humidis medicamentis quantum possum ab-  
stineo: Manna non displicet, sed praeter caeteris cly-  
sterem laudo, nisi quid impediatur. Praeparantia di-  
cuntur ea, quae aperient vias, humores attenuant,  
& intemperiem corrigunt: iam uero in huiusmodi  
febris humores sunt terribiles & flagrantes, praeparantia  
ergo debent esse refrigerantia, aperientia,  
exciccantia, & putredini obnoxia, vt sunt decocta  
ex pimpinella, sonco melissa, endiuia, oxalide. Et  
quia omnes febres pestiferae sunt ardentis nonnulli  
commendant vsum aquae frigidae in discrimina-  
tim: de quo remedij genere alias dicam, nunc scia-  
tur in his febris, refrigeratorijs utendum esse. In  
hoc genere sunt quoque ea, quae putredini obno-  
xia sunt, vt Bolus armena & lapis Bezoar, & alia hu-  
iusmodi, quae si non iuuant saltem nō laedunt. Cau-  
endum autem est omnino a dulcibus, cum magna  
ex parte hi morbi sint, biliosissimi, in quibus dicit  
Hippocrates secundo acut. magnopere fugienda esse  
dulcia, nosse nunquam potius laudare usum sy-  
ruporum nostrorum, tum quia aegrorū gustum ingra-  
tissimi sunt, tum etiam quia facillime bilefcunt.  
A purgantibus medicamentis ueteres in huiusmodi  
febris omnino abstinebant, & Hippocrates in his  
historijs aūquam in febris acutis de purgantibus  
medicamentis mentionem facit, quapropter ob eorum  
insignem caliditatem omnino euitanda sunt. Nisi  
tamen interdum materia turgens secundo Hip-  
pocratis praecceptum exigat: quo in casu mitiora,  
vt ueratrum nigrum, rhubarbarum, agaricus, alijs  
grauioribus anteferre licet. Corroborantia ueluti  
sunt confectiones ex Rossis, borragine, citro, & si-  
miles aliae in vsu quoque esse possunt, & pro ua-  
rietate viscerum debiliū, sic sunt uariae eligendae  
ut pro capite, confectio ex Saliua, Roremario,  
Pro stomaco ex Menta: Pro iecinore ex cicorij tum  
folio, tum flore. Pro splene è capparis, & sic de  
singulis. Pro corde aquae frigidae apud Pharmacopolas  
lactificantia Almanforis & Gal. species cordiales  
diamuscum, sed praeter caeteris maxima cura semper  
est habenda uentriculo, qui, vt ait Galenus primo  
de cris. in omnibus febris semper ante alia viscera  
uiolatur. Et haec de Sileni miserijs.

## HISTORIA TERTIA.

**H**EROPHONTI febris acuta: ab aluo pauca qualia in teneſmo ſecundum principia. Poſt haec autem tenuia prodibant, bilioſa, ſubcontinua: ſomni non aderant; urinae nigrae, tenues. **Q**VINTA mane ſurditas: exacerbata ſunt omnia; lien intumuit: hypochondrij conſenſio: ab aluo pauca, nigra exierunt, mente motus eſt. **S**EXTA delirauit; in noctem ſudor; refrigeratio: delirium perfeuerabat. **S**EPTIMA virium frigeat; ſitibundus; deſipuit, nocte ad mentem redijt, dormiuit. **O**CTAVA febricitauit: lien imminutus eſt, intelligebat cuncta; doluit ſecundum inguen: tumor primum lienis ſecundum rectitudinem: deinde dolebat ſecundum utraque crura: noctem faciliſe: urinae coloratiores, ſubſidentiam habebant paucam. **N**ONA ſudauit; iudicatus eſt; intermiſit. **Q**VINTA reuerſus eſt: ſtatim autem lien eleuatus eſt: febris acuta: ſurditas rurfum: poſt recidiam autem **T**ERTIA lien fuit imminutus. ſurditas minus: crura doloroſa; nocte ſudauit: iudicatus eſt. **D**ECIMASEPTIMA: neque delirauit in recidua.

**H**EROPHONTI FEBRIS ACUTA. Cur Hippocrates in hac tertia historia ſolius nominis aegrotantis fecerit mentionem, dimiſerit uero habitationem, atque alia quae interdum ſolitus eſt adicere, puto cauſam fuiſſe, quod hic uir eſſet notiſſimus omnibus, & ſibi praefertim, unde nec plura ob propriam memoriam erat neceſſe adnotare, neque etiam ut teſtimonio aduerſus alios uti poſſet: & cum huius nominis nullum inuenirem uirum celebrem ob aliquam uirtutem, aut egregium facinus apud ſcriptores commemoratum, ſit ut credam potius Hippocrati, ualde notum fuiſſe ob aliquam uirtutem & ſcruilitatem, quam ob uirtutem, atque hinc factum eſſe, ut niſi poſt quintam diem ipſum uilitauerit, ut apparet ex conſuſa narratione eorum, quae ſibi eueniunt ante quintam, ſed utcumque ſit, pauca omnino diſcutit Galenus circa praefentem hiftoriam, quaſique per capita tranſcurrit totam; illud uero dicens animaduersione dignum, hunc praefentem aegrum praeter expectationem omnem fuiſſe ſeruatum; quod ſi cuncta ſymptomata quae prioribus diebus acciderunt, expendantur, iure poterat quis timere eum fuiſſe moriturum. Atqui nos more noſtro paulo diligentius circa ipſam diſceremus, illud primum in medium proponentes morbum, quo laborauit, fuiſſe grauem, a quo cum euaserit exiſtimandum eſt eius naturam & uires fuiſſe robuſtas, proptereaque & ipſum potius fuiſſe in iuuenili quam in ulla alia aetate conſtitutum: quemadmodum etiam ſuſpicor aegrotaiſſe autumno, quo ſcilicet tempore fieri lienis morbum quo laborauit, ipſemet Hippocrates teſtatur tertio aphoriſmo. & in lib. de affect. & quamquam ibidem dicat fieri etiam uere lienis morbos: tamen rarioreſ, & alterius generis ſunt. Fuit autem morbus quo laborauit Herophon duplex, alter quidem primus ut ſic loquar, alter uero ſecun-

duſ ſeu recidua, ex quo loco colligi poteſt reciduae dies ſemper eſſe connumerandos ſeparatim a diebus morbi primi; quaſi uero ſint morbi ſeparati, non unus, ut aliquibus male placuit. In primo non fuiſſe uocatum Hippoc. initio morbi, ut retro etiam monſtraui, ex eo tunc ſciunt, quod explicite ſymptomatum ſolus quintae diei, & aliam ſequentiſſimam facit mentionem; alia uero, quae ante quintam commemorat conſuſa, & abſque ullo dierum diſcrimine narrat, prout ſcilicet uel ab ipſo met aegro, uel ab adſtudentibus audiverat. In primo igitur morbo ante quintam atque poſt quintam diem ſi ſingula ſpectemus, quae eueniunt, poſſumus exiſtimare quod ad idaeam morbi pertinet, fuiſſe febrem ardentem, atque ex iis quas dixit retro iudicatas fuiſſe cum recidua die decimaſeptima; cum tumore lienis minime inflammatorio. Fuit autem febris & magna & acuta, & non boni moris, tum propria ratione, tum etiam ob peſſimam aeris conſtitutionem; Habuit Herophon ante quintam diem acutum febrem cum accidentibus partim ad actiones laeſas, partim ad mutata excrementa ſpectantibus. Inter actiones laeſas fuere uigiliae, inter excrementa mutata fuerunt foeces paucae circa initia, quales in teneſmo eiici ſolent, hoc eſt mucosae, & ſubcruentae, poſt tenues, bilioſae, copioſae; Urinae quoque tenues & nigrae. Ut dicebam uerifiſſime eſt Hippocratem ad hunc non fuiſſe uocatum ante quintam diem, atque forſan ob hoc fuiſſe ipſum notum quidem, ſed non nobilem & pauperem, cuiuſmodi etiam ſolebat non raro curare Hippocrates ob ſingularem pietatem & charitatem quae erat in ipſo. Conſueuerunt enim nobiliores, atque epulenciores, ut qui magis metuunt mortem, magisq; diligunt uitam quam proſperitatibus coniunctam degunt, ſtatim autem aegrotant, medicum adſciſcere. Quae uero pauca narrat, puto intellexiſſe ab aegrotante, uel adſtantibus, ſiquidem, ut alias dixi, inter ea quae Hippoc.

lib. de

lib. de affect. proponit perſcandanda a medico eſt, quid patitur, a quibus cauſis aegrotet, & quomodo uideatur, num alius fecerat. Cur uero foeces in principio habuerit paucaſ inſtar earum, quae in teneſmo eiiciuntur, deinde fuerint copioſae, tenues, & bilioſae, puto cauſam fuiſſe, quod ante malo uictu ſit uſus, praefertim caepis, alliis, porris, ceterisque herbis & fruſtibus, ex quibus generati fuerunt ſucci crudi, aeres, & uiciſi, qui adhaerentes extremo inteſtino egerendi aſſiduam atque inane deſiderium intulerunt, donec ipſiſ conſumptis ſuceſſerunt poſt bilioſi, tenues, & copioſi, qui niſi fuiſſent acrimonia priuati, proculduſio dyſenteriam peperſent. A cupiditate uero illa egerendi, atque a ſecuta poſt copioſiore foecum egeſtione putandum eſt contigiſſe, ut prioribus illis diebus dormire nequieuit, cum qui teneſmo, & alui fluore laborant, continuo excitentur, & egerere aliquid cogantur, ſimulque aliquo dolore torqueantur; nam teneſmo laborantes certum eſt aliquo dolore exerceri, ut propter hoc medici illi apud Cornelium Nepotem in uita Pompeij Attici ualde ſint hallucinati, dum crediderunt ipſum teneſmo laboraſſe, & tamen omni dolore caruiſſe. Ceterum quo pacto Herophon uenas nigras initio habuerit, atque priore morbo deſunctus etiam a recidua euaserit, non ita facile eſt comprehendere, quandoquidem urinae nigrae ſunt exitiales, ut Hippocrates ſecundo progn. & in Coacis: & Galenus primo. de criſi. 12. teſtantur, at in principio exitiaſſimae ſunt, adeo ut Galenus ipſe aſſerat, neminem ex iis ſeruari; niſi dicamus nigram urinam eſſe duplicem, aliam quae ſit ab uitione ſanguinis & conſumptione ſeri ob ardorem; aliam uero quae ſit ob mixtionem ſucci atrii & melancholici; atque illam eſſe exitioſiſſimam, hanc uero non adeo, proptereaque Herophonta fuiſſe ſeruatum, cui ſecundo modo urinae fuerunt nigrae, ut ob id quinta die tranſlatus humor ater in lienem, in tumorem illum eleuauit: nam ſecundum Hippocratem lien ſolet duorum humorum eſſe domicilium melancholici, propter cuius depurationem dicebat Plato in Timeo eſſe factum, nec non humoris aequali, ut ſaepeſ quarto de morbis ſcriptum reliquit. atq; ita uſque ad quintam diem res aegri propoſiti ſeſe habuerunt, qua die uocatus Hippocrates ſua admirabili ſolertia obſeruauit plura ſymptomata, inter quae ſuit in primis exacerbationem omnium antecedentium eſſe factam die impari. Atque ex actionibus laeſis ſuit mane ſurditas, & in fine deſipientia. Ex mutatis excrementis: ab aluo pauca & nigra, Ab affectibus praeter naturam lienis tumor hypochondrij contentio, quorum omnium ut ligillatim cauſas perſcrutemur, auſpicabor a ſurditate: quam mirum eſt ſuperueniſſe, cum & per urinas & per aluum (nam hunc etiam perrexiſſe fluere colligi poteſt ex eo quod dixit Hippocrates cuncta eſſe exacerbata) & per ipſum lienem tumidum; factum materiam magna ex parte uel euacuatam, uel ſaltem a capite infra abductam fuiſſe rationi conſonum ſit, dicente eodem Hippocrate aphor. uigefimo octauo & ſexageſimo.

**A** In ſurditate alui fluxio ſi contingat, eam ceſſare, Niſi huic reſpondere placeat forſan ſurditatem mane tantum apparuiſſe, quando ſcilicet nocte non adeo fluxerat corpus, nec dum humor in lienem lapſus pepererat tumorem & hypochondriorum tenſionem. Nam quum dixerit mane fuiſſe ſurditatem, nec amplius in primo morbo eius meminerit, mihi probabile ſit, non eam ulterius eſſe progreſſam, ſed ſtatim deſuiſſe factis in liene tumore & hypochondriorum tenſione. Eſt autem ſurditas duplex, una in habitu, altera in habitudine, & quae eſt in habitu, ut ait Galenus primo pror. 32. uel ſit in febris acutis humore impacto in meatibus auditorijs, aut facultate auditoria mortificata; quae autem non firmata, ſed fugax, & in habitudine eſt, modo accedens modo recedens, aut ſit critica aut ſymptomatica, cuiuſmodi Herophontis ſurditas fuit, quae quinta die non critice apparuit: ſed cur facta ſit haec ſurditas poſſiſſimum die quinta. Ante quintam diem fluxerat **C** aluus, poſt quintam diem aluus reddidit pauca; factum igitur eſt, ut illi humores, qui per aluum exercebantur, petierint caput & aures, unde ſurdus factus fuit Herophon: & hinc perſpicere poteſt quam uerifiſſimum ſit oraculum Hippocratis quarto aphoriſmorum 28. & 60. quando ait, Quibus bilioſae deiectiones ſunt ſuperueniente ſurditate ceſſant; & quibus ſurditas eſt ſuperueniente bilioſis deiectionibus ceſſat, quem imitatus Celfus libro ſecundo, capite octauo, dixit niſi plus aduerſus ſurditatem ualere quam bilioſam aluum. Cur autem humores illi in aures delaberentur, cauſa fortaſſe haec erat, quia antea habuerat auditum obtuſum, uel ſaltem alius laborauerat ea parte, dicente Hippocrate quarto aphoriſmorum 33. quod ſi cui pars quaedam doluerit ante morbum, ibi firmatur morbus: praeter quam quod Ariſtoteles ſecundo ſect. prob. 4. 10. 17. ſcribit nos maxime omnium ſudare partibus ſuperioribus, & praefertim capite atque facie, tum quia calor & ſpiritus ſurſum feruntur, ſecumque trahunt humores, tum quia caput & facies ſunt partes humidae & laxae, imo ueluti ſons humoris, unde diſtillationes cadunt. Cur porro delirauerit, eadem quae ſurditatem cauſa effecit, ſcilicet humorum, aut etiam uaporum melancholicorum in caput elatio, & reſtentio: fuiſſe quoque delirium ſicut & ſurditatem breue, neque perdurabile facile colligi poteſt, ex iis quae ſubiunxit, nempe ſexta die delirare, atque in delirio permaniſſe, una cum ſudore & refrigeratione, quem quidem ſudorem uerifiſſime eſt fuiſſe poſſimum circa caput ubi fuiſſe malum teſtatur ſurditas, & delirium; eſt enim dogma Hippocratis, ubi ſudor ibi morbus. Haud ſecus quoque ſtatuendum eſt de refrigeratione, nimirum illam fuiſſe maxima ex parte in capite, uerum tamen etiam in toto, quod ſcilicet proprium ſit, uel ſaltem frequens in ardentibus febris interiora uri, & exteriora frigere. Sed hoc in loco contingit dubitare, quomodo in ſexta die dicat primo factam eſſe ſurditatem, deinde aluum eſſe ſuppreſſum, id eſt pauca & nigra reddidiſſe, cum potius adſtrictio alui facta

C ſurdi-

furditate, nec ualet quod Hippocrates in Coacis dicit furditatem in febris alium sistere, quoniam id non ut causa, sed ut signum facit. Altera dubitatio est cur Hippocrates in hac historia non meminit respirationis mutatae cum duae affuerint causae, propter quas debuit mutari, nempe delirium & lienis tumor, cum hypochondrii tenione & furditate; nam Arist. 1. 1. prob. 4. scribit furdos uiolentius spirare, & 36. partic. dicit furditatem esse uitium pulmonis, i. significare pulmonis affectum. Ad primam dicitur Hippocratem ordinem facti, non autem rationem spectasse, & cum prius alius fusa esset ratio, nabiliter furditatem esse factam alio prius firmata, quemadmodum e conuerso fieri solet, ut furditas alui fluore tollatur iuxta Hippocratis sententiam 4. aphor. 28. Quod si Hippocrates dixit in Coacis furditatem in febris alium sistere, uoluit intelligere eandem causam quae furditatem facit, alium etiam sistere, quae causa est retrocessus humorum bilioforum ab intestinis ad caput. Ad secundam est respondendum, ut Galenus uidetur sensisse secundo de diffic. respir. cap. 10. Herophontem, nec non Philini Epicratisque uxores adeo delirasse, ut eius ratione multum potuerit respiratio alterari, & plusquam conueniebat ratione febris. Ad haec Hipp. non narrat res consuetas quemadmodum in Anaxione pleurico tacet initio difficultate spirandi. Et Herophontis tumor in liene ac hypochondriorum testio haud potuerunt septum ratione sui ita comprimere, ut ob id in respiratione facta sit alteratio, siquidem lienis tumor nisi grandis sit non attingit diaphragma, & consequenter nequit respirationem laedere.

SEPTIMA die quae est & impar, & decretoria non pauca cotergerunt partim die partim nocte. Die enim refrigeratus est similiter secundum totum ob augmentum intestinorum ardorem, unde pariter aucta sunt litis, atque delirium secutum est; nocte uero paulisper resipuit atque dormiuit. Etenim hoc tempore coepisse crisis bonae effectum apparere, scilicet circa finem septimae indicantur & praecedentia & subsequencia. Praecedentia quidem, quoniam nox, ut dicit Hippocrates, atque etiam dies praecedentes crisis semper molestiores esse solent, ueluti contigit Herophonti, qui die septima refrigeratus, maxime sitiuit & delirauit. Subsequencia uero, quoniam octaua die postquam septimae nocte redierat ad mentem, atque dormierat, febricitauit quidem, sed lien imminutus est, omniaque sensate intelligebat, in inguine dolor apparuit secundum rectitudinem lienis, hoc est in ipso inguine sinistro, deinceps labores utroque in crure facti sunt, noctemque pacatam habuit, & urinas coloratas cum modica subsidentia: unde est factum, ut superueniente sudore uinierat, quem etiam calidum fuisse aequum est, non adeo integre iudicatus sit, atque priori morbo sit finis datus. At circa haec occurrit nonnulla utilia scitu non omittenda. Vnum est cur Hippocrates dixerit Herophontem octaua febricitasse, quasi uero ante remissa, vel potius intermissa fuisset febris, quod tamen non est probabile in tam graui morbo. Secundum est cur malo existente in liene ad inguen sinisterum dumtaxat primum factus est dolor,

postea uero factus in utroque crure, nam uidebatur ratio postulare, ut & in crure solo sinistro fieret dolor, cum ab Hippocrate secundo Epidem. sit traditum atque uia compertum lienosis crura sinistra exulcerari. Tertium est dicendum quas ob causas parum durauerunt crisis secutae effectus. Quarto & postremo dubitatur quomodo diminuto lienis; potuerit reliquum corpus bene habere, cum Hippocrates libro de loc. in homine dixerit ubi foret lien corpus contabescere, & contra, ac Aristoteles tertio. de partibus animalium 7. dicit quibus in liene plus est excrementi, iis corpus magis languescere. Item idem dicit Galenus secundo de part. natural. ultimo. & Auicenna 3. tertij tr. 1. c. 2. Ad primum nil putò melius responderi posse, quam quod Hippocrates uoluerit significare tunc febrem auctam esse: cum enim antecedente nocte ad mentem redierit, atque dormiuerit, probabile est febrem quoque paulisper fuisse tunc mitigatam, atque eo experrecto fuisse auctam, proptereaque dixisse ipsum febricitasse, nisi quoque dicere mienus cum noctem melius transegerit, potuisse quempiam suspicari ne febris abijisset, ideoque huiusmodi suspicionem de medio tollere uoluisse. Circa secundum uere dicendum est materiam quae lienis tumorem effecerat, transmissam esse a natura primum ob uiciniam & reuerentiam ad inguen sinisterum, ubi peperit dolorem, sic enim facere consuevit natura, ut uiscera laborantia exoneret secundum reuerentiam, ob quod etiam est sententia Hippoc. ut medicus imitans eam in vacuando sanguine semper affectae partis reuerentiam obseruet, Verum quia saepe insuuenit, ut materia aliunde transmissa ob sui copiam uno tantum in loco recipi nequeat, natura eam diuidens in plures locos, & praesertim inferiores diuidit, id quod in Herophonte factum apparet, cum in inguen transmissa materia a liene non sufficeret is locus, partim in sinistram partem in dextrum crus est amandata, in quibus peperit dolorem tum caliditate materiae, tum continui solutione. Crura autem recipiunt facilliter in morbis, quia agitantur, & hoc est quod uoluit prae aliis significare Hippocrates quando Epidem. lib. sexto, sect. secunda, dixit lienem habentibus decliuem fieri pedes, & genua calida, nasum & aures frigidas. Sed quomodo potuit habere noctem quietam cum crurum dolore? nisi dicamus dolorem exiguum fuisse, quia materia erat magis diffusa, & ob id ceteris remissis hunc non potuisse noctis tranquillitatem impedire. Ad tertium dicere oportet crurum praesentis aegri non fuisse ex iis, quae liberant & a morbo, & a recidua, tum quia facta est tantum per sudorem, cuius modi crurum non esse adeo tutam, sicut ea quae fit uel sanguinis e naribus fluxu, uel alui subductione insigni clarissime docuit Galenus tertio libro de crisi; tum quia die decretoria minime facta est, neque apparente coctione; tum quia materia morbifica, quae a natura in lienem missa fuit, haudquaquam consumpta est, aut egregie euacuata, sed tantummodo a superioribus ad inferiores partes transmissa, quod quidem abscessus genus ualde probatur ab Hippocrate secundo Epid. licet non sit adeo tutum,

tutum, quemadmodum ubi materia extra corpus mittitur, quoniam saepe ea materia retinens ueluti fomitem quendam caloribus putredinis facile oblata occasione uel motus, uel alterius causae calefacientis nouam putredinem concipiens reciduae occasio nem euidentem praebet, ueluti creditibile est accidisse proposito nostro aegro, cui quinta die a subsecuta crisi redijt morbus, statimque ferè eadem symptomata apparuerunt, ut uidebimus. Ad quartum dicere oportet Hippocratis & Galeni auctoritatem esse intelligendam de tumore lienis uetusto & essentiali, non autem recenti & alterius morbi sequace, & quamquam Hippocrates loquatur de tumore cum febre, tamen alia ratio est ut ibi uidere licet. QUINTA DIE. Obseruandum est die impari rediisse morbum, sicuti etià imparibus antea factae sunt exacerbationes, quasi uero natura etiam in repetendis febris eadem rationes seruet, quas in perdurantibus, id quod cognoscens Cornelius Celsus dum loqueretur de febre quartana dicebat, ea finita adhuc diu obseruadam eam esse diem, in qua paroxysmus solebat inuadere. Igitur quinta die a crisi denuo statim tumefactus est lien. Verum antequam ulterius progrediamur uidentium est quis fuerit status Herophontis inter diem iudicij & quintam, deinde quid sit recidua, & a quibus causis fiat. Quod ad primum uidetur fuisse sanus, quia inquit Hippocrates δέλωπε, id est desit morbus; praeterea interuallum quartanae est status sanitatis, unde coguntur in iudicium uocati tunc comparere quartanarij iuxta legem, ergo multo magis in hoc interuallo; Ex altera parte adhuc uigebat fomes morbi, alioquin non esset renouatus. Aliqui dicunt esse neutralitatem, sed de hoc non est disputandum. Unde fatius puto dicere Herophontem tunc fuisse morbosum, quia non erat facta perfecta crisis, attamè erat in summa remissione. Ad aliud dicendum uocè ὑποτροπήν, & ὑποστροφήν, seu ὑποτροπήσειν, & ὑποστροφήν significare reciduum, quae nil aliud est nisi reditus morbi post imperfectam iudicationem, ad differentiam paroxysmorum, in quibus uidetur redire morbus, & tamen non est recidua, & ad differentiam morbi post perfectam iudicationem qui est nouus morbus non recidua: Recidua autem fieri solet uel ab internis uel externis causis, ut colligitur etià ab Auicenna secunda quarti, tr. primo, cap. 95. nendum a Galeno: Ab internis causis fit, quando ex praecedenti morbo aliquis fomes relinquitur, unde nouae putredini traditur occasio; hic autem fomes uel est intemperies, uel humor, uel utraque, de quibus iunctis loquens Hippocrates dicere solebat secundo apheris. 12. quae relinquuntur in morbis reciduiam facere constituerunt, ait enim ὑποστροφῆς, id est consueuerunt, quia non semper, sed frequenter id accidit: quod autem sola intemperie relicta fiat recidua etiam diu post priorem morbum, ostendit hydrops postquam relicta in locinore frigida sola intemperies, facile aequam regenerat, ut Traiano atque Hadriano contigisse narrat. Causae uero externae sunt plures, aer, unde Hippocrates tribuit aliquibus ex aeris constitutionibus hoc in libro Epidem. commemoratis ut facerent morbi

reciduias, praeter aerem sunt & omnia alia errata in cunctis sex rebus non naturalibus uocatis, & praesertim in cibis atque potibus, in quibus si excedatur, calor natiuus a priore morbo hebetatus coquere non ualens, crudos succos & excrementitios producit, qui iterum obstruunt uiscera febris, alijsque malis occasionem praebet. Et Auicenna de recidua sermonem faciens loco citato dixit, reciduationem esse peiorem sua radice, (quod accepit ab Hippocrate libro de affect. ita scribente, τὸ νόσημα ὑποστροφῆν μάλλον αἰετῆς ἢ κατ' ἀρχάς) ac non esse aggrediendam nimis festinanter curationem donec manifestus sit modus aegritudinis, & tutiorem esse reciduum, quae sit regiminis errore, quam quae contingit per se. Iam uero quae causae fuerint in Herophonte reciduae non est arduum coniectare; nam in primis fomes relictus fuit, cum non extra corpus, sed ad crura transmissa sit materia: tum etiam quia, ut audietis, coepit statim lien tumescere. His omnibus accesserunt causae externae, & primo autumnus quo tempore puto eum aegrotasse, ut antea dixi, deinde mala uictus ratio, cum quinque diebus absque medico, & consequenter absque debita uictus ratione uiuere. Sed quae est causa cur autumnus tantum ualeat in faciendis morbis, & reciduis? Triplex est, quantum ipse arbitror causa: Prima, quia hoc tempore facultas naturalis incipit esse debilis: Secunda, quia motus, alterationesque fiunt in aere, & in die modo calor, modo frigus apparet, ut dicit Hippocrates tertio apheris. Tertia, quia corpora incipiunt esse clausa. In uere facultas est ualens: aestate corpora sunt laxa & aperta: hieme uero nullus fit motus in aere: sed in autumnino omnia ista concurrunt: quare non mirum si usque adeo morbosus est. Symptomata quae apparuerunt Herophonti post quintam diem a priori morbo finito fuerunt statim lienis tumor, febris acuta, furditas; quae omnia sibi contigerunt, prima & secunda die, tertia uero splen subsedit cum minori furditate, crura doluerunt, & nocte sudauit. Iudicatus circa decimam septimam, hoc est a reciduatione facta computatione per coniunctionem hebdomadam, Addit Hippocrates non delirasse in recidua: Ceterum ne haec nimis breuiter, ut fecit Galenus, a nobis praetermittantur, circa praesentia contemplandum est cur adeo pauca de recidua Hippocrates retulerit: cum Hippocrates & Auicenna dixerint quemadmodum antea uisum fuimus, reciduiam esse peiorem sua radice; Secundo uidentium est cur lienis tumor primum omnium symptomatum apparuerit, ac propterea ab Hippocrate sit ante alia obseruatum. Tertio cur furditas affuerit, non autem delirium, nam etiam hoc Hippocrati uisum est aliqua dignum admiratione, cum post cuncta; quasi per emphasim quandam dixerit, neque delirasse in recidua, in qua solent cuncta fieri deteriora: Quarto, cur solus lienis febris tertia die non meminerit cum aliorum recordetur. Quinto quomodo dictum sit ab Hippocrate & Auicenna reciduiam esse deteriorem sua radice, & tamen in Herophonte secus contigerit, in quo



in quo deterior fuit primus morbus recidiva. Postremo dignum est consideratione cur dixerit simpliciter fuisse iudicatum decimaseptima die cum sudore, cum tamen abundauerit melancholia & liene laborantes non uideantur recte iudicari sudore: Adhaec etiam quomodo dicat septima die sit iudicatus.

Ad primum iudico dicendum esse, potuisse Hippocratem ob alteram duarum causarum id fecisse, vel quia non ita sedulo uisitauerit aegrum, si quidem solent perique taedio prioris morbi affecti, non ita sese denuo committere medico, vel quia ipse caetera tanquam exigui momenti contempserit, nec propterea recensenda putauerit; & quamquam plerumque contingat peiorem esse recidivam, non inconuenit tamen etiam quandoque esse placidiorum, praesertim quando in priori morbo facta est aliqua euacuatio, atque adhibita curatio recta, ut potuit contingisse Herophonti, vel aeger post finitum priorem morbum paulo accuratius uixit, etenim sicuti bona uictus ratio saepenumero admittit recidivam, sic non raro eam, si sit, multo mitiorem reddit: ut non immerito Cornelius Celsus scriptum reliquerit inter cuncta remedia potior omnibus esse uitae temperantia: & Auic. loco citato dicebat reciduationem quae sit regiminis errore esse tutiorem, quam quae per se. Circa secundum est apud omnes comperit lienis tumores ob humoris crassitie esse difficiles superari, & licet quandoque uideantur diminui, atque recedere, nihilominus remanet plerumque aliquid fomitis, quod facile oblata occasione aliqua iterum inualefcit, imo etiam Hippoc. lib. de internis affectibus. narrat esse aliquos morbos lienosos, qui nisi recte curentur, post duodecim annos redeunt. quemadmodum certum est. uirus canis rabidi latitare in humano corpore viginti annis, atque etiam triginta, ut in nostro de hydrophibia tractatu uideri licet. Itaque cum Herophontis lien in priori morbo non sit integrus curatus, remansissetque in viscere praua dispositio, & interperies, non est mirum si iterum inualuit is morbus, ac propterea est primo notatus ab Hippoc. qui etiam quarto de morb. dicebat cerebrum atque lienem facillime omnium aliorum uiscerum morbis subiacere. Accedit quoque & illud quod uidetur praedictum in liene fomes relictus ceteris symptomatibus, & morbis occasione praestitisse, ut ob id dicere quoque liceat ab Hippocrate primo loco fuisse enumeratum, secundo febrem, tertio surditatem, quia ut factae sunt, sic Hippoc. eas seriatim enumerauit. Circa tertium sciendum est inter lienum, gingiuas, atque aures magnam esse consensionem, merito cuius fit ut in aliquibus lienis morbis fiant putredines, atque foetores tam in gingiuis, quam in ipsiis auribus, quemadmodum non tantum experientia, uerum etiam Hippoc. docet lib. de affect. atque affect. internis. ergo ratione huius consensionis facile contigit ut surditas statim cum liene appareret, praeterquam a lieno affectu, crassi & pituitosi vapores iugiter sursum feruntur, qui gingiuis adhaerentes, ibique corrupti, & dentes, & halitum uisitant, quemadmodum etiam in cerebrum sublatis, atque ad aures delati, acri implantantur in crassant, recipiendaeque externi aeris percussioni inepti reddunt, quo fit ut uel cerebri aliae partes maneant fin-

A ceriores, uel si afficiantur, minime ad eam deueniant affectione, quae delirium producat; quod tamen non absque aliqua admiratione efficiebatur, cum alioquin in recidiva febris quoque esset acuta, & utraque bilis dominaretur, a qua solet delirium produci; atque ideo magis admirandum uideri poterat, cum tertia die surditas esset minuta, & subleuisset simul lien, nisi crura doluissent, quod quidem lignum erat materiam & a capite & a liene fuisse in ipsa crura dolentia translata, atque etiam sudasse; etenim lienosos sudare usu quotidiano probatur, & Hipp. atque Arist. auctoritate, quorum illae lienem aquae fontem facit. 4. de morb. hic in prob. uocat sanguinem lienosorum ichorosum. Ad quartum dicendum, cum febris sequetur lienis tumorem, hoc sublato illam etiam necessario deluisse. Hippoc. uero, ut saepe dicit Gal. & praesertim secundo de diffic. respir. quae necessario consequuntur scribere semper recusat. Ad quintum dicendum est uere mirum esse, quod fuerit mitior recidiva, quam prior morbus in Herophonte, imo credendum uidetur unam ex causis quae impulerunt Hipp. ad scribendam hanc historiam fuisse reciduae raritatem, quamquam possumus etiam dicere forsitan recidivam contigisse potissimum esse regiminis errore quam omnibus aliis tutiorem esse dicit Auicennas. Denique cur sudore sit iudicatus, non est absque ratione, siquidem ut dicit Hipp. 6. epid. com. 2. 38. pauidorum, melancholicorum sanguis est ichorosus, & Arist. 9. prob. 5. dicebat sanguinem lienosorum esse aquosum, imo experientia docet quartanas iudicari sudore, ut Hippocrati 2. Epid. sect. 3. contigit, nec praeter rationem, siquidem humor melancholicus sua natura calori nativo aduersatur, qui hebetatur sanguinem aquosum producit. Decimo autem septimo a principio prioris morbi facta est iudicatio, si supputatio fiat per conjunctionem hebdomadam, non autem per disjunctionem: dixit autem per emphasim decimaseptima die esse sudore iudicatum, quia res insolita ut ea die quaequam perfecte iudicari; quibus forsitan nec ea fuerit perfecta iudicatio. Colligamus ergo hanc historiam quatuor habuisse mirabilia. Quod recidiva fuerit mitis. Quod iudicatus sit sudore. Quod in decimaseptima, quam ob hoc exemplum inter iudicatorias ponere Galeno placuit secundo de dieb. decret. cap. 4. Et quod in recidua fuerit surditas non delirium. Modo fas est aliquid de curatione dicamus, tam prioris morbi quam reciduae, de qua ut antea quoque monstrauimus loquens Auic. dicebat non esse eam propeanter aggreddendum, nisi prius cognoscatur inorbus, tum quia saepe solet sua sponte recidiva finire, tum quia solet finire intereum in eundem morbum, seu deteriorem, seu mitiorem, qualis fuit in Herophonte, tum quia solet etiam nonnunquam in diuersum morbum reciduari, cuius uera idea, magnitudo, motus, & mos, nisi prius cognoscantur, frustra atque periculose circa curationem laboratur. Prius itaque rationi consonum est fuisse ab Hippocrate uictum institutum in sex rebus non naturalibus, quemadmodum in aliis antecedentibus aegris factum indicauimus. Abstinentia uini tamquam necessaria in cunctis similibus febribus semper supponenda est. Ceterum de remediis chirurgicis

gicis dubitari potest, nunquid ullum fuerit adhibendum, & magis eam sententiam sequor, non potuisse neque debuisse Hippocratem de sanguine mittendo cogitare, tum quia initio non fuit uocatus, tum quia ille tenesmus acfluor alui, qui primis quinque diebus apparuerunt, ex iis sunt, quae prohibent sanguinis missionem; Verumtamen si ulla cogitatio fieri habenda circa hoc praesidium, potuit esse quinta & sexta die, quando scilicet alio adstricta, & surditas, & lienis tumor apparuerunt, quo in casu uena cubiti sinistra, vel tali eiusdem incisionis, siue crurum scarificatio fuisse accommodata: neque uero uetustas morbi debuit impedire, quod etiam in octaua, atque ulterius possit id remedium administrari, modo scopi praecipui adsint, nempe & magnitudo morbi, & uirium robur. In hoc genere ligaturae blandae, aliaeque auxilia diuerentia conuenissent, quod fere semper uisa sit materia sursum inclinare. Alia remedia praeparantia humores crudos, necnon refrigerantia & putredini resistunt, par est exillimare ab Hippoc. fuisse administrata: sed quia tempore ipsius non ea placida erant in usu, quae nunc sunt, ea propter hoc tempore possent administrari uaria decocta ex acetosa, sonco, endiua, borag. tormentilla, & similibus: extrinsecus uero etiam lieni tumenti, & tenso congruisset hu-

A iusmodi inunctio. Rec. ol. amygdul. capparorū, 6. vnc. i. & sem. pul. cetrach drag. i. & sem. acet. & ceterae parū misce, possent addi rosaceū oleū, si dolor conuictus esset, cuiusmodi etiam oleū detracto capparino, & asplenio potuisset adhiberi buboni dolenti, tū ad relaxandū locum, tū pro mitigando dolore: Illud enim est perpetuo obseruandū, ut glandibus tumens, & dolentibus rarissime adhibeantur repercutientia, quoniam cum sint in id factae a natura, ut dicebat Hippoc. lib. de glandulis, quod recipiunt excrementa, ac ob id partes omnium pene sint ignobilissimae, periculum esset, ne uis repercutientium intro ad partes nobiliores noxius humor pelleretur, quod praeter ceteris est cauendum in iis febribus, quae fiunt ex fordida, grauique putredine: idem quoque dicendum est de dolore crurū, quem habuit Herophon, quae partes tamen a nobilioribus sint bubonibus longinquiores, attamen ab ipsis quoque praesertim in huiusmodi casibus, haudquaquam est materia praua, imo uero nec quae benignior est, sursum repellenda, quae de re aliis dicam. Atque hoc modo uidetur Hippoc. potuisse in medendo incedere in primo morbo; in recidua, quoniam idem pene morbus, atque eadē symptomata, sed mitiora apparuerunt, haud aliter quoque incedendum fuit, nempe cum iisdem remediis, uerum leuioribus,

## HISTORIA QVARTA.



N Thaso uxor Philini, cum femellam peperisset secundum naturam facta purgatione, & alioquin leuiter degentem in DECIMASEPTIMA QVARTA existentem post partum febris magna coepit cum rigore; dolebat autem a principio secundum cor, & circa hypochondrium dexterum; muliebrum labores, purgatio desierat, appositum autem pessario leuata est: capitis uero; & colli dolores permanebant; somni non aderant; extrema frigida, siticulosa: aluus combusta est, pauca prodibant: urinae tenues, decolorae a principio. SEXTA ad noctem delirauit multum, & rursus sapiebat. SEPTIMA siticulosa: deiectiones biliosae, saturatae. OCTAVA superriguit, febris acuta; conuulsiones multae cum dolore, multa obloquebatur, exsurrexit: balano apposita multa deiecit cum circumfluo humore biliolo: somni non aderant: NONA conuulsiones, DECIMA parum intelligebat, VNDECIMA dormiuit, omnium recordata est; celeriter autem rursus delirauit, urinam uero reddidit cum conuulsionibus affatim multam, raro, admonentibus, crassam albam, qualis fit in subsidentibus quando sepositae multo tempore turbantur: non subsidebat; color, & crassities qualis iumentorum; talia mingebar qualia & ego uidi: circa uero DECIMASEPTIMA QVARTA existentem, palpitationes per totum corpus; sermones multi; parum intelligebat, celeriter autem rursus delirauit. Circa uero DECIMASEPTIMA QVARTA existentem, uoce priuata est, VIGESIMA obiit.



N THASO, PHILINI VXOR. Mas & femina cum & facultatibus, ut ait Arist. primo de gen. anim. 2. & instrumentis ac perfectione non parum inter se differant, diuersis quoque morbis suscipiendis

D obnoxios esse non est dubitandum, ut propterea Hippoc. qui historias totam artem complectentes nobis relinquere sibi proposuerat, feminam exemplum non debuerit relinquere; quocirca memorabile feminae casum proponit nunc nobis, qui cum multa habeat

citum digna, atque ad usum artis conducentia, nec a Galeno sufficienter examinata, in iis expendendis ipse paulo diutius immorabor: Fuit itaque aegra, femina, viro coniuncta, & puerpera. Addit autem mariti nomen, scilicet Philini Hippocrates, tum ut famae mulieris, quae pepererat aliquam rationem haberet, tum ut in casu admirabili si dem historiae maiorem acquireret. & posset quiuis de ueritate fieri certior; at nomen proprium omisit, quoniam feminae honestae non debent cognosci nisi nomine mariti. Philinum autem cuius hic fit mentio, hominem alicuius famae extitisse non dubito, neque tamen audeo affirmare eum fuisse, quem narrat Aristoteles, siue Theophrastus apud Athenacum libro primo de philosophia. & Antigonus libro de mirabilibus toto uitae cursu nec cibo nec potu alio fuisse usum quam lacte, etiam apud eundem Athenacum libro nono, mentio habeatur alterius Philini commemorati a Stratonico in Phoenicia; In libro nomine Galeni edito, qui inscribitur introductorius mentio habetur alterius Philini Coi tamquam sectae empiricae auctoris, At de his non plura: sat est fuisse hunc Philinum haud incognitum, postquam Hippocrates uoluit eius nomine uxorem designare, & casum ipsius notum facere; Qua aetate, & quo corporis habitu fuerit non est facile coniecere, si quid tamen est diuinandum, cum feminam peperit frigidioris potius quam calidioris habitus eam fuisse suspicandum est: cumque quatuordecim tantum diebus puerperia habuerit, quae solent in feminam partu usque ad quadragesimam diem perdurare secundum Hippocratis sententiam libro de nat. pueri, coniciendum est non admodum robustam fuisse, alioquin non potuisset dicere Hippocr. ipsam quatuordecim tantum diebus esse purgatum secundum naturam. Verum prius quam ulterius progrediamur, ille serupulus est eximendus, quomodo si secundum naturam est expurgata ad decimam quartam diem, & leuiter se habuit semper usque ad eundem diem; potuit in usque adeo grauem morbum incidere, cum idem Hippocrates libro de morb. mul. primo asserat, si puerperia recte fluant uix fieri posse, ut quicquam aduersi eueniat. Nonnulli putant hanc mulierem ob aliquem errorem externum ut solent puerperae interdum committere a febre correptam esse, quasi uero non potuerit ullam causam internam morbosam habere, cum per puerperia secundum naturam fluentia, quicquid prauum est in corpore puerperae, expurgetur; ego uero non possum existimare ipsum Hippocratem fuisse taciturnum in re tanti momenti causam externam si ulla adfuisset, quemadmodum non tacuit in casu Sileri; neque dicendum sibi forsitan fuisse ignotum, quoniam huic aegrae affuit, & diligentia usus est, ut in urinis ipsius describendis monstrat; quemadmodum suo loco uidebitis. Itaque puto dicendum id quod uideo etiam Galeno placuisse, nimirum ueram causam & immediatam febris, aliorumque malorum, quae huic miserae feminae acciderunt, fuisse importunam puerperiorum retentionem, quae purgamentum cum plerumque prauum sint, eo quod quicquid

A ipsi inest boni, totum ab ipso foetu consumitur, si ut Galenus dicit, quod nunquam aut rarissime mulieres bene habeant, quibus non recte fluant. Etiam enim usque ad decimam quartam purgata esset secundum naturam & copia & qualitate, propterea que tranquille fati uixisset, nihilominus quia forsitan abundabat sanguine pituitoso & feminam pepererat, quae minus sanguinis consumit in utero quam mas, opus erat ut multo diutius puerperiorum exitus perduraret, siquidem ut antea dicebam in marium partu dicit idem Hippocrates mulieres triginta diebus, in feminarum quadragesima purgari, quod etiam apud Hebraeos notissimum erat, apud quos mulieres non ante quadragesimum diem sese templo ad purificationis benedictionem suscipiendam repraesentabant. Cum itaque Hippocrates dicat die decima quarta & febrem, & puerperiorum suppressionem coepisse cum muliebrium dolore & cardialgia, sum huius sententiae a purgatione deficiente cuncta ipsius mala prodidisse, etiam si Hippocr. in recensendis malis non ponat primo loco menstruorum retentionem, sed alia symptomata, quae ut maiora erant atque citius apparuerunt, sic magis torquebant. Sed quomodo dicere Hippocrates potuit purgationem successisse secundum rationem, si duxerat quatuordecim diebus purgata est? Respondendum, puerperae duplex genus purgationis post partum habere, scilicet secundinae, et ichorum crentorum, necnon illius sanguinis, qui tempore foetationis in ambitu corporis retentus fuit; Mulieri huic secundarum, & ichorum purgatio recte facta est: at ille sanguis qui retentus erat in uenis, non potuit purgari quatuordecim tantum diebus, sed pluribus egebat, ut integrè educeretur: unde uero factum sit post decimam quartam diem defuerint purgamenta, uere non apparet, & hoc est quod dicebat Hippocrates primo de morb. mul. morbos mulierum nescio quid diuini habere, quod scilicet saepe lateant causae retentionum, uel nimirum fluxionum menstruorum, a quibus maxime omnium solent mulieres aegritudines originem ducere, ut ait Hippocrates 5. aphorism. 57. quamquam non diffiteor potuisse etiam aliquem contigisse errorem a quo fuerint suppressae purgationes, ut moerore, nuncii tristes, & cibi aut potus crassificantes, atque adstringentes: siquidem etiam lamentetur Seneca Epist. 66. mulieres suo tempore turpi uitam amisisse illud privilegium, quod tempore Hippocratis habebant, ut scilicet caluitio & podagra laborarent; nihilominus etiam tum haud puto ita fuisse castas, & continentes quin in compluribus errarent. Sed utcumque sit, purgamenta retenta, tum in utero, tum in toto corpore obstructionum occasione putredinem conceperunt, ob quam in utero ipso incensum factum est, atque ab ipso uapores foedi & aestuosi per partes nerueas & musculos transeuntes in cor elati febrem cum rigore pepererunt: quam febrem fuisse ex genere hemitritaeorum uisus est suspicari Galeno, eo quod ex urinis, aliisque symptomatibus apparuerint & biliosi & pituitosi humores putruisse. At si purgamentorum cessatio dedit occasionem ceteris malis, cur ab Hippocrate non ponitur

nitur primo loco? Nisi dicamus non uisa esse cessare nisi tarde, nam puerperia non fluunt iugiter & continuatim, sed per interualla, unde non statim animaduertitur uitium, sed post aliquod tempus. Potest etiam aliud responderi, id scilicet quod Hippocrates primo de morb. mul. dicit, mulieres uerecundari sua uitia fateri; Idem uapores iecur atque uentriculum petentes, cuiusque os mordentes cardia legiam effecerunt, sicut etiam hypochondrii dextri dolorem atque lumborum & ipsiusmet uteri, quae omnia inquit subdito administrato uel *περὶ βραχίων. i.* apponenti, uel postquam apposuisset: (nam forsitan ipsa sine medici consilio uisa est pessario aliquo ano dino & balano ob foeces exustas) facta esse leuiora, uerum alia mala suborta esse, nempe dolorem colli & capitis, lumborum dolorem perdurasse: adhaec adfuisse uigilias, extremorum frigora, sitim, uentris ardorem, alui adstrictionem, urinas tenues, & initio decoloratas; quae cuncta qua praecise die fuerint, non testatur, sed tantum monstrat contigisse primis diebus, quod puto fecisse quoniam tunc parua admodum, aut nulla fuerit uisa mutatio, uel quod ipse non fuerit cito uocatus; nam in puerperis raro adhibentur medici praesertim initio, quod lex fit apud mulieres uulgares puerberas manu medica non esse tractandas: illud certe est annotatione dignum numerare Hippocrates dies morbi, non a partu, ut maluissent uidentur aliqui Arabes, & praesertim Auerroes quarto, coll. 40. & Haliabbas decimo. libro Theor. cap. 1. sed a febre, eo quod partus usque ad 14. fuerit satis felix, & febris quae secuta est alia de causa quam ob partum secuta est, id enim ut alius uidebitis certo obseruatur. ubi malum fit uitio partus, enumerare Hippocratem dies a partu; ubi uero nullam dat febris occasionem partus, numerare a febre: Itaque cum proposita mulieri febrem ex retentione purgamentorum incurrisset, eo quod in utero putrescentia inflammatorum affectum attulissent, ex vaporibus inde elatis, & ex sanguine quoque in iocinore retento, factum est ut cardialgiam incurrisset, atque dexteri hypochondrii necnon ipsiusmet uteri dolorem. Caeterum dubitari potest utrum utrobique, scilicet & in utero, & in iocinore fuerit uera inflammatio; cum adesset febris acutissima, dolor, & sitis, uideretur consentaneum quoque inflammationem fuisse: at si quae scribit Galenus octauo, de med. local. cap. sexto, consideremus, non uideretur uera fuisse iocinoris inflammatio, cum fiat in ea colliquesiones carnis ipsius & humorum, euacueturque per aluum bilis crassa, ualde colorata, & graueolens: igitur puto fuisse quidem phlogosum iocinoris, at uteri inflammationem. *i. φλογος* ubi laborem consuetum partus forsitan aliquantisper calefacti; unde sanguinem crassifacit postmodumque retentus occasionem attulit inflammationi; & hinc est, quod dolores & capitis, & colli, & lumborum non modo facti sunt, uerum etiam perdurarunt; nam subius factus uterum collocatum esse, cumque habere summam consensionem cum capite, & collo praeter anatonem docent, quotidie ipsae mulieres, quae ubi laborant utero, semper de capitis & praesertim anterioris partis atque colli dolore conque-

A runtur; Ex quibus affectibus, atque ex ipsa ardente febre consecuta sunt illa alia symptomata, quae commemorat contigisse anteq; sextam diem, nimirum uigilias, extremorum frigiditas, quae solet febres ardentes ex alicuius uisiditas inflammatione comitari, sitis magnae febris comes, uentris exustio, foecum exiccatio ob proximam uteri focum, urinarum tenuitas, atque circa initia decoloratio. Sed quid uoluit significare uerba *περὶ βραχίων*. Galenus in comm. explicat, scilicet significare uel balanum uel pessarium, & hoc in casu potest utrumque intelligi, unde contulerunt leniendo dolorem, & euacuando foeces, quae erant exuste.

SEXTA DIE Iam uero quae sexta die noua euenierint profequitur Hippocrates narrare dicens nocte diei sexta ipsam modo delirasse, modo ad mentem redisse, quod quidem fiebat, quoniam nondum erat in cerebro facta ita magna impressio, ut per essentiam pateretur: sed uapores ab infernis partibus flagrantibus elati erant, qui temperamentum cerebri paulisper uiolantes eius hegmoniacas actiones laedebant, & pro ut magis uel minus tollebantur, sic magis uel minus offendeabant; unde notandum quod antea dixi numerari dies a febre, quoniam partus non dederat occasionem.

SEPTIMA. Septima die siticulosa facta est, & excretiones fuerunt biliosae, & saturatae. Veruntamen cum haec excretiones non durauerint, nisi una die, haud potuerunt ueram iocinoris inflammationem iudicare; quamquam ex phlogosi duranti fieri phlegmonem non est dubium; atque hoc contigisse mulieri facile coniecere possumus: quae cum ante sextam diem simpliciter calida iocinoris intempere fuisset tentata, eaque perdurasset, tandem factus est iocinoris tumor, ac uera inflammatio, unde sitis ingens, quae significatur per repetitionem uocis *φλογος*, nec non foeces biliosae saturatae; nam dictum est antea ex Galeno qui laborant inflammatione iocinoris affectione ijs excerni bilem crassam faeculentem; sic enim significat uox *καταρροία* Hippocrati usurpatissima, atque etiam ipsi Aretaco in primo dicitur: cap. 13. de immensa iocinoris caliditate loquenti: Et eum iam etiam in iocinore facta esset inflammatio in SEPTIMA; quae est dies critica, non est mirum si OCTAUA deinde plurima alia symptomata super apparuerunt, scilicet rigor; febris acuta, conuulsiones cum dolore; multa oblocutio; surrectio: approposita autem glande, multa deiecit cum circumfluxa biliosa, sed nulli foemi fuerunt: Quod ad rigorem superuenientem cum febre acuta debuisse quidem hoc symptomata soluere morbum, quia signum erat materiam, quae febrem continuam faciebat, in uenis putrescentem esse extra uenas propulsam; ibique putrescentem dissipari potuisse, unde Hippocrates 4. aph. 58. dicebat ei, qui ardenti febre laborat, si rigor superueniat, fieri morbi solutionem, sed cum neque concocta materia, neque in die decretoria apparuerit (nam Hippocrates quarto aphor. 29. dicit rigorem sexto die factam esse difficilem iudicij) haudquaquam factus est uia ulla critica, sed potius a materia acriori, & deteriori reddita, quaque percussis partes neruofas, & rigorem,

rigorem, & post rigorem febrium multo maiorem reddidit: praeterea superuenit iam aegro debili, & febre non deficiente, quod malum esse dicit Hippocrates. 4. aph. 46. hic est mos Hippocratis in his historiis ut uocet febrem acutam, quae talis existens incrementum suscipit. Sed notandum Hippocratem dicere fere semper post rigorem succedere uel calorem uel febrem acutam, quoniam alioquin certum erat tempore suo numquam fieri rigorem absque febre, ut ipsemet dicit in primo de morbis, & ut docet Galenus in sequenti historia atque alibi, dicens tempore suo ob ingluuiem fieri solitum sine febre rigorem, quod non erat tempore Hippocratis; rem autem ita esse praeter ceteris ostenderunt conuulsiones cum dolore, necnon delirium, etenim iisdem faedi, & graues uapores, qui per partes totius corporis nerueas, atque sensibiles lati, rigores faciebant, in cerebrum sublati atque per uniuersam ipsius substantiam diffusi, temperamentum eius euectebant, unde eo uiolato actiones principes, quae fiunt ab eius inculpato temperamento iure laedebantur, quemadmodum neruorum principum iisdem uapores grauius percutientes, saeuas conuulsiones inducebant; praeterquam quod uterus cum esset inflammatus, suapte ratione principium neruorum consensum trahebat, non quia neruus, quoniam sic ut optime dicit Galenus sexto Epid. sect. prima text. 2. deberet prius laedi peritonaeum, stomachus, intestina, septum transversum: sed ob coniunctionem uenarum, & arteriarum, quae repletae ut faciunt febres insignes, sic interdum conuulsiones, quamquam ut ibidem dicit Galenus raro hoc contingit. Et uocat Hippocrates conuulsiones cum dolore illas, quae sunt ingentes, & uniuersales. Etenim elsi omnes uerae conuulsiones fiant fere cum acerbissimis cruciatibus, attamen uideamus etiam saepenumero in febribus malignis fieri conuulsiones quosdam motus, qui exigunt atque etiam interdum dolorem nullum inferunt, eo quod non ita cunctas partes grauius terorqueantur; Huiusmodi igitur dolore percussa infelix mulier, ac delirans aliquando exurgere conabatur, quasi sic mente errans, speraret molestiam fuga & surrectione esse deposituram. Sed dicit aliquis, nonne Galenus ibidem dicit ab inflammato utero non fieri conuulsiones? respondetur, non dicere numquam, sed non multum; nam conuulsiones etiam ab utero fieri quotidiana docent experientia; Ad haec mala mitiganda apposita est glans, ut alio aliquantisper soluta impetus uaporum ad superiora cohiberetur, & multa cum circumflua bile deiecit, nam vox uisitata Hippocratis, περιεργασια in hismet libris aliis, necnon in Coacis praenotionibus, atque alibi significat illum humorem, qui ab aliis corporis partibus in ventrem deffuens ipsis excrementis circum circa effluit, sic in lib. tertio Epid. aegro 16. dixit multas foeces deiecit cum circumfluo humore. Orisbaeus etiam libro octauo Collec. cap. 36. mentionem facit fluxus alui περιεργασια uocari. Sed cur potius glande quam clystere, & cur repetitū non adfuisse somnum? De primo Ruffus Epheus apud Orisbaeus lib. 8. cap. 39. scribit usum glandium uentum esse ad excernendas foeces, & praeser-

tim in iis, qui non admittunt clysteres, itemque in pueris, atque mulieribus, & in habentibus stomachum auersum. At quae fuit glans? puto fuisse uel ex melle & sale communi, uel ex bitumine & resina cum panace, cuiusmodi in suppressis purgationibus mulierum conuenire idem Ruffus tradit. Ad secundum repetitae suspitione tamquam rem miram, scilicet nil prorsus dormiuisse octo plene diebus, & maxime adhibitis glandibus. Eductus itaque per glandem & foecibus & biliosis humoribus, nihilominus haud somnum capere potuit, quod tanta esset copia humorum & uaporum, tantusque in cerebrum impetus, ut ad eum reuocandum minimè sufficere debilis per glandem facta diuerserit: Imo uero nonna conuulsiones adhuc apparuerunt, quas etsi non dicat fuisse cum dolore, existimandum est tamen eiusdem generis extitisse cuius & antea, quia si excretio facta per alium nil contulit, ad prohibendas uigilias, multo etiam minus potuit conferre ad prohibendas conuulsiones, quae sunt a tristioribus uaporibus, quam uigiliae, quamquam non est existimandum tota octaua die perdurasse conuulsiones, quippe quae magno cum dolore fierent. Seneca dicente magnos dolores non durare, quia cito uel finiuntur uel finiunt. quod uero DECI MA die minus delirauerit, factum est quia temperamentum cerebri deprauatum non erat secundum habitum, sed dumtaxat secundum dispositionem; delirium enim cum fieret solummodo a uaporibus sursum exferuentibus succis clatis non est a ratione alienum ob antecedentem deiectionem non ita uapores in caput irruisse, ac propterea minus delirasse. Sed cur tota VNDECIMAE diei noctem dormierit, memoriam recuperarit, atque iterum in delirium celeriter lapsa sit, potest conuulsioe ob aliqua remedia aduersus uigilias administrata tam extra quam intra, sed potuit quoque accidisse quoniam non nihil pituitae in cerebro existens sit ut uaporum acrimia & calidorum colligatum, atque ita per cerebrum diffusum paulisper illud irrigauerit, atque ita somnum induxerit, donec dissipata uniuersa illa pituita, iterum & uigilare & delirare caeperit multo grauius quam antea. Nam quae narrat Hippocrates ab undecima usque ad decimam quartam euenisse, licet fere tota pertineant ad lotii conditiones, eiusmodi tamen sunt ut declarent cerebrum tunc temporis multo magis fuisse uiolatum. De memoria illud sciendum est, ubi sola perditur, amitti ob frigus & humidum, ut Galenus tertio de loc. affect. cap. septimo. Vbi simul cum aliis, a qualibet intemperie laedi potest, & ubi tota recuperatur, signum est omnes alias laesiones cessasse, unde primo Prorrheth. & in Coacis dicit Hippocrates, phreniticorum euidentia in somnia, scilicet, quorum memoria conseruatur, esse bona. Atqui dicit aliquis, ergo fuerit hoc signum salutare omnium meminisse? uerum respondetur bona & salutaria signa debere non modo apparere, uerum etiam perdurare, quod huic non contingit, quia statim recidit in delirium. Urina autem uitata fuit hoc tempore, scilicet tribus diebus multis modis, nempe secundum substantiam seu liquorem, secundum con-

tenta, secundum quantitatem, secundum calorem, secundum tempus, & secundum exeundi modum; Secundum substantiam, quia erat crassa non solum simpliciter, uerum etiam turbata instar urinae iumentorum, & instar illius, quae ubi reposita est turbatur. Etenim scimus saepenumero contingere, ut urinae aliquae clarissimae reddatae si paulisper sub dio maneant, confundantur & turbantur & crassissimas euadere, tales erant miserae mulieris, dum mingebantur; id quoque habebat, ut sepositae nunquam clarescerent, quod quidem erat indicium non modo capitis male habitus atque habituri, iuxta id quod dicit Hippocrates quarto aphor. 70. uerum etiam pessimi ipsius corporis status, eo quod ut scribit Gal. lib. primo de crisi. cap. 12. inter urinas crassas & turbatas deterrimae omnium sunt, quae ut minguntur turbidae, sic semper permanent, quod praeter magnam in uasis turbationem & tumultum significant quoque naturam nec coquere, nec coctionem inchoare, quod postremo significatur ab urinis, quae turbidae mistae paulopost clarescunt; Contentis penitus carebant urinae, quoniam politae non subsidebant, ideo pessimae cum neque inchoare coctionem natura posset: Quod ad quantitatem & continuam & discretam raro mingebat, nec nisi excitata, quod ob mentis errorem mingere obliuisceretur, unde cum mingebat multam & conseruam urinam reddebat. Color albus & qualis iumentorum, scilicet ob cruditatem & quia aliquando materia sursum potiusquam ad uesicam sequebatur. Quod ad exeundi quoque modum peccabat urina, quia exhibat affatim, & cum conuulsionibus. Sed hoc in loco duo occurrunt examinanda, quomodo exiret urina cum conuulsionibus, & cur Hippocrates addat se uidisse urinam talem. circa primum Arist. 8. sect. probl. 9. quaerens cur in extrema urinae emissionem horrore quodam concutimur, inquit esse quoniam exeunte re calida, ne uesica uacua relinquatur, subingreditur statim aere frigidus quo horrescimus, sed haec nil ad praesens, puto autem ob inflammationem uteri tangentis uesicam, quae uacua urina quaeque desiccata conuellebatur. & cum ea totum corpus, ut contingit in epilepticis, quamquam postulum, etiam dicere uesicam ob inflammationis uiciniam ardentem lotio exeunte ab aere ingrediente frigidus fuisse percussam, & ob id conuulsiones fecisse. Quod poro dicit Hippocrates sese tales urinas uidisse, quod rarissime aut forsitan numquam alias fecit; puto pluribus de causis hoc ipsum egisse; Vna fuit quia forsitan alicui potuisset nimis diligentia uideri obseruatio tantarum urinae uicinis aegrotantis conditionum, nisi ipse eas in sepectione, quae ut dicebat Plautus plus ualeat quam mille alia testimonia comprobasset: Altera fuit ut testatam posteris faceret sedulitatem, qua debet medicus uti in spestandis accurate omnibus aegrotantium rebus. nam sicut ait Galenus septimo Meth. alii qui interdum homines inspicunt sterora etiam equorum, ut intelligant eorum ualitudines. Tertia fuit ut doceret praeter ceteris pertinere ad medicum inspicere diligentissime urinas, nempe quas plusquam pulsus ad notitiam aegritudinum acquirere-

dam ualere non modo ipse contemptu pulsuum fecit testatum. uerum etiam Galenus primo de crisi. cap. 12. Potest forsitan etiam ita esse locutus, quod antecedens urinas non uiderit, sed eas tantum quas reddidit ab undecima, cum circa decimam quartam essent (inquit Hippocrates) labores facti sunt per totum corpus, scilicet ob facultatis imbecillitatem; nam Galenus dicit hoc unum lignum potuisse significare mortis propinquitatem. Multa locutio, parum mente constabat, & rursum statim delirabat, adeo ut facta sine uoce circa decimam septimam, obierit uigelima die. Sed cur potissimum notat multam locutionem? Quia cum esset honesta mulier, hoc ab eius moribus multum aberat, ut propterea delirare ipsam ex hoc solo conici posset; etenim ut ait Hippocrates primo prorr. & initio Coacarum proteruae locutiones in morigeratis pessimae sunt, quoniam insignem in animo factam esse mutationem ostendunt. Dixit circa decimam quartam, non in decima quarta, quoniam saepenumero contingit, ut non praecise in die critica, sed uel paulo ante uel paulo post contingant mutationes, cum materia propter prauitatem propter facultatem alioquin exquisitioris sensus perturbare, aut ipsa facultas ob robur ualide ipsi resistit; nam ut optime dicit Galenus dolores seu labores totius corporis, cum delirio frequentiori qui superuenient huius mulieri poterant indicare futuram iudicationem circa diem decimam septimam, nisi facultatis robur restitisset, atque pugnam adhuc protraxisset; Sed mors quae tunc debet succedere, dilata est usque ad subsequentem criticum diem, nempe uigelimam, & circa decimam septimam, hoc est paulo ante decimam septimam facta est aegrotans. i. sine loquella, & uoce, quae fuit quasi altera mors; atque id contigit, quoniam facultas iam superata omnes uires amiserat, relicta sola respiratione instar illius affectionis, quae solet accidere hysteris & uocatur a πρῶσι sive a πρῶσι. Et certe cum durauerit absque loquella & uoce tribus poene diebus integris, certissimum est argumentum hanc mulierem fuisse admodum robustam, nec fuisse interituram, nisi morbus maximus eam oppressisset, mors enim quae contingit uigelima die tribuitur a Galeno purgationibus suppressis, quae hysteriarum instar eam suffocant, ut ob hoc libetis multo leniam purgationem etiam uocis ab eadem causa deriuasse; Et in hac uisum est semper diebus impatibus factas fuisse exacerbationes, in quibus licet nullum separatim apparuerit uere extrinsecum signum, nisi illud solum atque maximum, scilicet in febre ardente extrema frigere, atque in quod scribit Hippocrates in prognos. ad memoriam reuocemus, ubi complura signa praua simul conueniunt, ita ut ab ipsis & numero & ui superent bona, semper illa congeries signorum habet exitiosissimi signi facultatem, ita ut cuiuslibet perito medico, & in prognostica facultate exercitato facile mortem, & mortis diem praedicere huius feminae liceret. Remanent duo dubia, unum est, cur non numerat post undecimam singulos dies, sed tantum decretorios. Alterum cur non meminit respirationis. Ad primum dico id egisse uel quia putans certo perituram, non uisitabat

bar continue; vel quia tantum erat malum, ut pauca noua acciderent. Ad secundum respondit Galenus secundo de diff. respirat: decimo Hippocrates non spiritum memorasse, quia certum erat esse paruum & densum ob dolorem cordis & illi dexteri, ac delirium fuisse paruum, ideo non potuisse mutare respirationem. Modo ad curationem accedamus quam rationi consentaneum est ab Hippocrate fuisse diligenter propositam postquam ipsemet testatur ut usum esse se interfuisse, & diligenter excrementa spectasse; & quemadmodum dixi retro, cum haec mulier a partu nullam habuisset morbi occasionem, iure Hippocrates non ab ipso, sed ab initio febris dies numerare cepit. Primis itaque diebus verisimile est iussisse uenam poplitis secari ob purgamenta cessantia; non enim erat secanda prius uena brachii ut Gal. x. de med. loc. & Aetius docuerunt, quoniam id tantum est faciendum in plenitudine corporis ingenti, quam non adfuisse probabile est, cum usque ad decimam quartam partus diem esset recte purgata. De loco uero est dogma Hippocrate confirmatum a Galeno lib. de sang. miss. & 13. Methodi. cap. 11. laborantibus inflammatione partibus supra renes a cubito mittendum sanguinem, si uero infra renes a partibus inferioribus; unde ratione iocinoris a cubito dextero, ratione uteri inflammati ab inferioribus erat sanguis detrahendus, & maxime a poplite, quod creberrima illius sectio in similibus casibus fiat ab Hippocrate mentio, cuius tempore chirurgi admodum exercitati in ea uena pertundenda erant, ut quoque Oribasius indicat 8. collect. quamquam tempore nostro descuerit ea administratio ob chirurgorum imperitiam, unde plerique omnes potius uel tali, uel pedis uenam incidunt; & licet unus atque idem caudex sit uenarum, cum tamen poplitis uena sit latior ea in parte, & uero proximior, multo satius esset illam, quam tali aut pedis semper secari, quemadmodum conducibilis est uenam in utroque cubito usque postulate aperire, quam in manibus, ut male facit indiscriminatim multi; igitur siue a poplite, siue a talo uena secetur, siue ipsa crura scarificentur in proposito casu sanguinem mitti necesse est, nisi quippiam impediat; atque hoc etiam fecerat Hippocrates credi potest, etsi tanquam rem claram & manifestam nar rare omiserit, nec sibi proposuerit curationes proponere, nisi quando aliquid rari habuerunt, cuiusmodi est ubi dicit appposito huic mulieri administrato omnia fuisse leuora reddita, siquidem id forsitan bonum potuit uideri aliquibus, attamen secuta grauiora accidentia docuerunt non fuisse ueram alleuiationem. Caeterum quid per appositum debeat intelligi non ausus est diffinire Galenus qui dicit & balanum seu glandem & pessum utero inditum esse potuisse; aliqui tamen putant fuisse glandem; sed cum infra Hippocrates explicat glandem nominet, cur non etiam hic eundem in modum nominasset? itaque puto ut ante etiam dixi potuisse esse utrumque, sed potius fuisse pessum, nam in talibus casibus facta prius per sanguinis missionem euacuatione solemus deinde ad localia deuenire, praesertim quando urgent dolores sicut in praesenti muliere urge-

bant ipsius uteri inflammatorio affectu laborantis; pro quo potuit Hippocrates uti pessum: quomodo autem & ex qua materia pessum fierent scire potestis ex ipsomet Hippo. libris de nat. mul. & de morbis muliebribus: fit enim inuolucrum sex digitorum longitudine & crassitudine digiti maioris pedis, atque inditur in uterum. Hippocrates ad ciendos menses utebatur etiam cucumere syluestre in hanc formam redacto; sed ubi uterus inflammatione laborat, atque febris ingens adest, omnino fugienda sunt huiusmodi calida atque acra medicamenta, praesertim autem lana uti obuoluta vitello, oui, & rosaceo, aut carne bubula ut dictum est formata, atque succo anethi medico, myrrha & lactucae succo oblita, uel aliquo alio simili, quod possit simul & dolorem placare, & blandè menstruas purgationes ciere. Sed dubitari posset an in hoc casu conuenirent menses mouentia medicamenta. siquidem est praecipuum aeternum Galeni 13. Math. c. 11. laborante inflammatione utero abstinendum a prouocantibus menses, iocinore a diureticis, intestinis ab aluum ducentibus. Resp. loqui praesertim Galenum de incipientibus, non autem de iam perfectis aut declinantibus; nam in his conueniunt, ubi praesertim a suppressis mensibus facta est inflammatio. Igitur misso sanguine a partibus infernis, & adhibito pessum, iure leuati sunt dolores non nihil, sed purgamenta non redierunt; unde factum est, ut hoc leuamento exiguo finito redierint post symptomata saeuiora; utrum uero pro dolore iocinoris etiam sectio cubiti dexteri fuerit adhibita non apparet; certe si in hunc casum incidere, nec uires obstarent, a uena quoque iecoraria sanguinem esse mittendum curarem, quandoquidem in doloribus, atque in ipsis inflammatoriis affectibus nullum est magis praesentaneum praesidium ipsi sanguinis missione, etiam usque ad animi deliquium facta, ut docet Galenus primo aphor. 23. in fine. Et quinto Epid. circa principium historiae quintae testatur dolorem qui aliis remediis non potuit solui, hac missione sanguinis fuisse solutum. Atque haec diffinita sint de chirurgicis praesidiis, inter quae numerari possunt quoque ligaturae, & blandae frictions artuum inferiorum, quae mirum in modum conferunt adducendos prauros, & seruidos uapores a corde; atque ab aliis superioribus partibus, necnon ad menstruas purgationes blandè ciendas. At de aliis auxiliis ita constitutum esset in simili casu, ut quaedam adhiberentur pro aperiendis moderatè obstructionibus, proputredine arcenda, alia uero ad symptomata urgentia; pro primo conueniret aliqua potio refrigeratoria atque aperiens ex capillo Veneris Artemisia Endiua Agrimonio: Pro secundo uero scopo primum dolori uteri, lumborum, & iocinoris congruerent sua accommodata praesidia extrinsecus adhibenda ex sandalino, rosaceo, oleo lumbricorum, aliisque huiusmodi. Similiter pro somno conciliando, nam ut alias dixi ex Hippocrate alimentum uisceribus est somnus, & nil est quod perinde atque hic humores crudos concoquat. Pro siti multae potiones proponuntur ab Hippocrate in fine tertio libro, de morbis, quas in febribus ardentibus dicit conuenire

ad refrigerandum, sitim sedandam, & urinam ciendam, & quas ut refrigerentur uult exponi nocte sub dio, ut est aqua hordei, aqua pomorum, aqua ex melonibus; circa quod illud adnotandum est a me eos non posse probari, qui putant aegris indiscriminate potiones actus refrigeratas non esse dandas; nam hoc et si aliquibus sit probandum, & tempore hyemis, attamen in aestate in febribus praesertim ardentibus, nil incundius & uilius miseris aegrotantibus esse arbitror, quam ubi implacabiliter sitiunt, potum ualde frigidum offerre, quod facit Hippocrates qui in huiusmodi febribus, etiam clysteres ex frigida, infundit lib. de affect. ut quoque apud Oribasium inuenitur probatum lib. octauo, imo & Galenus septimo methodo postulante usu fatetur sese tum aquam niue refrigeratam, tum meleam, quae

est genus poscae cum melle necnon fructus uocatos aliosque cibos similiter refrigeratos aegrotantibus obtulisse, praeterquam quod in summis ardoribus, si nil frigidum exhibeatur, neque sitis quicquam demulcet, & aestus intestinis incrementum potius sumit, quam ut ulla ex parte imminuatur; & ipse soleo foelici cum successu aestate febricitantibus magnam ordeaceae aquae copiam refrigeratam in statu paroxyfmorum febrium concedere, quod ab Arabibus probatum reperio. Iam uero aduersus delirium solemus oxorhodina uaria adhibere, interdum pure repercutientia, ueluti quando sit delirium a solis uaporibus ab infernis partibus sursum elatis interdum uero addimus etiam discutientia ut oleum anethinum, camomelinum cum aceto, & decoctis uel aquis accommodatis.

## HISTORIA QUINTA.

**P**ICRATIS VXOREM, quae decumbebat apud Archigetem circa partum iam existentem rigor coepit fortiter: non calecebat, ut dicebant: & POSTERA die talia. TERTIA peperit filiam, & alia omnia secundum rationem prodierunt. SECUNDA post partum corripuit febris acuta, cordis dolor, & muliebriam; Vbi autem pessum adhibuisset, haec quidem sunt alleuiata, sed capitis & colli, & lumborum dolor; somni non aderant: ab aluo autem pauca, biliosa, tenuia exibant sincera: urinae tenues, subnigrae; a qua uero coepit febris in noctem. SEXTA delirauit. SEPTIMA omnia sunt exacerbata. uigil. delirauit: siticulosa; deiectiones biliosae, saturatae. OCTAUA superriguit, dormiuit plus. NONA per eadem DECIMA crura laboriose dolebant, cordis rursus dolor, capitis grauitas: haud delirauit; dormiuit magis; aluus subsistit. VNDECIMA minxit coloratiora: copiosam subsidentiam habentia: degebat leuius. DECIMA-QUARTA superriguit: febris acuta. DECIMA QUINTA, uomuit biliosa, flaua, subcrebra; sudauit, sine febre; in noctem uero febris acuta; urinae crassitiam habentes, sedimentum album DECIMA SEXTA exacerbata ad noctem, & moleste: non dormiuit: delirauit. DECIMA OCTAUA siticulosa, lingua exusta est; non dormiuit delirauit multa; crura dolorose habuerunt: circa autem VIGESIMAM mane parum superriguit; comatosa, per quietem, dormiuit; uomuit biliosa, pauca, nigra; ad noctem alleuiatio: circa uero VIGESIMAM PRIMAM lateris sinistri grauitas per totum cum dolore: parum tussiu; urinae autem crassitiam habentes turbide, subrubrae; sepositae non subsidebant; alia uero leuius: non expers febris: statim a principio faucium dolor. rubedo, columella reuulsa; destillatio acris: mordax, salsa ad extremum permansit: circa autem VIGESIMAM SEPTIMAM sine febre, urinis subsidentia: latus dolebat, circa uero TRIGESIMAM PRIMAM. febris corripuit, venter biliosis subtribatus est uomuit. QUADRAGESIMA pauca, biliosa; iudicata est perfecte absque febre OCTVAGESIMA.





**PICRATIS VXOREM.** Haec historia quae satis copiose ab Hippocrate fuit propoliata, a Galeno parca admodum est tractata, quo fit ut nobis maior incumbat labor circa eam versandi; Et notandum est in primis solertia diuini scriptoris qui sicut antea propofuerat historiam mulieris, quae post partum aegrotare coeperat, sic voluit illi coniungere alteram mulieris grauidae prope partum existentis. Diligentem autem appo-uit coniugis nomen & habitationem, tum ob casus magnitudinem, tum quia persona forsitan erat obscura, aut non admodum clara, ita ut opus esset illis ipsa describere, qui uoluissent rei ipsius fieri certiores. Etenim apud Athenaeum mentio habetur Epicratis cuiusdam qui fuit Aeschibis rhetoris curator, cognominatus Cerybion, & alterius Atheniensis qui fuit legatus ad regem Persarum, eique adulabatur; atque hi licet fuerint contemporanei Hippocrates attamen quia Athenienses fuerunt, & & clariores, puto de nullo horum Hippocratem esse locutum; nam cum dicat hanc mulierem decubuisse apud Archegetem uidetur indicare non habuisse domum propriam, sed in alterius domo habitasse, aut saltem casu aliquo in aliena domo aegrotantem iacuisse Galenus secundo de dieb. decri. huius historiae faciens mentionem non Epicratem, sed Iphicratem uocat mendose. Qui porro esset Archigetes, utrum, scilicet nomen sit proprii alicuius uiri, aut (quod potius suspicor) positi in aliqua dignitate, uel publico munere, nil attinet diligentius perscrutari. Haec itaque mulier (ait Hippocrates) cum esset praegrans & partui uicina, prima & secunda die a forti rigore correpta fuit, a quo non admodum incaluiit, ut referebant. Dicit fuisse proximam partui, seu circa partum iam fuisse, ut significaret eam in nono mense extitisse, non autem in octauo, in quo magis grauidae periclitantur & intereunt, si quandoque morbo aliquo capiuntur, ut non fuerit adeo mirum ipsam esse seruata quem admodum uidebitur. Animaduertit autem hoc de uicinitate partus, propterea quod ubi mulieres sunt longe a partu, solent laborare vomitu in appetentia & grauitate corporis; ubi uero proximae sunt partui, solent esse ualidaeratio autem est, quia donec foetus debilis & exiguus est, multa excrementa gignuntur, quae sine contineantur in toto corpore, siue in uentriculo, siue in utero, solent ea mala generare. ubi uero foetus grandior & proximus partui est, maxime consumit, unde pauca relinquuntur excrementa; & mulieres tunc temporis ob id ualidiores esse solent; tum etiam quia tunc maxime se exercent ambulando & agitando corpus. Cur uero Hippocrate non fuerit statim accitus, quemadmodum ipse testatur, referens accidentia duorum priorum dierum ex relatu aliorum, existimo accidisse tempestate eius, quod etiam hodie fere ubique obseruatur, nempe in uulgi mulierum opinione esse, grauidas non esse a medicis tractandas, praefertim cum partui approximantur, tum quia sponte partu adueniente soleant antecedentes affectiones finire, tum quia eo in tempore timetur ne medicamentis

tractatae mulieres importune partum accelerent, aut perdant. Cum autem Hippocrates dicit post rigorem non caluisse, haudquaquam intelligendum est, quod biduum totum rigor perdurauerit, sed quod quotidie aliqua istata hora, aut incerta accesserit, neque post ipsum ingens successerit febrilis calor. Quod enim scribit Galenus Hippocratem addidisse illa uerba (ut referebant) quali ipse qui alias dixerat rigorem absque febre non fieri; haudquaquam crederet propolitam mulierem riguisse nec febricitasse, fieri quidem potest, at magis mihi probatur, quod dixi, scilicet ipsum ob antedictas causas non fuisse prioribus diebus uocatum, sed ex aliorum dictis esse locutum. Nam quod pertinet ad rigorem ipsum Hippocrates primo, & quarto de morbis monstrat semper rigori succedere febrem modo minorem, modo maiorem; idque tempore ipsius uerum fuisse notat Galenus ob uitae temperantiam maiorem, qua tunc homines uiuebant, ut ob hoc uere Plutarchus in symposiac. lib. octauo. cap. nono docuerit ob uictus uarietatem & prauitatem nouos morbos oriri consueuisse: quamquam possumus etiam dicere tempore Hippocrate fuisse quidem rigorem sine febre, sed non fuisse animaduertitum; quemadmodum tunc quoque erat rabies canina, ethydrophobia; sed nec ab ipso, nec ab Aristocognita aut animaduerta fuit, ut fufus in uariis lectionibus nostris, & in tract. de hydrophobia disseruimus. Porro quid sit rigor, & quomodo a tremore differat secus quam a Platone in Timaeo propositum est, ipsum Galenus diserte docuit, tum in lib. proprio de rigore, tum in comm. ad Platonis Timaeum. nihilominus hic aliqua sunt rememoranda. Fit rigor a duplici causa, ab humore frigido, lento, tenui, & mordaci; uel a mordaci & acri, uterque hic humor cum pungit partes sentientes efficit ut calor natiuus ab humore noxio stimulatus contra illum insurgat, cui materia morbifica quantum potest resistit: in hac caloris natiui lucta cum humore inimico totum corpus concutitur, unde rigor, quem femina haec passa est non potuit esse ab humoribus acris, & mordacibus: quia dicit Hippocrate post rigorem non caluisse: nam necessarium est, ut quotiescunque rigor fit ab humoribus acris & mordacibus semper rigorem sequatur calor, & calor igneus. secus est ubi fit a frigidis, quia quamquam fuit illa lucta, est minor; unde non est necesse ut calor rigorem sequatur; quia motus tardus est, & materia illa frigida obtundit usque adeo calorem, ut non possit augeri: passa igitur est haec femina rigorem a materia frigida, quia dicit Hippocrate eam non incaluisse. Quod ergo hic dicit Hippocrate hanc primo biduo non caluisse post rigorem, intelligendum est laborasse febre exigua, non adeo magna quemadmodum sequentibus diebus; Quae uero fuerint causae externae & procautiae similis rigoris non commemoratur ab Hippocrate, quod non fuerint sibi relatae; potuit tamen esse factus, usu fructuum aliorumque prauorum & dulcorum, quibus pleraeque praegraues solent delectari, non tantum in prioribus, uerum etiam in postremis mensibus, & ex quibus ut optime conicit Galenus neu-

simile

simile est hanc mulierem frigidus, crudus, & crassos humores collegisse, proptereaque rigorem incurrisse, & ex rigore excitatam esse febriculam ita exiguam, ut nulla pene uideretur, cuiusmodi esse solent cunctae febres, quae ex putrescentibus succis crudis, & crassis fiunt, quales Hippocrates febres frigidas aut ad tactum mites nuncupare consueuit in Epidemias passim; ubi uidebitis ipsum frequenter dicere aliquos aegrotantes non febricitasse in peste, qui blanda, & ad tactum frigida, aut saltem tepidiore febre tenebantur.

**SECUNDA DIE.** inquit Hippocrates fuisse eadem, quae dictio dupliciter accipi potest, uel quod secunda die nihil noui acciderit, cum enim post rigorem non factus sit calor, uerisimile etiam est nihil noui secunda die accidisse; potest etiam intelligi quod adfuerit rigor sine febre, quae expositio probabilior esse uidetur, temen non mihi placet, quia non possum existimare duobus diebus factum esse rigorem sine febre.

**TERCIA DIE.** Tertia die scribit peperisse foeminam, atque alia cuncta secundum rationem successisse. Verum hic oritur dubitatio uerum hic partus fuerit legitimus, consummatifque an uero acceleratus. nimis dubitationis ratio est, quia Hippocrates ait peperisse filiam; & omnia recte se habuisse, dicere omnia recte se habuisse, uidetur significare hunc partum fuisse opportunum; ex altera parte habuit haec foemina duobus diebus rigores, sunt autem rigores concussiones, quae sunt cum frigore, iam uero Galenus quanto aphorismorum. commen. primo. assimilat foetus fructibus arborum, qui ubi sunt recentis & immaturi quolibet uento excutiuntur; pari pacto ubi postea maturi sunt facili negotio decidunt; idem Galenus dicit foetibus contingere: hoc cum ita uerisimile sit, haec foemina duobus diebus laborauit frigore proxima partui; quo tempore solent mulieres magis laborare; iure igitur iste rigor partum accelerare debuit; quid ergo dicendum est: existimo nihil uel paulisper a rigore acceleratum esse partum propter duas causas; una quia rigor non potuit esse magnus cum non fuerit factus ab humoribus calidis, sed frigidis; praeterea haec foemina erat robustissima, foeminae robustae etiam si agerentur nihil patiuntur; foeminam autem hanc fuisse robustissimam ex eo coniciere possumus; quia habuit similia accidentia, quae habuit uxor Philini; nullum enim ouum alteri (ut proverbio dicitur) quo tam simile est, quantum casus hic superior: Cum itaque haec foemina fuerit robustissima, & rigor non esset adeo magnus, credendum, hunc partum uel nihil uel paulisper acceleratum fuisse. Apposuit autem peperisse filiam non tam ut esset mulier notior; quam quia ut alias dixi, refert ad morbos comprehendendos, & mulieris statum colligendum utrum, quae aegra est foeminam an marem peperit. Etenim Hippocrates in libro de nat. pueri edisserens qua ratione foemellae tardius conformentur, & dearticalentur, nec non mulieres foemellas parientes quid purgantur parientibus

mares, esse ait quoniam genitura foeminae debiliore est & humidior, quam mascula; & libro primo, de diaeta dicebat foemellam ab aqua magis & a frigidis ac humidis augeri, tum cibis, tum potibus, marem uero magis ab igne atque calidis ut fecis; Vnde suadebat ut quoties uir & foemina cupiunt marem aut foeminam generare his uel illis utantur, ergo existit foemina debiliore in partu minus ad exitum sese adiuuat & consequenter mulieri ipsa in parturitione magis laborat; id quod euenisse huic probabile est;

quam dicit Hippocrates secunda a partu die fuisse correptam febre acuta cum aliis symptomatibus ab ipso enumeratis, etiam si recte alia successissent; & id quod dicebam in uxore Philini in memoriam reuocandum est; uidelicet habere puerperas duo purgamentorum genera, alterum statim post partum, ut purgationem secundinae & omnium aliorum excrementorum, quae statim post partum purgari debent; alterum uero quando paulatim sanguis ille, qui superfluit in uenis purgatur per quadraginta dies in foeminis, in maribus per triginta uel paulo minus. Hippocrates igitur intelligit de primo genere & quali rem miram adnotat, uidelicet foeminam hanc filiam peperisse & omnia recte se habuisse. Ut autem facilius auobis symptomata complectantur ad proprios fontes cuncta redigam quae contigerunt usque ad sextam diem melius; nam Hippocrates non nominat nec secundam, nec tertiam, nec quartam; nec quintam dies, quod forte sero uocatus sit; ut dixi alias saepe contingere in mulieribus puerperis, quas uulgo foeminarum putat medicis non esse ullo medicamento tractandas. Quod itaque pertinet ad actiones laesae sexta die deherauit, ante sextam non dormiuit; atque mulierum locorum doloribus laborauit, quos tamen subito adhibito ait fuisse mitigatas; ad haec doluit quoque caput; collum; & lumbos.

**QUARTA DIE.** Quo uero ad excrementa mutata, alius pauca deiecit biliosa, tenuia, sincera; urinas reddit tenuis, subnigras. Atque haec omnia ante septimam diem eueniunt. Quorum omnium priusquam caussas, & morbos proprios inuelligemus, illud sciendum est hic Hippocratem numerare dies a febre acuta, non a partu, quae ut audietis, hic dedit occasionem coeteris malis; quoniam rigor antecessens cum leui febre occasione praebuit illo concussu partus celeritati, adeo ut liceat dicere primam occasionem datam esse ab ipso febrili rigore; non autem numerare dies ab hoc, sed a febre acuta, quoniam tunc clarius uisum est inchoare morbum. Iam uero morbus quo laborauit, & a quo omnia pene symptomata emanasse uerisimile est, nullus fuit alius, quam ipsius uteri intemperies contracta ex labore partus foemellae, celerioris, una cum materia cruda, biliosa, & melancholica; quos humores fuisse accumulatos, tum malo uictu, tum ob foemineum conceptum fa-

D cile

ut continetur  
hic quoque uerum  
dicitur

eile possumus conicere ex iis, quae antea protulimus ex Hippocrate; nempe foeminas fieri usu ciborum frigidorum, & humidorum, atque ocio similitur ob debilitates foetus foemine minus consumi in utero sanguinem, & consequenter in enitendo magis laborare parientes. Igitur laborante utero in temperie calida cum pravis humoribus iure merito ibi excitata est putredo, cuius vapores ad cor peruenientes febrem primum acutam pepererunt; atque iidem in os uentriculi sublatis cordialgiam induxerunt, sicut in caput sublatis eius & colli dolores induxerunt, uigilias effecerunt, tandemque ad delirium mulierem deduxerunt. Haud secus quoque uteri affectum secutus est non modo ipsius dolor, uerum etiam partium ipsi propinquarum, & lumborum, a quibus pariter consonum est incepisse rigorem, cum alias Hippocrates tum secundo, tum sexto Epidem. scripserit rigores mulieribus inchoare a lumbis, in uiris autem a pedibus, & aliis extremis, quod etiam ipso usu, & ab Arist. confirmatum reperitur. Ab eodem uteri morbo factum est, ut intestina, quae ipsum contractant incalescant, sic exiccatae faeces non exierint, sed in biliofus humorum permixtus foecibus ac tenuis; pari pacto vesica calefacta ab utero, qui inter ipsam & intestina collocatur urinas tenues, & subnigras reddidit: Et notandum est in recenter foetis non esse fidendum urinis, quia tametsi delinant purgamenta, nihilominus semper fere excolatur aliquid, quod inficit eas, quomodo uero subdito dicat cordialgiam, & uteri dolorem; ac uigilias fuisse mitigatas in antecedente historia explicauimus, ubi haec eadem habetur; scilicet pro subdito intelligentes, pessum dolori & feruori commiscendos accommodatum: & miror quomodo nonnulli interpretes ut ualesius particulam *παρὰ τὴν* sint interpretati sequenti die quasi uoluerit Hippocrates omnia sequenti die fuisse leuata, quod est praeter omnem rationem, nisi dicamus forsitan ipsos contextum habuisse deprauatum.

SEXTA die inquit delirasse subnoctem, mirum est, ut Hippocrates hoc in loco utatur quodam loquendi genere, quo rarissime, uti consuevit: dixit enim initio tertia die a rigore peperisse, rursus dixit secunda die post partum correptam esse febrem, si simpliciter sexta die dixisset, non licuisset scire unde nam accipiendum esset, initium huius diei, quod si quis quaeratur cur Hippocr. numeret potius dies ab initio febris, quam a rigore, uel a partu, dicendum est rigorem fuisse sine febre, nec per consequens fuisse uere morbum, sed potius *παρὰ τὴν* idcirco non debuit numerare dies a rigore, neque etiam, a partu, quia nunquam numeratur dies partus nisi quando dat occasionem morbo; id quod hoc in loco haud fecit. Cur autem addat in nocte; ratio est, quia duplex est delirium, aliud dormientium, aliud uigilantium; saepe enim usu uenit, ut cum aegri dormiant, agitent manus, exurgant & alia huiusmodi deliramenta efficiant, quae Hippocrates in Coac. deliria comatosa appellat: ut igitur demonstraret hanc foeminam delirasse dormientem, ea propter addit in nocte, id quod etiam nobis decla-

rant uerba subsequencia, quibus inquit septima die uigilantem delirasse: non enim alia ratione nominat uigilantem, nisi ut distingueret hoc delirium ab illo. SEPTIMA exacerbata sunt omnia, siquidem in somnis cum delirio fuit, sitim habuit magnam, excrementa biliosa, saturata, quae omnia febris uehementiam arguebant: Uerum dubitabit aliquis cur cum Hippocrates dixerit omnia fuisse septima die exacerbata, contentus non fuit, sed uoluit addere haec quatuor uigilium delirium, sitim & alui excrementa. Respondeo egisse illud propter alteram duarum causarum uel ambas; una fuit, ut explicaret quanam fuerint ea, quae sunt exacerbata, quasi dicat Hippocrates exacerbatum esse delirium, quia sexta die delirauerat dormiens, septima uero delirauit uigilans: Iam uero multo deterius est delirium, quod fit in uigilia quam illud quod fit in somno; altera causa potuit esse, quoniam in duobus generibus, scilicet actionibus laesis, & excrementis mutatis uoluit significare cuncta similitera alia ad eadem genera pertinentia fuisse immutata. Iure autem haec illi contigerunt: erat enim magna uarietas immo contrarietas humorum, quibus haec foemina abundabat, qui prout mouebantur, diuersa etiam symptomata efficiebant: iam uero in hac septima die, quae est decretoria, moti sunt succi tenues, & calidi frigidi autem erat uelut quieti; neque a natura tractabantur, quare non mirum si hac die delirium, uigilia sitis, & excrementa biliosa apparuerunt, id quod demonstraui etiam sitis, quae apparuit hac septima die, cum tamen prius non apparuisset.

OCTAVA. Octaua die, inquit Hippocrates super riguisse, ac plus dormiuisse: sed quae fuit causa; Respondeo rigoris causam fuisse humores frigidos, crassos, per sensibiles corporis partes latis, quos antea diximus in mulieribus saepe a natura cumulari, quosque uerisimile est iam aliqua ex parte euacuatis biliosis humoribus per feces sum hictos tum in toto, tum maxime in capite, ubi postmodum fecerunt somnum: etenim saepe contingere, ut haec ratione phrenitidi aliosque a causa calida factis deliriis succedant sopores, & comata scilicet scribit Hippocrates. Galenus initio libri Protre. quod tamen intelligendum est fieri ipso rigore cessante: etenim rigentibus non obuenire somnum locupletissime docuit Arist. qui ultimo probl. sect. octauae dicebat rigentibus non contingere somnum, quoniam spiritum retinent: sit autem somnus spiritum laxantibus; quod si dicat aliquis in initis paroxysmorum, ubi aegri rigent, maxime procliuus esse ad somnum, atque etiam quandoque dormire, quemadmodum experientia quotidiana docet, Respondeo duo esse tempora rigoris, alterum quo humores adhuc sunt in motu cum calore pugnantem; alterum; quo humores quidem sunt quieti, tamen calor aduersus illos insurgit, in primo tempore non possunt ulla ratione aegri dormire propter ingentem illam concussionem, & commotionem corporis in secundo uero tempore quamuis calor non superauerit, ex toto

toto humores, tamen ex illis eleuantur halitus & vapores, qui delati in cerebrum non modo somnum, uerum etiam soporem faciunt. Et haec est ratio, propter quam in fine rigoris soleant aegri fomno capi. Non mirum est haec omnia contigisse huic mulieri cum Hippocrates primo de morb. mulieb. frequenter dicat ea accidere puerperis, quae non purgantur. Vtrum uero hunc rigorem secuta sit febris nec ne, Hippocrates non dicit, uel quia non adfuit febris aut si adfuit exigua fuit eo quod infra ubi rigoris meminit iterum, cum rigore nominat febrem quam quidem non nominasset, nisi fuisset insignis, & fortasse contendendum eierat cum adstantibus, qui nisi uideant immoderatum calorem, non uult credere adesse febrem.

DECIMO CRVRA. Porro decima die multa alia contigerunt, quae quia partim, diuersa fuerunt ab antecedentibus, partim eadem, sed aucta, Hippocrates notare uoluit; sunt autem haec; crura laboriose dolebant, dolor uentriculi, qui subdito fuerat leuatus, rursus rediit, similiter dolor capitis, non delirauit, dormiuit magis, & uenter subfuit. Fuit sententia Hippocrates quarto aphor. 58. a febre ardente habito si rigor superuenerit, eum liberari, quod si non statim, saltem post aliquod tempus fit, atque hoc manifeste conspicitur; uerum in praesenti muliere, quae cum laboraret febre acuta, octaua die, & nona, sibi rigor superuenit, quo factum est, ut illo cessante, humores qui partes praecipuas, & maxime caput laedebant, sint ad crura translati ubi dolorem peperunt sua caliditate, & acrimonia; delati autem sunt potissimum ad crura, tum quia a natura eo depulsi sunt, tum maxime sua grauitate, qua naturaliter ad infernas partes praecipitari solent; & hinc est, quod mulieres habent semper crura crassiora uiris, propterea quod cum habeant a natura multos succos frigidos, facile fit ut illi ad crura descendant; Relicto autem capite somnus rediit, & delirium cessauit, quod semper somno solet mitigari; quia tamen pituitae non nihil in capite relictum est, hic facta fuit illa *καρποκαρία*, seu capitis grauitas, quae humoris crassi solet esse effectus; Rediit uero cordialgia, quoniam in motu facto a rigore aliqua portio succi acris, ac tenuis eo est delata; iure autem rediit post rigorem, quia dum rigent corpora, facile humores ad partes antea affectas demittuntur: Iam uero huic uentriculus affectus erat. Quamquam autem Hippocrates non solet commemorare ea, quae aegris non contingunt, uoluit tamen hoc in loco adnotare non ad fuisse delirium, quia antea bis delirauerat, s. dormiens, & uigilans; quare quicunque humor moueretur seu calidus, seu frigidus debebat iure aliquod delirium parere, quod cum sequutum haud sit, ea propter tanquam rem miram adnotauit Hippocrates. Sed quare alius, quae prius fluebat, constitit, & quomodo ea adstricta potuerunt ulla bona consequi Primum inchoabat undecima, in qua solent fieri morborum mutationes, unde uerisimile est rigore illo antea dato esse occasionem alicui occultae crisi, propter quam alui fluxio haud est retenta, sed potius finita partim humoribus alium pendensibus consumptis,

partim in alias partes abductis. Illud autem mirum est quomodo Galenus dicat euentum huius aegritudinis dubium fuisse mortis, uel salutis, usque ad undecimam: etenim si considerentur, quae octaua nona & decima, contigerunt, eaeque antecedentibus conferantur, plane ingentem spem salutis poterunt promittere, etsi urinae illae tenues longam esse futuram aegritudinem significarent, somnus delirii cessatio, alui fluxus, sedatus; praeter caeteris est clarissima Hippocratis sententia supra relata, in febre ardente, nec intermittente si rigor superueniat, fieri solutionem morbi: praeterea ut uidebitis multa alia post undecimam contigerunt, quae potuerunt iure timorem incutere: nisi dicamus rigorem id quidem significare, nisi inueniant uires debiles, aut aliquid aliud exitiale signum. Atqui licet in proposito muliere uerisimile sit uires fuisse uobustas, quae suffecerint morbo tam diuturno debellando: attramen cum bonis signis aderant etiam aliqua praua, ut capitis, & oris stomachi dolor; possumus etiam dicere decima die inchoasse eos effectus, ut saepe fieri solet, ac propterea nomine undecimae intelligere Galenum etiam decimam.

IN VNDECIMA igitur usque ad decimam quartam scribit haec apparuisse, sudorem, urinas melioris coloris, hypostasim copiosam habentes, quae omnia leuiorem morbum reddidere, eo quod & coloris in urina mutatio, quem dicit Galenus primo de cris. 12. esse primum, quod in urina mutatum apparet, & sedimenti copia ostenderunt iam coctionem fuisse inchoatam, quae semper, ut ait Hippocrates indicat securitatem, & ubi consumata est, iudicii celsitatem. Sudorem autem fuisse calidum, & per totum necesse est secundum Hippocratis regulas secundo progn. siquidem die decretoria cum signis coctionis contulit. Iure autem conuenit uirginam sudori, quia ut scribit Galenus decimo simpl. med. cap. de sudore sudor, & urina, eandem materiam, eandemque generationem habent. Vnde quatenus ad ligna coctionis pertinet, cum apparuerint undecima die, debebat consumata coctio, & crisi ex peccari decimaquarta die, atqui in corpore multis; crassis, & crudis succis referto haud potuit fieri crisis integra, sed tantum imperfecta, quae fuit, quod superuenit rigor, & post ipsum acuta febris, tum de cima quinta biliosus, & frigidus uomitus, (nec mirum quia, ut ait Galenus secundo de temper. sexto, raro fit uomitus biliosae simul & frigidae materiae; at tamen quandoque contingit, cum scilicet humor frigidus a capite biliosus a iecinore in uentriculum mittuntur) sudor febris cessatio, quae tamen in nocte rediit acuta cum urinis crassitatem nec non albam subsidentiam habentibus. Haec enim omnia satis clare indicauerunt, naturam uoluisse crisin his diebus tentare uomitu rigore, sudore & urinis; at non potuisse ob copiam atque crassitatem morbificae materiae. Galenus dicit fuisse hanc prauam iudicationem decimaquarta die factam, quae imperfecta quidem ut dicebam fuit uerum in ea apparuerunt futurae tandem salutis certa penes indicia, nimirum coctio satis euident, etsi non consumata; apparuit quoque facultatis expulsiuae ro-

bur, quae simul vomitum, sudorem, rigorem, & urinas tentauit; adeo ut si conferantur antecedentia sequentibus, proculdubio aliqua non obscura salutis indicia sese obtulerint, quae tamen haudquaquam fuerunt constantia, ut debent esse, quae certam, & celerem promittunt sanitatem, quandoquidem die decima sexta nocte cuncta sunt exacerbata. Cur autem adeo frequenter sudaret, dici potest contigisse huic mulieri id, quod melancholicis, & quartanariis contingere solet, qui cum multis humoribus crassis, & frigidis abundant, frequenter sudant, propterea quod humori melancholico multum seri commixtum est, quod postmodum per sudorem excernitur; pari pacto cum haec foecula abundaret multis succis frigidis, tum natura propria, tum maxime propter retentionem menstruorum, hi tandem per sudorem expellebantur. Urinae autem crassities non alunde febat, nisi quia materia crassa illi permiscebatur, cum enim urina ex Gale. sententia loco citato fit id omne quod potatur, quotiescunque admiscetur ei materia crassa, fit crassa, quod intelligendum est extra uenas non autem inuenis, tunc enim dicuntur potius urinae perturbationes.

DECIMOSEXTO. cuncta sunt exacerbata, difficiliter morbum tulit, non dormiuit, & delirauit. Si ad memoriam reuocetur Hippocrates uerba ex secundo progn. ubi haec tria symptomata inter pessima signa collocat; nempe difficiliter ferre morbum, non dormire, atque delirare, certe non debet feruari; sed inuentus, & uirum robur adiuit, mortemque in morbi longitudinem commutauit. Sed quae ratio fuit, ut post apparentem concoctionem atque remissionem malorum, nihilominus decima sexta die omnia sint exacerbata, & signa lethalia apparuerint? Poterunt certe errores huius euentus esse causae; At quia nil dicitur de hoc ab Hippocrate potius uera causa fuit, quae ut dicebam hic morbus originem habuit a puerperis suppressis, quae nunquam redierunt, nec de his quicquam loquitur Hippocrate & ceteri: si uideantur symptomata, quae scribit Hippocrate primo de morb. mulieb. sequi puerperiorum suppressionem cuncta apparent in hac muliere, uel etiam dicere licet id accidisse, quia, ut dicebam, non erat firma, & uera coctio, sed inchoata tantum; deinde materia cruda, & crassa, ac biliosa nouam putredinem adeptam caput alioquin male affectu denuo tentauit, unde delirium, & uigiliae, similiter tentauit uentriculum, unde illa *ὑποπρία*? & notandum est in hac muliere, ut plurimum nocte contigisse exacerbationes, quoniam frigidi, & crassi succi magna ex parte noctu agitantur, uel ob lunaris luminis uim, uel quod tunc corpora compactiora, et intus calidiora cum sint huiusmodi materiam ex sese inertem mouent, & agitant; quae etiam est ratio, cur morbi nocturni magis durare soleant. Cum ergo nocte diei decima sexta nocte cuncta essent exacerbata, non modo per sese mala fuerunt, uerum etiam significarunt sequentibus diebus futura deteriora, id quod euenit decima octaua, quando ut narrat Hippocrates aegra situlicola euasit, lingua exusta est, & non dormiuit, multa delirauit, & cruribus doluit, id quod sibi contigit ob auctam putre

A dinem atque uteri inflammationem; etenim Hippocrates & Galenus sexto Epid. sect. quinta. decima quarta linguam aridam fieri ab uestione, uel ob ardentem febrem uel ob uteri inflammationem dicit. Nominat autem Hippocrates in hac die situm, non quod continuo non ad fuerit, hoc enim fieri haud poterat ratione febris, sed quia non adeo mulierem hanc exercebat, ac fecit in hac die. Non dormiebat autem propter sitim, & linguam ariditatem, a qua continuo efferebantur uapores putridi acres, qui percutientes cerebri membranas, non modo molestiam uerum etiam delirium inducebant. Dicit autem crura doluisse simpliciter, non autem uehementer, quemadmodum decima die; quia fieri potest ut alterius generis, etiam diuersis causis fuerint facti dolor, crurum decimae diei, & hic, ille enim factus fuit a copia materiae praeuae depulsae per rigorem ad illas, hic uero potius per consensum ab utero, a quo in crura protendunt uenae amplissimae, ut apparet in uenis poplitis, quae ferentes sanguinem, una cum prauis humoribus dolorem illum pariebant. Coeterum circa uigelimam diem, quae solet esse postremus acutorum terminus, aut certe indicatorius, non modo aliqua ex praecedentibus redierunt, uerum etiam uia noua, & nunquam alias in ipsa acritudine uisa fibi accederunt; rediit mane rigor exiguus & uomitus biliosus, paucus, & niger si peruenit autem comatosus somnus, & noctu furditas; rigor primum fuit exiguus, quia ut antea dixi post decimam quartam diem coeperant putrescere crudi succi, una cum biliosis, atque huiusmodi putredo pluribus continuauit diebus, unde non est mirum uigelimam subsecutum fuisse exiguum rigorem, scilicet huiusmodi materia uapores per partes sensibiles transmittente; ex quo etiam factum est ut succederent uomitus biliosus exiguus, & niger, quod ex rigore, ut sit concussu illo non tantum sit uentriculus commotus, uerum etiam aliunde eo sit effusa bilis rursus hanc tam combusta, quae uentriculum alioquin imbecillum, & ante haec uisum magis uoluit, sicque uomitui occasionem attulerit: Bile porro euacuada remanentibusque in stomacho, & capite succis frigidioribus, & crassioribus subsecutum est coma, seu somnus quietus, & comatosus, scilicet irrigata cerebri uniuersa substantia, uel a uaporibus crassis, & frigidis illius meatibus oclusis qui pariter in aures demandati furditatem effecerunt, sicuti in morbis diuturnis, atque aliis in quibus succi crudi, & frigidi putrescunt, contingere solet; Et aduertendum est dixisse Hippocratem noctu factam fuisse furditatem, quia tamen Arist. undecima sect. probl. 33. dicit homines propter diuersas causas noctu melius, quam interdum audire, id tamen intelligendum est, de sanis non de aegris qui uarias ob causas possunt auditu impeditum habere, scilicet ob copiosas crassas euaporationes, immo uero experientia obseruatur interdum eos, qui a somno nuper expergiscunt, non ita clare audire, donec ex toto huiusmodi uapores, in capite, & auribus per somnum collecti fuerint dissipati; sed quid sibi uult illud uerbum repetitum (coitatosi quiete dormiuit?) forsitan quod interdum comatosi obloquantur, & sese

& sese agitent, interdum uero quieti maneant, A quando, scilicet a pituita blandiore cerebrum irrigatur absque ullius bilis permissione, cuiusmodi fieri solere coma uigil uocatum habemus apud Hippocratem, & Galenum initio lib. Prorret. Nisi magis placeat dicere a rigore fieri solere insignem ad somnum propensionem, & medici iubent ne tunc dormiatur; unde imprudenter permessa est die dormire, & post rigorem, statim, non quidem ab Hippocrate, sed ab absentibus, ac propterea secutum est potius delirium successit uomitus, & subnoctem B furditas. Factus est uomitus, quoniam ut ait Arist. tertio, de Hist. An. decimonono in somno sanguis ab ambitu corporis intro abscedit, ita ut si tunc pertundantur uenae sanguis minus effluat, cum sanguine humores ferantur ad uiscera & ad stomachum, idque frequenter apparet in uomituentibus, qui quo magis dormiunt, magis uomitu anguntur. Facta est a somno furditas, quia dormientibus capita replentur, et ob id plus dormientes decolorantur, ut ait Arist. Circa VIGESIMAM PRIMAM A M P R I M A M. lateris sinistri grauitas totum cum dolore apparuit, parum tussit, urinae mixtae crassitiam habentem, turbidam, subrubram, & quae seposita non subsidebat; in caeteris autem leuis habuit, non tamen sine febre. In hac die critica (nam & uigelimam, & uigelimam primam esse criticas per conunctionem, & disunctionem dixit Hippoc. & Gale.) quaedam uisa sunt noua, quae tamen haud timorem incutere debebant; & primum quod grauatus dolor in toto sinistro latere sit ea die factus, fuit quia humor pituitosus, & crassus, qui in cerebro pepererat furditatem, in thoracem cum quo est consensus insignis, ut docet Arist. trigesima secunda sect. prob. fit delapsus, & tussim peperit; & quod in latus sinistrum decesserat ab eo factus est dolor ille per totum latus grauatus; Idem per uenas praecipitatus in uesciam una cum aliis humoribus lotium reddebat crassum, turbidum subrubrum, atque sine subsidentia; cumque materia morbifica per has partes expurgaretur, relictis nobilioribus, haud mirum est, si leuius habuit, ita tamen, ut prorfus non esset sine febre, eo quod fomes adhuc perduraret, & focus magnus qui antecesserat non plene esset extinctus; nam urinae turbidae; quae nunquam elarescunt, a Galenus primo de Cris. duodecimo putantur omnium deterrimae. Quomodo igitur hic nil mali portenderent? quia scilicet illa turbiditas non ex agitatione uenarum, sed ut dixi, ob materiam a capite per uenas delapsam, quod fieri solere habemus ab Hipp. lib. de Glandulis, & alibi, & notandum est hoc in loco Hippocratem uideri determinare urinae crassam a turbida seculam quam nonnulli existimarunt, qui crassam ac turbidam urinam, unam, atque eandem esse dixerunt contra Auicennae dogma qui secunda primi doc. tertio cap. primo aptissime docuit esse diuersas; quod etiam ex eo probari potest, quod crassas interdum Hippocrates appellat albas cum aliquo, scilicet splendore; turbidae autem sunt semper obscurae, & sine ullo splendore; nisi dicamus particulam *θαυρα* esse, uel expletiuum, seu explicatiuum antecedentium uerborum *πυκνός*.

quod tamen haud fatis mihi probarur. Huius mulieris curationi utrum toto tempore atque solita sedulitate & diligentia interuenit Hippocrates haud fatis certus sum, quoniam deest ille ordo, & in principio, & in toto progressu morbi, usque ad uigelimam primam, quem obseruare conuenit, ut putauerim ipsam adstantes percitantem interdu adnotasse, quae in hisce libris memoriae prodita habemus. etenim postquam narrauit, quae contigerunt, usque ad uigelimam primam repetit multa omissa, nec contemnenda ab initio usque tunc uisa. & deinde summam coetera usque ad octuagesimam diem, in qua fuit iudicata, recenset quasi toto eo tempore aegram, aut nunquam, aut certe rarius, quam antea uisauerit, ut fieri solet in plerisque diuturnis morbis, in quibus medici postquam uident aegros esse periculo defunctos, consueverunt non solliciti esse inuisitando, sed contenti sunt per interualla tantum uidere, de praeteritis summam quaerere, & quae sunt ordinanda ordinare. Sed ut cumque sit, dicit Hippocrates ab initio hanc mulierem faucium dolore fuisse tentatam, & rubore; columellam habuisse contractam, acrem adeas partes fluxionem, mordacem, salis, atque haec semper eate nus per durasse. Vtrum autem fuerit illa inflammatio in gurgulione, & faucibus, aut ipsamet columella, quae potuerit caeteris malis occasione praestare an uero haec fuerit febris secuta, ut saepe solet, iure dubitari posset, coeterum quia tumores inflammatorii huiusmodi partium grauissimi esse solent; ut Hippocrates locupletissime docuit libro tertio, progn. & praealiis anhelandi facere difficultatem, nec Hippocrates de hoc quicquam dicit (quod sane si lere non debuisset si adfuisset,) fit ut censeam potius fuisse puram partium huiusmodi ueluti excoctio nem factum, tum ratione catarrhi eo assidue destillantantis, & rodentis, tum etiam ob uapores feruentis, & acres, qui assidue ferebantur ad fauces a partibus peioris; prope quas erat focus febrilis, nec non etiam a stomacho, quem & doluisse & flagrasse interdum scripsit. Coeterum cum dicit Hippocrates a principio ea ad fuisse, non constat an a rigore, an a partu, an ab initio febris; & potius inclinor ut credam ab initio febris, quoniam ea symptomata, solent febres acutas, & prauas consequi. Vnde uero ea sit exorta destillatio, licet non manifeste appareat, ex obseruatis ab Hippocrate suspicor tamen uitam ante actum primum huic destillationi faciendae contulisse, siquidem Auicennas dicebat frequentes cruditates destillationum esse matres; quas cruditates aquae est exsiccatae ab hac muliere frequenter esse commissas, cum abundaret, ut monstratum est succis crassis, & crassis. Sed & ipsa febris etiam non parua occasio est destillationum, cum calor febrilis quicquid in cerebro pituitae continetur, ad fauces mittit, quae uia inter septem cum memoratus ab Hippocrate lib. de Glandulis promptior, & proximior est ad suscipiendos a capite delabentes humores: Sed quid uult significare illa uerba *κίον ἀποστασέως κίον* seu columella interdum accipitur pro parte palatae, quae sic ab Aretato describitur primo de acutis, cap. octauo, corpus soli



dum, seu nerueum, in medio tonsillarum colloca-  
 tum ex palato protendens *κίον*, idest columella, seu  
 gurgulio uocatur interduo uero dicitur affectus  
 eiusdem partis, quando, scilicet ita tumefactus est  
 tam in summo; quam in imo, ut columnam paruam  
 aemuletur; cum autem haec pars tres affectus patia-  
 tur columellam praedictam nec non *σάρκιον*, scilicet  
 uulvam, quando summa pars tumet instar uuae, at  
 que lorum uocatum, quando, scilicet instar corii, &  
 lori extenuatur, certe putarem hic per columella  
 reuulsa intelligendam potius eam partem totam  
 tumefactam, & prae plenitudine contractam, est  
 enim ut dicit Aretaeus huiusmodi pars in loco posi-  
 ta decliui, proptereaque fluxionibus suscipiendis  
 maxime exposita, unde cum ingens & praua satis  
 esset destillatio ad fauces, rationi consentaneum est  
 ibi positam columellam fuisse ab ea vexatam, at-  
 que repletam; posthaec, ut dixi; cum morbus iam  
 factus esset ex acuto diuturnus, ac propterea mul-  
 to, rarius, Hippocrates eam inuideret, paucaque ob-  
 seruatione digna accidissent, contentus fuit qua-  
 dam pauca usque ad octuagesimam diem, in qua  
 fuit iudicata mulier obseruata commemorare, & id  
 circo dixit uigesima septima quae est; & uigesima,  
 & uigesima prima per coniunctionem prima septi-  
 mana diuturni morbi, & ideo iudicatoria, eam fuisse  
 absque febre, minxisse urinam Hypostasim seu sub-  
 sidentiam habentem, atque latus subdoluise; quod  
 enim adnotauerit caruisse, tunc febre, causa  
 fuit, tum quia erat dies decretoria, tum quia for-  
 san tunc primum uisa est sine febre, & iure; nam  
 etiam tunc urina erat cum subsidentia, quae est co-  
 ctionis indicium debuisset morbus finire apparen-  
 te causa coctione, nisi imperfecta fuisset, ut existi-  
 mandum est, eo quod non apposuit Hippocrates  
 alias vrinae coctiones, quae sunt propriae coctio-  
 nis consumatae sed solum dixit, *ὀφθαλμοὺς ὑπόστασις*,  
 idest minxit subsidentiam siue ut antiqui contem-  
 tus habent, *ὀφθαλμοὺς ὑπόστασις*, idest urinis subsidentia  
 quasi uero in vrina eset multa subsidentia, nec quic-  
 quam aliud obseruatione dignum, quod porro di-  
 cit latus subdoluise, sane de sinistro latere intelligē-  
 dum est, quod dixerat uigesima prima die per to-  
 tum doluisse, etenim febre iam intermissa, & uri-  
 na, sedimentum habente congruum est magnam  
 partem eius materiae, quae dolorem faciebat fuisse  
 per lotium euacuatam, ac subinde magnopere dolo-  
 rem esse imminutum, nec nouum est, quae in par-  
 tibus pectoris sunt per urinam exire, cum etiam per  
 alium pectus euacuari docuerit Galenus, & experi-  
 entia quotidie testetur; ipsa quae ex anatome  
 constat uenam a iugon uocatam per dorsum intus rep-  
 tentem ad emulgentes pertinere, in eaque humores  
 posse eruere; circa trigessimam quartam iterum  
 febris rediit, & alius turbata effudit biliosa. An fe-  
 bris cum rigore redierit, & an fuerit recidua haud  
 constat; attamen quia septima die post illius cessa-  
 tionem reuersa est, atque id contigit die decretoria,  
 suspicari possumus aliquem, sed non effatu dignum  
 saltem horrorem affuisse, quod scribat Galenus pro-  
 prium esse continuatum non horrere; atque huius-  
 modi suspicio eo magis augetur quod dicit alium

A turbatam biliosa deiecit; etenim sicuti biliosae,  
 febres solent in fine accessionis habere similes deie-  
 ctiones, pariter initio solent inducere rigores, uel  
 saltem horrores, neque proprie debet recidua,  
 alioquin Hippocrates non soluisset, sicuti, non  
 tacuit retro in Herophonte.

QVADRAGESIMA die, quae est septi-  
 ma per coniunctionem a trigesima quarta, iterum  
 bilis mota est, paucaque exiuit per uomitum du-  
 rante adhuc febre: ab hac die usque ad octuagesi-  
 mam nil obseruatum est nisi quod in aliis quadra-  
 ginta diebus penitus sine febre reddita perfe-  
 cte iudicata est; ex quo colligi potest quadra-  
 gesimam postremis diebus, statu incerto mulie-  
 rem uixisse, ita ut quandoque fabricaret, quan-  
 doque non, alioquin non dixisset perfecte iu-  
 dicatam fuisse octuagesima, siquidem iudicationes  
 quae antea uisae sunt, omnes fuerant imperfectae,  
 & hoc usitatissimum est, ut morbi, qui sunt a copia  
 humorum crudorum, habeant inaequales, & inor-  
 dinatos accessus & recessus, prout scilicet materia  
 haec uel illa plus minusue coquitur. Dicit Galenus  
 & recte coctionem tarde inchoatam indicium fuisse  
 longitudinis morbi, & ob hoc decima quarta pri-  
 mam fuisse iudicationem, quasi uero tunc aliqua po-  
 tuerit certitudo haberi futurae salutis decima equar-  
 ta & quadragesima interuallo *ἑποικλήθη*, ait Ga-  
 lenus, i. aegrotauit sine periculo, & octuagesima die  
 perfecte fuit liberata. Addit illud esse perpetuo me-  
 moriae tenendum nempe quadragessimam & octua-  
 gesimam dies esse decretorias, ut experientia docet,  
 falsumque esse, & usui repugnans quod dies iudica-  
 toriae semper numerentur per integras septimanas,  
 sic enim quadragesima secunda, & sexagesima ter-  
 tia, & octuagesima quarta, non quadragesima, se-  
 xagesima, octuagesima, ut haec historia docet, iu-  
 dicarent. Nunc aliquid de curatione dicamus, &  
 primum de uictu, quem donec durauit acuties mor-  
 bi, tenuem fuisse institutum est ueritimum, mox post  
 decimam quartam cum iam & tutus, & longus uisus  
 est futurus, iure debuit ipsi Hippocrates, siue quis-  
 piam alius uictum augere. Virum autem uinum in  
 huiusmodi casu fuisse concedendum quaeri posset  
 certe ipse non concessisset, siquidem etiam deci-  
 ma sexta acerbatus est morbus, & delirauit; est au-  
 tem Galeni praecipuum primo ad Glauconem 14.  
 ut ubi est delirij uel doloris capitis, aut praesentia,  
 aut suspicio, omnino abstinatur a uino, praesertim  
 in febris, praeterquam quod ab initio usque ad  
 uigesimalam secundam laborauit calida destillatione  
 ad fauces, cuius merito minime conuenit uinum,  
 itaque nisi post uigesimalam primam, ipse uinum in-  
 dulsisset; & miror nostro tempore plerisque in lo-  
 cis medicos adeo faciles esse in concedendo uino fe-  
 bricitantibus ante coctionem, & adhuc uigentibus  
 symptomatibus, cum Hippocrates secundo de uictu  
 acut. praecipiat haudquaquam mutandum esse ui-  
 ctus rationem, praesertim in acutis nisi postmodum  
 a crise, quod intelligendum est a legitima euacua-  
 tione, siue facta a natura, siue ab arte. Audiatur  
 Plinius auctor grauissimus cap. primo libri uigesi-  
 mitertij, ubi haec scribit, quod ad febrim ualētū-  
 dines

A dines attinet, certum non dandum in febris &  
 nisi ueteribus aegris uinum; nec nisi declinante mor-  
 bo, & quae sequuntur, ubi etiam a partu, & ab abor-  
 tu esse denegandum monet. De Chirurgicis prae-  
 fidis, Hippocrates nihil meminit, utrum puerperia  
 post inchoatum morbum secundum rationem pro-  
 cedent; Attamen credendum est non profluxisse  
 cum nunquam Hippocrates eorum meminit, & in  
 ea, quae feminam peperit, quaeque diebus quadra-  
 ginta purgari debet ut diximus; alioquin, quomo-  
 do potuisset tam saeuus morbus eam tentare, quae  
 B copiose, & secundum rationem purgaretur: etenim  
 si uideatur Hippocrates primo lib. de morb. mulieb.  
 ubi de iis tractat, quibus post partum haud recte  
 fluunt puerperia, fere cuncta symptomata iis con-  
 tingere scribit, quae hoc loco commemorat con-  
 tigisse Epicratid uxori; ut ob hoc uerisimile putem,  
 quemadmodum alius dixi, ei defuisse puerper. a, ta-  
 cuisse autem Hippocr. quia (ut dixi) non sedulo vi-  
 sitauerit aegram, atque magis curarit reliqua sym-  
 ptomata, quam hoc; ergo in desinentibus, uel sup-  
 pressis puerperiis necessum est sanguinem a talo,  
 uel poplite mittere; siue crura scarificare; & dum  
 haec scribo, feminae Florentinae nobili & pulcher-  
 rima cui in primo partu octauo mense foetus mor-  
 tuus fuerat manibus extractus, nec purgamenta par-  
 tus succedebant, post quartam diem extracta libra  
 sanguinis a pede, eam a dirissima febre, aliisque do-  
 loribus liberauit; De ceteris remedijs primum fuis-  
 set coctioni humorum incumbendum ijs, quae uim  
 habent aperienti, refrigerandi ac humectandi, ad-  
 ditis etiam semper aliquibus mensuram prouocanti-  
 bus, ut erythrodani, ac petroselinii radice, rubeo ci-  
 cere, capillo ueneris, aliisque similibus, & aduersus  
 symptomata fuisset contendendum, ut aduersus uigili-  
 as, & deliria oxyrhodinis, lotionibus extremor-  
 um; aduersus sitim folijs lactucae, aut fructis cucur-

A bitae, uel peponis ore detentis aurantio aqua mace-  
 rato; lotiones oris etiam ex pura aqua in fabricitan-  
 tibus cum dolore capitis Aetius damnat, eo quod  
 aqua palato incenso affusa vapores magis in caput  
 mittat; uerum aduersus continuam illam oris parti-  
 tium affectionem collutionibus utendum fuisset ad-  
 stringentibus, ut ex rosis balauistiis myrti baccis.  
 Aduersus quoque dolores erat pugnandum unctio-  
 nibus, & fortibus tepidioribus, tam actu, quam po-  
 tentia, ut camomelo, anetho, meliloto; Apparente  
 B aliquo coctionis signo post decimam quartam lice-  
 bat praebere medicamentum aliquod purgatorium,  
 cuius loco nunc componi posset ex sena, rhabarb.  
 agar. mell. ros. sol. Tum adhuc pergendum erat in  
 aperientibus, attenuantibus, & detergentibus; &  
 quia uigesimala septima fuit sine febre, & minxit cum  
 hypostasi, tunc iterum fuisset exquisitius purgan-  
 dum corpus quemadmodum hoc tempore uel pil-  
 lulis illis aggregatiuis uocatis, uel coctione Ham-  
 mec, & diluto agarici, uel alio quopiam simili me-  
 dicamento crassos humores purgare ualente. Qua  
 C purgatione repetita, & exacte muliere purgata fuis-  
 set usque ad perfectam crifim relaxanda uictus ra-  
 tio, tum in potu uini, tum in usu aliorum ciborum,  
 ita tamen ut semper edulia essent aperiente ut prae-  
 dita, cuiusmodi fit cum una cum carnibus feruet hyl-  
 sopus, uel radix petroselinii, aliaque attenuans ui-  
 ctus ratio administratur, de qua praeclearum Galeni  
 libellum habemus. Veteres (ut ait Celsus) declinan-  
 tibus morbis balnea, frictions, gestationes, aliasque  
 D exercitationes adhibebant, sed nostro tempore bal-  
 neorum usus defueuit. Inde possent in his casibus  
 cetera moderate, atque prudenter adhiberi, praeser-  
 tim constans uiuendi obseruatio est in cunctis mor-  
 bis diuturnis necessaria, quando ab hac una inob-  
 seruata morbos longe lateque protrahi quotidiana  
 docet experientia.

## HISTORIA SEXTA.



LEONACTIDEM, qui decumbebat supra Herualis aedes, febris  
 magna corripuit erratico modo: dolebat autem & caput ab initio, &  
 latus sinistrum & aliorum; dolores lassitudinis modo; febres exacerba-  
 tae aliae aliter, inordinate; sudores interdum quidem, interdum non:  
 ut plurimum inuadebant paroxyismi in decretorijs magis. At circa  
 VIGESIMAM QUARTAM. secundum extremas manus refrigeratus est;  
 uomuit biliosa, flaua, & subsequens; paulo post uirulenta; omnibus leuatus est.  
 Circa uero TRIGESIMAM existentem coepit a naribus fluere sanguis, ex utrius-  
 que, & haec erratico modo paullatim usque ad iudicationem: non autem cibum  
 auersabatur, neque siticulosus toto tempore; neque uigil. urinae autem albae, non  
 decolores. Circa autem QVADRAGESIMAM. existens minxit sub rubra,  
 subsidentiam multam, ualde rubram habentia; leuatus est: post haec autem uario  
 modo: urinae aliquando quidem sedimentum habebant, aliquando uero non. SE-  
 XAGESIMA urinis subsidentia multa, & alba & laeuis: remissa sunt cuncta; fe-  
 bres defecerunt: urinae tenues quidem, at boni coloris. SEPTAGESIMA sine  
 febre

febre: intermissit dies decem OCTVAGE SIMA superriguit, febris acuta corripuit; sudavit multo; vrinis subsidentia rubra, laevis, perfecte iudicatus est.



**L** EONACTIDEM, qui decumb. Praefens aeger cum nulla habuerit pestiferi morbi indicia, sed statim ab initio longioris morbi & salutaris argumenta fuerint, dubitari posset cur Hippocrates inter constitutionis pestilentis aegros recenset; sed sciendum est in peste quoque fieri morbos non pestiferos propter subsidentiam corporum ad eam suscipiendam ineptitudinem, vt lib. de flatibus habetur; & propterea Hippocratem, ut hoc doceret, voluisse praesentem, & alios non pestilenter aegrotantes proponere, praesertim quos aliquid rari habuisse cognouit. Quis autem fuerit hic Cleonactides, siue (vt vocat Galenus secundo de diffic. respir. cap. 10.) Cleantides, aut Cleonactis ut alij, cuius ciuitatis, aetatis, & professionis haud constat, si quid tamen conicere licet, primum puto fuisse Thasium, & forsitan sacris faciendis deditum, cum supra Herculis templum habitaret, vel saltem aeger decumberet; nam consueuimus veteres aegros in templa, vel templorum domos mittere, ut beneficio Deorum curarentur, certum est ex historiis. Iam uero crassis atque melancholicis humoribus eum abundasse, & ob hoc prauis edulis uiscitasse ostendit febris ipsius natura, quam ab initio habuit; febres enim erraticas propterea in quartanas deliere docuerunt Galenus primo ad Glauc. & Hippocrates, quoniam a melancholicis & crassis succis fiunt. Vtrum autem uisitauerit hunc Hippocrates quotidie, dubito, quia quae contigerunt ante uigessimam quartam haud distincte, & copiose narret; nam qui obseruandis aegrorum rebus diligenter studet, quo libet die quae contingunt adnotare solent, sicuti summam adnotant, quae aliorum relatu ex pluribus diebus colligunt; sed uideamus quae symptomata dicat Hippocrates primis diebus ante uigessimam quartam accidisse: nam quod spectat ad actiones laesas dolore capitis, lateris sinistri, aliarumque partium laborabat, & dolor erat lassitudinis cuiusdam modo. De excrementis mutatis dicit illum sudasse interdum, aliquando non sudasse. Quod ad affectus, seu qualitates mutatas, febris initio eum coepit erratico modo; quae tamen inordinate exacerbabatur, sed ita ut semper in criticis diebus potissimum fierent. Atque haec usque ad decimam quartam, ita sese habuerant. Ceterum de dolore capitis, lateris sinistri, & aliarum partium certum est non fuisse pleuritidem, quod haec dolorem habet pungituum, non autem modo lassitudinis, vt habuit praefens aeger. At dubium est quid Hippocrates intelligat per dolorem lassitudinarii, nam Galenus primo & secundo de loc. aff. ubi innumeras prope dolorum differentias ex Archigene atque alijs proponit, huius doloris nullam facit mentionem; scio lassitudinis tres esse factas differentias a Galeno in lib. de tu. val. atque alibi nempe tenisiam ulcerosam, atque phlegmonosam; sed nec ibi, nec usquam alibi, quam hic doloris lassitudinarii me-

minit. Dicerem id quod scribit Galenus eodem secundo de loc. aff. differentias dolorum a medico non posse recte exprimi, nisi ipse passus sit; propterea quae ab ipsius aegrotantis relatione potius comparari; aegrotantes uero, cum plerumque ignorantis sint, haud referunt res adamussim, ut habent, sed prout sciunt ipsas scribunt; unde si quando simul, & lassitudine & dolore laborant, atque lassitudo sit tenisiam, aut ulcerosa, aut phlegmonosa dicitur esse dolorem cum lassitudine; atque hoc forsitan intelligens Hippocr. dixit dolorem modo lassitudinarii, non autem dolorem lassitudinarii; & ego puto fuisse dolorem, qualis solet esse in quartanaris, quibus crassitie humoris fit dolor grauatiuus, ac tenisius; cum enim uniuersum penes corpus huiusmodi crassis humoribus seateat, accedente febre facta est uaria & diuersa putrefactio; unde erratico modo se habuit febris, eaque putredine elati uapores in caput ipsius dolorem pepererunt. Iure autem dicit Hippocr. doluisse lateris sinistram, cum in eo ritus sit lien, qui est humoris melancholici, quo iste abundabat, domicilium proprium: & aduertendum est Hippocr. non dicere fuisse febrem erraticam, sed erratico modo afflixisse; quoniam ut optime dicit Galenus, haec erat febris magna acuta, & continua, quae tamen haud statas, vt Plinius loquitur, habebat accessiones, sed incertas, ut ait Celsus, & inordinatas ob uariam, & uarioum locorum putredinem. Febres autem erraticae ut plurimum sunt intermittentes; atque solent, ut dicit Hippocrates secundo progn. in quartanas desinere, quod minimè contingit Cleonactidi, quia non erat uere erratica, sed tantum erratico modo exacerbabatur, in diebus potissimum decretorijs, ita ut neque diem, neque horam certam liceret animaduerrere exacerbationis, sed modo tertia modo quarta modo sexta fiebat quae erat causa ut sudaret? Haec scilicet, quia abundabant succi crassi, & melancholici, quibus semper iuncta est ingens feri copia; ut propterea Hippocr. quarto lib. de morb. dixerit lienem esse aquae locum, & sexto Epid. pauidorum; id est melancholicorum sanguinem esse ferosum, id quod etiam Arist. in prob. scripsit. Circa VIGESIMAM QUARTAM (ait) multa alia contigisse, & dicit circa uigessimam quartam, id est paulo post, atque in ipsa aetate uigessima quarta, quoniam non exactè, qui sibi referrebant, ipsas res significabant. Hoc itaque tempore inquit circa extremas laborasse manus, ac uouisse flaua biliosa *υποουρνα*, id est subcontinua, paulo post autè aeruginosa, ex quibus leuatus est. Quis fuerit dolor extremarum manuum, de quo ait Galenus, non est ita facile conicere, neque puto quod aliqui dicant fuisse abscessum, quoniam si fuisset, sane uiuisset; quia partium inferiorum abscessus sunt utiles, vt Hippocrates dicit secundo Epid. non apparet autem uiuisse. Unde potius suspicor hunc dolorem fuisse puram chiram, et si uelimus huiusmodi expulsionem vocare abscessum comunè nomine,

nōmine, vt saepe solet Hippocr. & chiram appellare, non moror. Veteres solebant appellare totum brachium a cubito manum, medici autè magis proprie appellant manum, quicquid à cætro ulque ad ungues est: extremae autem manus, ut est apud Pol Incem & Ruffum Ephesum sunt digiti: dolor igitur iste erat proprie in digitis, qui à duabus causis fiebat, altera fuit accidentalis, altera naturalis. Accidentalit fuit, quia forte hic manibus operabatur; unde facile fieri potuit, ut laboraret secundum ipsas; est autem Hippocratis sententia quarto aphorism. 33. quod ubi pars aliqua ante morbum laborat, in ipso morbo eo potissimum concurrere solet materia. Causa autem naturalis fuit consensus, qui est inter iecur, & manus, cum enim iecur maxime flagraret, ut demonstrarunt uomitus biliosi & aeruginosi, facta est ingens copia bilis, quae postmodum in stomachum facta, fecit uomitum, delapsa autem in manus chiram induxit, quae ueluti alij morbi articulares, vt scribit Hippocrates in libro de aff. inter. a bile, & a pituita constituitur. De hoc autem consensu manuum cum iecore dubitatum est apud antiquos. Rhafis enim auctor celeberrimus lib. de cimo septimo, & Auicenna secunda primi doct. tertia, cap. primo, & decima quarta tertij trac. primo, dicunt adesse huiusmodi consensum, & ideo breuitate manuum iecinoris paruitatem; & illius magnitudine harum longitudinem argui posse. Ex alia parte Hippocr. & Gal. nil meminissent huius rei: imo uero Auerroes quarto coll. quarto, irridet Auicennam, quasi non cognouerit ubi sit uirtus formalis, sed miror quomodo Auerroes ita audacter reprehenderit Auicennam. nec obstat, quod uirtus formatrix sit vel in corde, ut ipse cum Aristotele existimauit, siue in alia parte, quia etiam sicut ipse Auerr. dicit, facultas ex operatione dignoscitur, non tamen potest colligi conformatio ex instrumentis: nam ubi iecur calidum est, & consequenter ubi sanguis multus est, opus est, ut uasa etiam sint magna, uenae autem maximae tendunt ad manus; unde caliditatis iecoris manuum caliditas argumentum certum habetur: hoc idem potest etiam contingere de breuitate & longitudine. Quod autem fuerit euacuatione per uomitum leuatus Cleonactis non ab re contingit, siquidem ut ait Hippocrates primo aphor. secundo, in perturbationibus uentris, & uomitibus spontaneis siqualia oportet purgari, purgantur, confert, & facile ferunt. Quod autem in febre erraticae, quae a crassis succis originem habet, etiam biliosi interdum fiant, & uomantur, contingit quia a febris calefcens, magis, atque magis iecur succo attractos exurit, atque pro exuffionis ratione modo bilem flauam, modo aeruginosam facit, quando huic humor crudus miscetur, haud secus ac obseruamus in ipsis hydropicis febrientibus generari febres, atque interdum bilem. Vbi autem huiusmodi humor genitus est, facile in stomachum eructatur, vt pote ab ipsis febris debilitatum: in stomacho languido facile humor alioquin propria natura fluitans uomitum ciet, praesertim quando rigoribus, vel horroribus, alijsue perturbationibus inchoant febrium accessiones, in quibus uidemus frequenter uomitum

conitari, vt ob hanc rationem dixerit Hippocr. huiusmodi uomitum biliosum fuisse non ita frequentem, nec ita rarum, sed *υποουρνα*; Cum ergo haec sola obseruatu digna in febre diuturna, & minimè periculosa contigissent circa uigessimam quartam, alia quoque acciderunt circa TRIGESIMAM, quādo scilicet a naribus utrisque coepit sanguis inordinatè fluere, & paulatim usque ad crism, quo tempore nec absque appetitu, nec cum siti nec cum uigiliis erat; sed urinae tenues atque decolores erant. Atque horum omnium euentuum satis manifesta fuit causa, & primū, quod sanguis proflueret, fuit, quia dolor antecedens capitis, & uomitus illud reliquerat debilitatum, & aliquantisper sanguine repletum, quae natura expellere tum coepit paulò validior facta, atque uomitu exonerata: etenim uomitu caput; & praesertim circa oculos magnopere commoueri ipsamet experientia docet, vt ob hoc uomituris soleant prudentes medici oculos faecis obligare, atque constringere. Fluebat autem sanguis ex utraque nare: quia utrumque uiscus erat affectum, tum si iecur, tum lien: exiguis porrò erat sanguis, quia forsitan ob aetatis inclinationem, & febris naturam non admodum sanguis exuberabat; Et quia motus eius febris motum sequebatur, propterea, ut erat illa inordinata, & erratico modo affligens, sic erraticè sanguis mouebatur, & consequenter neque ad consummatam crism perdurabat. Porrò cur Hippocrates addit; quod urinae tenues; nec decoloratae essent per totum morbi tempus; non enim id accidebat, quoniam morbus ad coctionem redere, quam a coloris mutatione in prima diebat; Galenus primo de cris. 12. inchoare; siquidem hoc fuit semper etiam initio febris, quando nondum sit coctio. Igitur dicendum est uerum esse, quod coctio, (quae ut dicit Galenus, est ueluti quaedam aequatio humorum, & ad medietatem redactio) quae sunt tenuiora incrascat, & quae sunt crassiora attenuat; at tamen tenuitas quoque est cruditatis indicium, eum statim apparet, sicuti coctionis; ubi succedit crassitiei; unde cum in Cleonactide adfuerit cum coloris; signum erat ut adnotauit Galenus, morbi longitudo; quam non indidisset, si simul coloris, & consistentiae mediocritas fuisset; quae eonditiones; ut coctionis, ac morbi breuitatis ligna sunt. Etenim tenuitas; quae cruditatis comes est; significat opus esse multo tempore, vt crudus succus coquatur. Iam uero quid est quod Hippocrates dicit; non fuisse *υποουρνα*; neque *αεργινος*; non autem dicit ipsam appetuisse, & dormiuisse; praeterea quae fuit causa; cur in tot febris nunquam sitiuerit? Ad primum puto prudenter ita fuisse Hippocratem locutum quandoquidem mirum quodammodo erat in morbo diuturno; & a crassis succis genito, a bilioso, & aeruginoso uomitu haudquaquam insigniter esse labefactam appetentiam; dico insigniter; quia in nullo pene morbo & praesertim diuturno potest appetitus perdurare; sed fat est, si inappetentia, siue ciborum abhominatio non fiat; Pari pacto etiam haudquaquam dormire secundum sanitate temporis consuetudinem, dormiebat tamen moderatè, atque de inappetentia, & uigilijs ait Gal. sic locutum

rum fuisse Hippocr. vt doceret in huiusmodi febre haudquaquam exuberasse biliosum & calidum succum, a quo inappetentia, & uigiliae producuntur. Desiti mirum est si in febre nunquam ea adit; neque Hippocr. dum dicit, quod non erat *diuturnus*, voluit significare ipsum profus fuisse toto morbi tempore absque omni siti; sed quod non haberet, eam in habitu, & semper, ut solent, qui sunt siti-culosi; cuius causa erat quia abundabat succis frigidis, crudis, & crassis, qui sitim non faciunt nisi quando incalescunt, & putrescunt. Circa QVADRAGESIMAM, quae est diuturnorum decretoria dies cum esset, Cleonaetis, subrubram urinam cum multa rubra subsidentia mixta, ac leuatus est; at non perdurauit urina, sed usque ad sexagesimum diem interdum subsidentiam habebat, interdum ea carebat. Verum dubitari iure posset, cur Hippocr. in sequentibus diebus nullum aliud ferè accidens commemoret, quam illa, quae ad urinam pertinent, cum tamen haud uerisimile uideatur nulla alia contigisse. Primum, quod non meminerit respirationis dicit Galenus secundo de diff. resp. decimo, hoc fecisse Hippocr. quia erat conspicuum cum uigilima quarta laborasset sinistri lateris dolore, eam difficilem cum necessario habuisset. Quod autem solius urinae meminerit puto duas fuisse causas, unam quia in morbis diuturnis nullum certius signum est ipsa urina; & cum enim orientur a succis frigidis, & crassis; istorum statum optime demonstrat urina, ut ait Galenus primo de cris. 12. & Arist. initio quarti Meteor. Altera causa fuit, quia forsitan non uidebat amplius illum, quoniam cum post uigilimam quartam uidisset illum extra periculum, ipsum reliquit, & ad se delatas urinas, quemadmodum etiam hodie fit, tantummodo inspiciebat. Urina subrubra cum subsidentia rubro, & copiosa, monstrat humoris copiam, qui coquitur, non autem coctus est, aliqui enim sedimentum album fuisse; quae autem semper talis non esset, sed aliquando nil haberet subsidentiae, signum erat materiam uariam; in uariis locis fuisse; atque aliam crudam poenitus, aliam semicoctam extitisse, & propterea diutius morbum fuisse protrahendum. SEXAGESIMA DIE, quae & ipsa decretoria est diuturnorum coctio, quae iam inchoata, & multum progressa erat, coepit apparere perfecta; uide urinae fuerunt cum subsidentia multa alba, & laeui; ac ob id cuncta remissa sunt symptomata; similiter, & febris descenderunt; atque redierunt ante septuagesimam adhuc tenues, id est sine sedimentis, & cum bono colore, quoniam ut dictum est, uaria erat materia, atque uariis in locis putrescebat, aliqua pars nondum perfectam maturationem adeptam erat, neque urina haud semper coctionem integram ostendebat, & forsitan etiam ob hoc aliqua febricula aderat, cum subsignat Hippocr. septima die aegrum per decem dies absque febre fuisse, hoc est usque ad octuagesimam, in qua factus rigor cum febre acuta succedente, euacuataque materia per multum sudorem, & urina cum rubore sedimento, atque laeui reddita perfecte iudicatus est. Circa quae nonnulla sunt animaduersione, & aliqua speculatione digna; & primum quomodo cri-

sis perfecta potuerit fieri octuagesima, cum potius morbi longi per abscessum, ut dicebat Hippocrates, quam per crism soluantur. Deinde cur potius per sudorem, cum raras admodum perfectas crises fieri sudore prodiderit Galen. tertio de crisi. Postremo si perfecta crisis nequit esse absque perfecta coctione, quomodo hic dicit Cleonaetidem fuisse perfecte iudicatum cum sedimento urinae rubro, & laeui, debet enim sedimentum esse album, & laeue, si perfecta iudicaturum est coctionem, ut ubiq; Hippocr. & Gal. docuerunt: & certe miror cur perferatari, ac definire haec omnia, praefertim autem ultimum uoluerit Gal. Ad primum igitur dicendum est, hunc casum, tanquam rarum ab Hippocrate adnotatum fuisse; & puto potissimum fuisse inductum ad eum obseruandum, & posteris relinquendum, quoniam etiam sibi uidebatur mirum posse quempia octuagesima die iudicari cum sudore copioso, & cum urinae subsidentia non alba, sed rubra. Verum cum haec ita acciderint, de tarditate dicendum est, quoniam materia non erat unius, sed uariorum & diuersorum generum. Etenim homogenea materia, & non admodum crassa multo citius coquitur, aut in aliquo loco depulsa abscessum facit; quae autem est diuersa, & cum crassitie, opus habet multo tempore ad hoc ut possit perfectam coctionem adipisci; quod enim pertinet ad octuagesimam diem, si ut significat Galenus, uigesima dies complectitur tres septimanas, & ob id est indicatoria etiam octuagesima inter iudicatorias est collocanda, ueluti quae complectitur quater uigilimam. Porro de sudore duplex assignari potest causa cur ea facta sit in Cleonaetide crisis; peior est, quoniam materia cruda, crassa, & melancholica semper multum feru habet, ut compertum est in quartanis, in quibus fiunt sudores copiosissimi. Altera fuit rigor, qui octuagesima superuenit, a quo cum iam materia esset magna ex parte attenuata, facile fuit, ut commota per uersum corpus in cure propelleretur, quemadmodum etiam contingit ante uigilimam quartam, quo tempore etiam interdum sudasse adnotauit. At sedimentum urinae rubrum, sane exemplum, ut dicebam rarum est; uerum tamen haud caret aliqua ratione, scilicet uariam fuisse materiam; cuius maxima portio perfecte cum fuerit cocta, minima uero fuerit, quae nondum exactam maturationem erat consecuta, haudquaquam haec potuit impediri, quominus fieret legitima, atque perfecta expulsiō, & crisis. Nunc de curatione tempus est aliquid dicamus, & quoniam primis diebus satis concipi poterat morbum futurum esse diuturnum, par erat, ut uictus institueretur non ita tenuis, sed paulo largior, quo posset statum, & coctionem, quae longe distabant absque uirium detrimento expectare: unde & oua, & caro auicularum saltem poterat concedi. Vinum quoque ipse concessisset, nisi dolor capitis, & sinistri lateris, atque aliarum partium, qui prioribus diebus apparuerunt obstiterent. Quod pertinet ad chirurgiam necesse fuit, ut mitteretur sanguis, si non ob aliud, saltem quia febris putrida erat; & in putridis omnibus dicebat Gal. 1. 1. Meth. 15. saluberrimum esse sanguinem mittere. Imo uero cum

cum circa trigessimam diem sanguis è naribus exiguus profluere coepisset, atque tum uerisimile esset vires non esse inualidas ob accidentia remissa libenter sanguinis missionem repetuissem; sed forsitan obstitit aetas, & copia crudorum humorum, siquidem est sententia Galeni quarto de tu. ual. 4. & lib. de curat. per sang. miss. ubi humores crudi sunt non debere mitti sanguinem, & maxime si febris adit. De alijs remedijs cum nullo tempore apparuerint umquam turgentiae, vel urgentiae argu-

menta, coquendi, & recoquendi humores non semel erant, sed iterum, atque iterum similiter purgandi ipsa praefertim medicamentis, quae uarios, & crassos humores purgandi facultatem habent; & quoniam natura initio & sudoris, & uirinarum euacuationes fere conducturas perspicue docuerat, credibile est medicos curae praefectos id potissimum studuisse, ut tam sudore, quam urinas pro-uocarent; quod similiter factum puto, ut in ipsis urinis copiosa sedimenta perspicerentur.

## HISTORIA SEPTIMA.

**M**ETONEM febris magna contripuit, lumborum grauitas dolorosa. SECUNDA aquam bibenti subcopiosam ab alio recte secessit. TERTIA capitis grauitas: deiectiones tenues, biliosae, subrubrae. QVARTA omnia sunt exacerbata: fluxit a dextera nare sanguis, bis; parum: noctem moleste, deiectiones similes tertiae: urinas subnigras habuit, enacorema subnigrum existens dispersum: non subsidebat. QUINTA fluxit largius ex sinistra, sincerum sudauit, iudicatus est: post crism vigil; obloquebatur, urinae tenues, subnigrae, balneis usus est ad caput: dormiuit: reliquit: huic non redijt; sed sanguis saepe, & post crism.

**M**ETONEM FEBRIS COEPIT. Praefens historia, quamquam breuis sit, at tamen praecelara doctissima in se continet, neque dubitandum est, quia ex aegrotis antecedentis constitutionis fuerit, atque ab Hippocrate sit uisitata; imo uero cum solius nominis proprii fecerit mentionem, opinari mihi libet hunc Metonem satis ualde illustrem, ac notam personam fuisse, quamquam sola nominis raritas solet interdum facere homines notos, ut ob hoc cum rarissimi essent, qui uocarentur Metones, facile fuit illum absque alia nota cognoscendum proponere. Ceterum his in praefens dimissis uideamus quid nostro Metoni contigerit; quem aestiuo tempore aegrotasse mihi sit uerisimile, tum quia morbus fuit breuissimus, cuiusmodi esse solent omnes aestiui, tum quia medici aquae multae frigidae potum secunda die sibi non concessissent, nisi fuisset aestas, cum inter alias condiciones, quas salent medici in exhibenda aqua frigida obseruare, sit, ut tempus sit aestiuum; & aeger multam aquam potare soleat. Itaque Metonem statim prima die ignis, & febris magna contripuit vna cum lumborum grauitatio dolore. Vtrum aliquam externam occasionem habuerit Meton febris magnae in prima die acquirendae non apparet ex relatis; nisi ad causam communiem febrium pestiferarum recurramus, nempe ad aerem pestilentem, quam uicam esse pestis causam, ea irrefutabili demonstratione probauit Hippocrates, quod morbi communissimi ut pestis paludes Auernae, uitiataeque aquae, aut cadauera non cremata faciunt pestem nisi aerè primo uitiando; sicut nec usus prauiorum ciborum; nisi quia di-

spiciunt corpora ad suscipiendum aeris uicium; ut perspicue docet Galenus primo de diff. feb. quinto; neque etiam contagium absque aere ipso uitiato, quicquam potale ad eam producendam, alioquin nihil impediret, quia febris citra pestem pestilentes adstantibus communicantur; vel saltem aliquibus paratioribus, quod tamen experientia non comprobatur. Nisi etiam ex dolore lumborum grauitatio placeat suspicari antea immoderate brachijs, & dorso laborasse, ut faciebant tempore Hippocratis haestatores, & panerastiae; quemadmodum nos in arte gymn. docuimus; vel nimium equitasse. Etenim Arist. quarta probl. 12. quaerens rationem cur equitantes euadant libidinosiores, id propterea euenire scribit, quoniam in equitando illae partes ualde mouentur, & agitantur, quae etiam in coitu, nisi mirum lumbi. Sed utcumque sit rationi consentaneum est putredinem accensam fuisse in uena caua, quae dorsum perrepat; ibique copiosam materiam putredini aptam existentem ob intemperiam ingentem peperisse dolorem; ob copiam uero dolorem grauiatum; similiter etiam febrem enimiā produxisse, quod putredo esset magna in parte non exigui momenti, & unde non multa cum difficultate poterant copiosi vapores putridi in cor mitti, illiusque calorem in ignem uerti. Etenim ubi ea in uena sit putredo, experientia quotidiana docet non modo ingentes excitari febres; uerum etiam singulari quodam dorso dolore tantisper febricitantes cruciari, donec sedetur febris, & illius partis feruor mitigetur; quem solemus placare usu epithematum modice refrigerantium illis partibus applicatorum, ut sunt folia lactucae, aut panni lini lacte immacerati, aliaque similia auxilia. Cum autem dicat Gal. primo

primo & tertio de cris. quatuor circa febrem semper esse consideranda. Ideam, magnitudinem, motum, & morem, primum de idea, cum nulla rigoris, aut horroris mentio fiat, putandum est continuam fuisse ex putredine vtriusque bilis circa iecur, & lienem, ut indicavit fluxus sanguinis primum de dextera, deinde de sinistra nare. De magnitudine autem postquam Hippocr. appellat hanc febrem ignem existimandum omnino est, eam fuisse magnam, sic enim solet eas semper appellare, quando sunt magnae. Fuit celeris motus, quia acuta, cum quinta die terminata sit. Fuit etiam maligni moris, & quamquam euaserit, habuit tamen symptomata deterrima, adeo, ut mirum sit ipsum euasisse. SECVNDA DIE, inquit Hippocrates, Metoni aquam bibenti multa alium profudisse honeste satis. An ipse sua sponte adactus sit potauerit, an medicorum consilio non dicit Hippocrates, atramentum utrumque potuit contigisse; nam (ut dicit Plato in Philebo) febricitantibus nil est optatius, nil iucundius potu aquae frigidae. Sed quia ualde dubium est, quomodo potuerint medici tuto secunda die aquam frigidam exhibere, ea de re paullo fufius disputabo cum curationem tractandi tempus erit. Quod autem dicat a potu aquae alium ualere, id est recte fluxisse, non est praeter rationem, quia ubi aqua in magna copia sumitur, magnam uim infert naturali facultati, tam reuenticri, quam expultrici, quae si, ubi stimulatur uehementer, ualida sit, non modo eam protrudit solam extra corpus, uerum etiam simul quicquid in maioribus cavitatibus expulsiuonem aptum reperitur, quales sunt bilioli, subrubri, ac tenues fuciei, quos TERTIA die alio exiuisse narrat. Atqui possit aliquis percontari, cur factum sit, ut post illius aquae potum, & exenitibus humoribus peccantibus, nihilominus capitis grauitas tertia die sit subsedita: cui respondendum est potuisse tantum aquae in uentriculo esse, ut eius atque intestinorum facultatis expulsiuonem inferret absque ingenti agitatione, quae ob eximiam, quam habet uentriculus cum capite communionem, illi impertita, dolorem grauatuum pepererit; sic enim dicere solebat Galenus, uentriculum grauatum etiam animum male afficere. Praedicta autem turbatio, & agitatio, cum paullo diutius durauerit, factum est, ut dixerit Hippocrates quarta die cuncta fuisse exacerbata, scilicet noctem fuisse absque quiete, bis sanguinem paulatim ex dextra nare effluxisse ab alio casu, quas tertia die deiectiones exiuisse, urinasque reddidisse nigras cum suspensione subnigra, & dispersa sine ullo sudore. Videndum autem cur sanguis potissimum de naribus fluxerit, cur a dextera, cur quarta, cur bis, & cur parum. Quod pertinet ad primum illud, compertissimum est facillime omnium de naribus sanguinem exire, cuius rei triplex potest afferri ratio; una est, quam affert Aristot. tertio de part. anim. quinto, ubi scribit sanguinem propterea facile homini ex naribus profluere, gingiuis, & sede, quoniam uasa in his ampliora, & patentiora sunt. Imo decima prob. secundo, dicebat ex omni animantium genere, uari homini sanguinem defluere de naribus, quoniam plurimum cerebri idemque humidum habet.

A Altera ratio copia sternutamentorum, ob quam concussa uasa facillime aperuntur: scribit enim idem Aristot. decima prob. 20. hominem frequentius ceteris animalibus sternuere, quod nares habeat omnium breuissimas. Tertia ratio tractatio frequentissima harum partium, ob quam uasorum ora redduntur aperta ad hiantium, sicut etiam eadem ratione frequenter profluit sanguis, de gingiuis, & sede. Ad secundum est dicendum iecur huic maxime fuisse incensum; unde sanguis tenuior, & uapores rapti facillime ratione rectitudinis, quam diligit maxime natura, de nare dextera sanguis erupit. Quarta die, quia est prima decretoria, cum enim sanguis calore, & mobilitate sua cito mouetur, iure hoc facit prima decretoria die, quae est quarta. Bis autem, & parum fluxit, tum ob crassitatem, tum quia nondum erat paratus, quo factum est etiam, ut sequens nox sibi fuerit grauis, attracto, uel depulso ad cerebrum sanguine. Quod porro nullus in morbo bilioso quarta die apparuerit sudor, magna cum ratione factum est, siquidem natura alius euacuationibus impedita haud faciendo sudori poterat incumbere, atque multo minus cum pars serosa per urinas, & deiectiones tenuis, atque biliosae euacueretur. Cum autem tenuior pars sanguinis ad narem dexteram, ut dictum est, ferretur, pars crassior & exusta magis ad uellicam delata uiriam nigram reddebat; uia cum subnigra nubecula, eaque propter exultionem diuulsa. Et certe ratione huius uirinae Metoni perire debuisset; si uera scripserunt Hippocr. secundo progn. & in Coac. & Galen. primo de cris. de decimo, qui dicunt uiriam nigram, cum nigro sedimento esse ad exitialem, ut Galenus fateatur neminem sese uidisse cum ea seruatum. Sed nigredo illa tam liquoris, quam nebulae haudquaquam intensa erat, sed exigua portusque roboris facultatis expellentis, quam ingentis, seu exitialis incendij nota; sic etiam alios uidebitis ab Hippocrate commemorari, qui cum uiris nigris sunt seruati, quae factae sunt nigrae non propter simplicem exultionem, sed ob commixtionem atri humoris. Quamquam potest etiam dici casum hunc fuisse rarissimum, atque propter huiusmodi raritatem fuisse ab Hippocrate notatum. QVINTA DIE. Porro quinta die effluxit largiter de nare sinistra sanguis sincerus, ludaunt, & iudicatus est. Diximus focum putredinis fuisse tum circa iecur, tum circa lienem; quare cum ante putredo iccinoris vtpote expulsiuonem paratior partium per narem dexteram, partium per uiriam esset exonerata, ea quae fiebat circa lienem, postera die impetu maiore mota, quae erat feruidior per sinistram narem fuit expulsa, quae uero serosior, & aquosior per sudorem euacuata est, & cum larga fuisset effusio, sane facta est crisis. Sed hoc in loco dubium est vtrum haec uera fuerit iudicatio; ex una parte est Gal. qui secundo de diff. resp. decimo, scribit ipsum esse quinta die perfecte iudicatum, quod est rarissimum. Ex alia parte idem Gal. in com. huius historiae uideatur negare fuisse perfecte iudicatum, quod hoc non sit factum apparente coctione. Dicendum est die quinta fuisse perfecte iudicatum inchoatiue tantum; hoc est tunc incoepisse perfectam iudicationem; quae paullo

paullo post consumata est. Ceterum post ipsam crism relicta est somni priuatio, oblocutio, uirinae tenues, & subnigrae, quae omnia significabant totum sanguinem melancholicum haud fuisse depuratum; sed partem aliquam superfuisset, quae fecit delirium; quaeque post paulatim tam per nares, quam per uiriam ducta, tandem iudicii perfecti defectui supplere, & integram sanitatem attulit: nam (ut ait Galenus) hic aeger pro exemplo est & confirmatione illius dicti; Largae sanguinis de naribus fluxiones ut plurimum liberant. Quod autem humor partim biliosus partim melancholicus in capite relictus delirio occasionem attulerit certissime omnium docuit curatio quam affectuum naturas clarissime indicare non semel dixit Hippocrates. Fuit autem curatio per balneum capitis adhibitum, quo uigilijs & delirio sublati ait Hippocrates Metonem dormiuisse, & respuisse, eo quod aquae dulcis tepentis (hoc enim intelligit Hippocrates cum simpliciter balneum memorat) facultas blandissime humectans, suo tepore feruorem vtriusque bilis furentis compescit; ut propterea Galenus glorietur sese deliria melancholica saepe solo uictu, ac tepentis balnei usu persanasse; Et notandum est Hippocratem dixisse balneis, non autem balneo, quia non semel, sed saepius eo fuisse usum uerisimile sit; ut hinc etiam non intelligamus, ubi inuenitur est rationale remedium, haudquaquam illud esse dimittendum, si statim non proficit; sed esse in eo pergendum, donec profectus ipsi rationi correspondeat: ita namque dicebat Hippocrates secundo aphor. 52. omnia secundum rationem facienti, & non succedente secundum rationem non esse tractandum ad aliud, manente eo, quod a principio visum fuerit. Quod porro scripsit in postremis uerbis, non reuertisse morbum; sed frequentem sanguinis fluxu fuisse perfecte iudicatum, id fecit, quoniam quae non iudicantur integre, ut dicit secundo Epid. & secundo aphor. 12. sunt *φιλνσόςρορα*. i. reciduae amicae, nam ut diximus, haud apparuit perfectae coctionis signum in urina; & quae disparant sine signo, dicebat secundo Epid. sunt infidae, ex quo potuisset facile quispiam formidare ne Metoni morbus rediisset, ad quam suspicionem tollendam placuit adicere, quasi per emphasim quamdam morbum non rediisset. Modo de curatione loquamur, cuius pars diaetetica ea uel fuit, uel saltem esse debuit, quae morbis acutis, & statim ad statum deuenturis debetur secundum Hippo. leges primo aph. nempè victus tenuissimus, ueremur pissana, & aqua in potu usque ad crism, a qua non nisi postridie mutandam esse uictus rationem praecipiebat secundo acut. De chirurgicis auxilijs minime dubitandum quin prima die mittendus fuerit sanguis nihil impediente, & febre, ac lumborum dolore id postulante; imo haud prudenter fuisset secunda die exhibitae aquae copiosae; nisi profecisset aliqua sanguinis euacuatio; ob quod summo iure Galenus septimo aphor. 46. repudiavit tamquam spurium aphorismum quo dicitur in doloribus oculorum prius uino, & calida aqua, quam uenae sectione esse utendum. In reliquis tum natura tentasset sudorem, & urinas, per eas

A partes erat molienda euacuatio; ut etiam monuit Galenus ex Hippocratis sententia primo aphor. 21. quod natura uergit, eo ducere oportere per loca conuenientia. Verum hoc in loco tria consideratione digna occurrunt, primum est cur Hippocrates solum meminit duorum remedium, aquae exhibitionis, & capitis abluionis, nam rationi consentaneum est alia quoque fuisse adhibita auxilia, & praesertim sanguinis missionem, ut dixi. Alterum est an recte fuerit secunda die tradita aqua, siquidem Galenus ubi praeccepta tradendae frigidae docet inter alia mandat, ut non nisi in statu morbi, atque coctione apparente administretur. Tertium & postremum est de capitis balneo, quomodo scilicet illud sit indicatum, & quomodo ita profuerit, ut statim somnum induxerit, atque delirium sedauerit. Circa primum respondendum est nunquam fere Hippocratem in his historiis mentionem facere illorum auxiliorum, quae manifestissimam rationem habent, sed illorum tantum, quae uel in usu, uel in utilitate percepta aliquid rari habuerunt; unde cum talia fuerint duo haec commemorata praesidia, haud quam ea silentio praetereunda duxit Hippocr. quae autem fuerint rara, & inusitata fere in iis, colligitur ex usu, nimirum, quia fuit exhibitae aqua statim die secunda febris, & forsitan deerant aliae condiciones, quae desiderantur in huiusmodi praesidii administratione. Ex utilitate uero aliquid etiam rari habuit, quoniam uisum est potius obesse cum tertia die grauitas capitis sit subsedita; atramentum contulit, quia alius fluxit, & natura exonerata, ueluti que recreata postmodum & sanguinis fluxui faciendo & sudori aptior fuit. Haud secus est sentendum de balneo capiti adhibito; in quo illud fuit rarium, ut statim egregium iuuamentum attulerit, tum delirium tum uigilias auferendo: praeterea quomodo, ut innuit Galenus, minime uidetur cum ratione factum, quod Hippocrates tertio de acut. circa finem caueat fluente sanguine balneum administrari, scilicet ne uel impediatur naturae motus, uel ea nimis concitetur. Circa secundum certe dubium est an iure eo tempore aqua fuerit administrata; primum quia non contulisse uidetur, sed capitis grauitatem induxisse, deinde non uidetur ex ratione factum, quoniam ubi cruda est materia, & uiae adhuc occlusae ueluti solet contingere initijs morborum, adhuc magis illa recrudescit, & aqua potius retinetur, quam ut expulsionem faciat. Ex alia parte uidetur contulisse, quoniam seruatus est Meton atque cito iudicatus: praeterea in curandis febribus acutis primus scopus uidetur esse, ut statim caussa effectrix putredinis, quae est calor febrilis, extingatur, quod quidem egregie fit usu aquae frigidae copiosae, quemadmodum experientia monstrat; ubi in ardentibus febribus administratur, propter quod Arabes fuerunt admodum audaces in illius usu etiam quouis tempore. Imo Hippocrates saepenumero in curandis febribus biliosis & ardentibus tantum frigidae aquae bibendum, quantum lubet, concedit, ueluti in libro de uic. acut. & in secundo de morbis, & in



quarto Epidem. reprehendit medicos, qui acutè febrentibus frigidam aquam dare pertimescunt. Itaque dicendum aquam posse exhiberi dupliciter, vel in magna copia, & iis legibus, quas tradidit Galenus, ut scilicet simul, & calor extingatur, & materia copiosè per omnes partes expellatur. Vel non eo modo, sed ut tantum calor febrilis, vel extingatur, vel saltem magnopere imminuatur. Si primo modo sit danda aqua certè multo securius est eam praebere in statu & morbi, & paroxysmi, quam vel in principio, vel in augmento, quoniam et si in alio statu temporibus possit opitulari ad feruorem febrilem frangendum, non ita tamen ualet ad egregiam illam, & (ut sic dicam) criticam euacuationem. Si uero secundo modo aqua sit. administranda licet, imò etiam expedit, tam in principio, quam in augmento offerre; nec semel tantum, sed pluribus uicibus, quo quidem tempore neque ita copiosa, neque ita frigida datur; sic enim consueui ipse in aestate omnes febres magnas feliciter curare, nimirum, vel quotidie, uel altera die si sic fiant exhibendo in statu aquam hordeaceam frigidam ad mensuram trium, quatuor, vel etiam plurium librarum: nam hoc pacto calor febrilis quotidie retusus facienda, atque propaganda putredini redditur ineptior, ac impotentior. Et forsitan hoc uoluit significare quoque 6. Epidem. Hippocrates quando dixit, calidis natura conuenire aquae potum; necnon sitim extingui si os comprimatur, taceatur, uentusque una cum potu frigido attrahatur. Ad tertium & postremum de capitis ablutione respondere oportet ueteres, ut dicit Cornelius Celsus, plerumque in aegritudinibus curandis usos esse balneis in aegritudinum, & praesertim febrilium inclinationibus, tantum scilicet ad reliquias humorum

A morbificorum dissipandas; necnon ad caliditatem, & siccitatem relictas corrigendas; quod si in aliis temporibus uis reperitur, id fecerunt propter aliquod symptoma uergens, ut uel dolorem capitis, uel uigilias, uel delirium mitigarent, aut abolerent, sic dicebat Hippocrates dolenti capiti multam calidam effusam illum soluere. & sexto aphorism. 31. dolores oculorum meri potione aut balneo finire: ita hoc in loco dicit balneum restituisse & somnum, & mentem; somnum irrigando, atque humectando cerebrum, acrimoniamque uaporum temperando; mentem tum refrigerando, tum maxime uapores melancholicos & feruidos humectando, eosque dissipando; scimus enim melancholicis curandis nil esse utilius, atque accommodatius, quam usum balnei aquae dulcis tepentis frequentem. Sed oritur dubitatio quomodo Metonij febre biliosa laboranti potuerit conducere balneum capitis, eum idem Hippocrates septimo aphorism. 42. scribat conferre multam aquam calidam capiti affusam si febris non sit ex bile, quod etiam secundo Epidem. sect. 6. scriptum inuenitur. Praeterea dignum est, quaesitu quomodo eodem Epidem. secundo, sectio. 5. Hippocrates ubi ulcera fundunt sanguinem praecipiat caput lauare calida. Ad primum responderi potest; uel ut dicit Galenus in commento illius aphorismi intelligendum esse de febrilibus cum inflammatione, in quibus nulla prius facta sit euacuatio; Vel dicere: possumus aphorismum loqui de multa non per uices, sed assatim effusa, qua Meton non est usus, sed dumtaxat ut dixi, per uices. Ad secundum uero dicerem, quod et si ulceribus balnea simpliciter obliant, tamen si capiti adhibeantur posse quandam auxiliij diuersorij speciem exhibere.

## HISTORIA OCTAUA.

**R**ASINVM, qui habitabat ad Bootae torrentem febris magna corripuit post coenam, noctem turbulentus. diem PRIMAM quiete, noctem laboriose. SECVNDA omnia sunt exacerbata: in noctem delirauit. TERTIA laboriose delirauit multa. QVARTA molestissima, ad noctem uero nihil dormiuit, insomnia, imaginationes; deinceps deteriora, magna, & periculosa, timor: difficultas ferendi morbi. QVINTA mane recreatus est, & intelligebat omnia: multum autem ad meridiem furore agitatus est; continere sese non poterat; extrema frigida, subliuida; vrinae substiterunt; interit circa Solis occasum. Huic febres per totum cum sudore: hypochondria eleuata, contentio cum dolore: urinae autem nigrae, habentes enacoemata rotunda, non subsidebant: ab aluo autem stercora prodibant: sitis usque ad finem non ualde: at conuulsiones multae cum sudore circa mortem.

**R**ASINVM, QUI HABITABAT. Hanc historiam breuiter nimis à Galeno tractatam nonnulli interpretes collocarunt ante Metonis casum, quae ratione ignoro, cum contextus omnes Graeci, &

E Latini eam hoc in loco ponant; sed utcumque sit parui refert, & forsitan impressorum uel describentium error fuit. Quis porro fuerit hic Erasinus haud intelligitur ex relatis, nisi quod cum nomen sit satis rarum, atque eius habitatio ab Hippocrate

fatis diligenter exprimat, minimè clarum & notum fuisse suspicandum est. De Boota torrente uerisimile est locum fuisse in Thaso non admodum salubrem; cuiusmodi plerumque esse consueverunt loca torrentibus propinqua, in quibus aquae penuria est, & aperturae terrae, ubi aer corrumpitur, ut forsitan etiam hoc Hipp. ad confirmandam morbi Erasini prauitatem addiderit eius habitationem. Docet enim praeter ceteris Hippocrates in libro de aere, aquis & locis habitatores locorum, ubi prauae sunt aquae habere viscera admodum contaminata, qualia sunt maxime iecur, atque lien, ut hac ratione ueteres quemadmodum narrat Virruuius libro primo, capite tertio, ad explorandas locorum, & aquarum pro extruendis oppidis & urbibus bonitates inspectione extorum brutorum in sacrificijs uterentur, & Aristoteles decima quarta sect. probl. sexto, quaerens rationem, cur ijs qui loca habitant palustria cito ulcera in capite, tardo autem in cruribus sanentur, iccirco esse dicit quod illorum humores terreni sunt, & graues, quod sit ut relinquentes superiores partes inferiora petant; sicque harum sanationem impediunt. Modo uideamus quid Erasino sigillatim contigerit, quem ait Hippocrates post coenam corripuisse το σπρ, id est febrem magnam (sic namque putandum, quemadmodum saepe monuit Galenus, ubi Hippocrates uocat febrem ignem, plerumque intelligere febrem magnam) & noctem turbulentam habuisse, adeo ut primam diem satis quietè, noctem uero traduxerit laboriosè: dicit μετα δειπνον, id est post coenam, quia ut Plutarchus octauo sympoliacorum sexto, scribit ueteres ut plurimum bis tantum in die comedebant, manes uino, panem immaceratum, aut quippiam aliud simplex, quod uocabant ἀρραπίσμα quasi temperatum, & δριςον quasi γασόν, seu facile paratu; Vespere uero lautius multo edebant, quem cibum uocabant δειπνον, ut Romani coenam: in qua feruola apposita uocabantur ἄρραπια, eo quod ὄρε, scilicet peractis cunctis negocijs coenarent. Erasinus itaque opiparè, ac lautè admodum uespere epulatus febre magna correptus est. At dicit aliquis quomodo potest esse, ut adeo statim a ciborum copia, & uarietate fuerit ingens febris excitata? Cui respondendum est id quod scribit Hippocrates quarto de morbis; nimirum morbos haud statim concipi, & produci, sed diu conceptos statim ἐκλάμπειν, seu erumpere, qui namque prauis humoribus malo victu fuerunt longo tempore accumulati, potuerunt occasione liberalioris coenae incallescere, atque ita feruere, & putrescentes magnam febrem excitare; cum Gal. secundo de alim. fac. cap. de cucum. & ipse scribat ex frequentato prauorum eduliorum usu copiosos humores colligi, qui qualibet uel leui occasione febres κακιστὰς accendant. Et puto certè Hippoc. hanc nobis historiam proposuisse tanquam exemplum quoddam ingentis detrimenti errores in cibo, & potu commissos sequentis NOCTEM. turbatam habuit non tantum ob febrem, quantum ob coenam, siquidem qui copiosè nimis coenant, cum uentriculij copia ualde onustum, & grauatum habeant haud quiescere pos-

A sunt, ut quotidiana experimenta docent, cui oneri si adijciatur febris, tanto maior inquietudo, atque turbatio succedit. Atque hoc est quod dicit Arist. tertio probl. 24. ebrijs non fieri somnos, quoniam ad creandum somnum oportet humor calidus sit, qui concoqui expedite potest, & qui si deest exiguisque humor aut concoctu difficilis insit, somnus non oritur: quae etiam de causa possit fieri cibum, ac potum somnolentissimi fieri solemus. Cum Hippocr. hic duarum primae diei noctium, atque ambarum turbatarum mentionem faciat, arbitror ita rem sese habuisse; ut a coena statim febris sit facta, ac nocte non quiescit tum ob febrem, tum maxime ob stomachum repletum; sequenti die stomacho sedato, & copia ciborum aliquo pacto a calore externo cocta quietior fuit; etenim tertio probl. 28. & 32. quaerens Aristot. cur ebrijs maxime solis tepore gaudere soleant, inquit eo fieri quia ebrijs coctionem desiderant, cum refrigerati sint, ut ex eo colligitur quod attoniti stupidique mox fieri solent a potu. Ceterum nox sequens quasi priori correspondens maiorem febrem habuit, ac propterea maiorem molestiam, quam dies praebuit. Atque hic fuit prioris diei, & noctium status. SECVNDA DIE. Porro secunda die, inquit Hippocrates, cuncta fuisse exacerbata usque ad noctem, atque etiam tum delirasse. Omnia sequenti die exacerbata iri debuisse satis praesignificare potuit antecedens grauis nox, quod solent semper futuras febres accessiones acerbiores grauis nox praecedere. Delirium autem secutum non tam ob febri magnitudinem, quam quod caput iam affectum ex nimio potu, & cibo, a uaporibus materiae morbificae, & putrescentis multo magis afficiebatur; neque enim Hippocrates adnotasset post coenam fuisse à febre tentatum Erasinum, nisi ab ipsa aliqua saltem fuisse datam occasionem putasset. TERTIA DIE. Sicut etiam laboriosa fuit; hoc est febris magna durauit, ac propterea multum delirauit, scilicet magis quam antea, tum quia forsitan erat dies impar, qua solent exacerbari febres, tum quia caput affectum grauius in dies magis patiebat. Verum tamen id habuit hic morbus, ut uidebitur, licet semper sequens dies antecedenti fuerit deterior, quali uero imaginem quandam habuerit synochi putridae acmaticae pestilentis; at tamen & quarta & sexta dies, in qua periit fuerunt omnium deterrimae, ut unus hic inter alios possit nobis exemplum esse eorum, quos dixit Hippocrates iudicatos quinta & sexta in praesenti constitutione, vel quorum accessiones paribus factae sint, quamquam Gal. non ob hoc praesentem casum ab Hippocrate fuisse notatum ait, sed ut esset exemplum celeritatis mortis. QVARTA itaque DIE omnia fuerunt grauiora, siquidem die, & nocte habuit maximam inquietudinem, quae inter lethallissima signa ab Hippo. recensentur secundo progn. Ad haec nocte nil dormiuit insomnia, & imagines habuit, atque die sequenti nocte, si quartae omnia facta sunt seuiora, & periculosa, timor, & inquietudo corporis, quae propterea contigere, quod in die putredo augebatur, & consequenter morbus malignior euadebat.

Sed dubitabit aliquis hoc in loco, quomodo si nihil dormiuit, potuit habere insomnia, siquidem insomnia dumtaxat dormientibus contingunt. Praeterea quis potest scire delirantes somnari nisi ipsi dicant, & quomodo possunt ipsi dicere? Respondendum ex Hippocr. hic loqui secundum vulgus eorū, qui ministrant aegrotantibus, qui ubi vident aegros oculis clausis obloqui, & munia vigilantium obire, putant illos somnari, atque uariis imaginationibus tentari, cum tamen non sint uera insomnia, quia non dormiunt, sed potius delirantium actiones; & quod hic Hippocrates dicit Erasimum habuisse λογισμῶν, siue imaginationes, & cogitationes, Catullus dixit esse imaginofum, de quo nos in uarijs lectionibus. Nisi etiam dicere placeat id quod scribit Aristoteles quinto de gener. animal. primo, scilicet tres esse statūs hominum, vigilantium, dormientium, & eorum, qui neque uigilant neque dormiunt: febricitantium igitur, qualis erat Erasimus actiones possunt esse mediae, hoc est neque prorsus uigilantium aut dormientium, cuiusmodi sunt qui dormientes ambulat, ut sibi aliquando contigisse narrat Galenus. QUINTA uero MANE: recreatum esse, omniaque intellexisse dicit; multa facta sunt frigida, & sublimia; cum urinis crudis, adeo ut circa occasum sit extinctus; circa quam mortem illud sciendum est eam successisse in fine quintae diei, atque fere eadem hora, qua coepit aegrotare, nam post cenam coepit, & ueteres maiori ex parte circa id tempus cenabant, atque in plerisque illud experientia inuenitur, fere morbos eadem hora necare, qua inuadunt. Verum forsitan dicit aliquis, quomodo quinta die potuit melius se habere, & omnia intelligere, cum antea pessimis symptomatibus cruciaretur? Dicendum est contingere naturae, id quod solet certantibus contingere, qui ubi acerrime pugnant, desessi interdum quiescunt; pari pacto natura, ubi per multum temporis pugnavit cum morbo, cessat a pugna, in qua cessatione videntur aegri melius se habere, unde saepe ignari decipiuntur id quod Erasino nostro contigit, quia cum natura usque ad quartam diem acerrime cum morbo pugnasset; quinta die cessauit, unde uisus est recreatus, quando quidem omnia intelligebat, maximo autem consilio Hippocrates uoluit dicere (omnia intellexit) non autem respicit, sicuti solet, quia delirantes pessime imaginantur, pessime ratiocinantur, & pessime intelligunt, ubi uero cessat delirium, intellectio cum tantum redditur, hoc idem contigit Erasino, qui paulo post mortuus esset; certe non potuit omnino ad mentem reuertī sed postumus etiam dicere Erasimum quinta die mane recreatum esse, quia erat mane: quo in loco notandum est in hisce prauis febribus haud siccandum esse statui matutino, quoniam saepenumero tunc melius habent aegri, quemadmodum etiam & sani, ob celebratas coctiones, & quietē nocturna, ac somno recreatas uires; meridie uero cum Sol potentior sit, ambientisque calor maior augendo etiam febrili calori, valde confert; nam ut scribit Aristote-

les uigesimaquinta sectio: prob. quarto, meridies aestuosus esse solet; tum quia tunc minime sunt Solis umbrae, tum quia venti silent, & uigesima sexta prob. decimoquinto; dicebat auroram esse uespera frigidiorē, quod sit proximior meridiei, qui est calidissimus aliarum diei partium. Itaque aegri hac ratione, aequae ac sani melius ualere, ut plurimum solent: circa meridiem uero acerbius ab inflammationibus ac febribus tractari; quod accidit Erasino, cui cum circa meridiem inflammationibus hypochondriorum incendium, ac febrile admodum esset auctum extincto extremorum calore natiuo, tum etiam ad interna uiscera inflammata retracto ab eius magnitudine merito ea facta sunt frigida, atque liuida, cumque, ut ex crudis urinis constabat, uapores, & humores feruidi, atque combusti in caput feruentior iure facta est phrenitis, & mania; ita ut contineri non posset; id quod etiam contigit, quia natura, ut retro dixi, paullisper quieuerat, unde uisus est recreatus; sicuti autem qui a pugna paullisper cessant, post quietem solent multo uehementius pugnare, sic fecit natura in Erasino, quae paullisper recreata; uehementiorē pugnam aggressa est; & notandum quod scribit Galenus libro de loc. aff. quinto, phreneticos ualere usque ad miraculum uiribus ob siccitatem neruorum, & musculorum motrici deseruentium, et si arbitror hanc haudquaquam esse causam adaequatam, nisi addamus uehementiam, & feritatem imaginationum, qua concitati phrenetici cum habeant organa accommodata, uehementer sese mouent; ita ut unus saepe uix a tribus quatuorue contineatur; Demum: cum habeat proportio nem meridies cum aestate, sicuti aestate, tum ob fideris canaliculae influentiam, ut dicebat nonnulli, tum ob caliditatem, & siccitatem, sudore maximo agitantur canes, haud secus etiam febricitantes accidunt, ut Alexander ait primo probi; 76. Sed cur dicitur se uinas crudas die mortis? nam hoc est perspicuissimum non posse coctionem esse cum morte, & Hippocrates nunquam clarissima proponit; Dicendum uoluisse Hippocratem significare adfuisse solam cruditatem, non autem contrarium coctioni; atque ideo mirum fuisse in febre adeo maligna. Ad haec si uerum est, quod saepissime docuit Hippocrates perire, & seruari homines, quia die sunt exacerbationes, eum haec quarta non quinta fiant, haud uidetur debuisse quinta die mori. Galenus ut hunc scopum uitaret, dixit petisse quarta; quod prima dies, quae fuit quietas, non sit annumeranda. At nisi dicamus primam febrem fuisse diariam ut ipse suspicor, propterea quae alterius generis a sequenti, minime Gal. adhaerendum; alioquin semper fere prima dies esset omittenda, nisi in initia febrium, imò omnium rerum semper sint ruitiora. Alii dicunt periisse sexta, quia circa occasum diei quinta: & ob id tanquam exemplum mortuorum in sexta, ab Hippocrate fuisse propositum. Sed nec horum sententia mihi placet, quoniam finis quinae fuit in qua est mortuus, non autem sexta; legitur satius puto dicere fuisse, ac masticam putridam, quae

quae semper progreditur augendo, usque ad interitum, unde cum in quinta febris in immensum, & accidentia fuissent aucta, nec amplius intendi posset, necessario secuta est mors. Haec cum narrafset sigillatim Hippocrates, prout qualibet die eueniebant diuersimode, nec tamen erant continua; post narrat quae semper sibi affuerunt, à primā usque ad finem diei quintae qua interiit; Fuerunt autem pertinentia ad laesae actiones, conuulsiones multae & circa mortem frequentissimae cum sudore, sitis, minime ualida hypochondriorum dolor, & inquietudo: Fiebant conuulsiones, eo quod principium neruorum morderetur a materia praua, quae in caput ferebatur. Cum enim Hippocrates lib. tertio Epidem. proponat multas febrium differentias sumptas, & a substantia, & a quantitate, & a qualitate, inter illas aliquando nominat sudorificas, quales erat haec, & siccitas: sunt autem sudorificae febres illae, in quibus multum aegri sudant; sicuti siccitas, quae omni humore caret: Igitur Eras. febre sudorifica laborauit, quia continue sudauit; sudabat autem continue, quia synocha putrida laborabat; quae cum fiat in sanguine ichoroso, facile fit ut cum ipso adsit sudor copiosus. Pertinentia uero ad mutata excrementa fuerunt, urinae nigrae cum rotundis suspensionibus; stercoraceae a uentre deiectiones: Quod ad mutatas qualitates adfuit tensio, & eleuatio hypochondriorum, ex quibus omnibus licet facile colligere ideam aegritudinis, qua laborauit Eras. fuisse febrem synocham, cum putredine, ac masticā, & ardentem cum lienis, & forsitan iocinoris inflammationibus, aut alterius partis hypochondriorum, dixi (forsan) quoniam Galenus octauo de med. loc. inter alia signa iocinoris inflammati recenset fluxum colligatum, qualis in pestilentibus fieri consuevit, qui tamen in hoc aegro non fuit, sed semper stercora eduxit; nisi placet dicere non affuisse, quoniam nimis cito periit; quod si diutius durasset, etiam fluxus superuenisset; Quod autem magna, & acuta fuerit febris, non modo accidentium magnitudo, uerum etiam mortis celeritas satis iudicarunt, quemadmodum haud est dubitandum, quin fuerit maligna, postquam tot saeua symptomata superuenerunt, atque cum uiscerum inflammatione fuit, cuiusmodi febres malignae semper esse non semel Hippocrates, & Hippocratem secutus Galenus docuerunt. Verum circa haec nonnulla sunt dubia, & primum est quomodo potuerint urinae esse crudae, atque nigrae, quando quidem crudarum urinarum perpetua comes uidetur esse potius albedo, & decoloratio, quam nigredo ad haec quae sint suspensiones rotundae. Secundum est, quia ratione alius stercora tantum redderet; & utrum sponte, an irritata remediis. Tertium, quomodo cum dixerit febres usque in finem fuisse cum sudore, dicit tamē conuulsiones fuisse cum sudore; nam uidetur sat potuisse esse, quod dixerit febres ipsi fuisse usque in finem cum sudore. Quartum & postremum est quomodo in febre ardente, in uiscerum inflammatione potuerit esse exigua sitis, eo maxime, quod non possit tuis attribueri delirio, nempe quod minime fuerit continuum. Ad primum respondendum quod scribit

Arist. quarto Meteor. & Gal. & Auicē, cruditatem dupliciter accipi solere, vel pro omni eo quod contrarium est coctioni, quodque proprie ἀπερὶον dicitur, siue sit excessus siue defectus; uel accipitur pro solo defectu, a coctione, quodque proprie loquendo ἀπορὶον dicitur; si hoc postremo modo accipitur, certe cruditas non potest esse cum nigredine, sed semper est cum tenuitate, & albedine, uel decoloratione, eo quod materia minime tractata sit a calore, sed in sua natura maneat: si autem capiatur primo modo plane potest cruda urina esse & nigra, quando f. materia, a calore quidem tractatur, uerum ad mediocritatem non reducitur, quod est proprium legitimae coctionis, sed potius comburitur, & nigra fit; sic etiam solent medici passim facere in stomacho duas cruditates, aciditatem quae a frigore fit, & est defectus coctionis, & nidorem, qui fit a calore non coquente, sed affante, quemadmodum etiā eodem quarto Meteor. nos docuit Arist. Itaque ex his clare apparet non male dixisse Hippocratem urinas fuisse crudas, quia humor morbificus prae febris magnitudine comburebatur, & propterea urinae nigrae reddebatur, quem admodum etiā propter eandem causam materia, ob statum suspensa, & ob uisionem rotunda reddita suspensa illa urinae rotunda producebatur, nisi dicere uelimus hic Hippocratem nomine suspensa intelligere subsidentiam circa fundum locatam (cuiusmodi loquitur secundo prog.) quae orobacea, & furfuracea uirinam ab Hippoc. nuncupatam, dum comburitur, reddit; quaeque exitialis semper iudicatur; quāquam ipsemet Hippocr. fatetur urinā haud habuisse subsidentiam; & certe si huiusmodi urina fuit semper in Erasino una cum alijs laetalibus signis, non tantum mors statim praedici poterat, uerum etiā illius celeritas. Ad secundum respondendum est, initio uiscerum inflammationum, semper quantum sit esse, foeces exsiccare ob uiciniam incendi, donec multiplicata ab aestu bilis, atque in intestina effusa fluores illos biliosos, crudos & foetidos producat; Et idcirco uerissimè uidetur potius usum alicuius subductorij uel iniecti foeces, de quibus loquitur Hippoc. quā sponte prodidisse, non meminisse autem ipsius, ut alias consueuit; quod ex eius usu nullum aliud memoratu, & consideratione dignū fuerit secutum, quā una stercoriseductio: nam nominat Hippoc. clysteres, uel glades, quando ex ipsorum administratione aliquid noui, siue boni, siue mali sit consecutum. Ad tertium de sudore dicendum est duplicem esse sudorem non cricum, alium syncopiticum uocatum, qui fit cum extremo uirium lapsu, & prope mortem; alium uero qui omni morbi tempore apparere potest; in sine habuit Erasimus sudorem syncopiticum; in alijs temporibus alium; quos ut distingueret, ita uoluit loqui; neque enim uerissimè est idem repetuisse absque ullo usu, & ratione; quod autem ita sit, Hippocrates intelligendus ex ipsius uerbis licet industrio lectori comprehendere; cum dicit conuulsiones multas habuisse cum sudore, & circa mortem continuas; cum enim in febribus prauis conuulsiones fiant, non tam ob siccitatem, quā ob humores prauos neruorum principium laedentes fit ut ex conuulsione facultatibus omnib. uis

maxima fiat, ob quam contentrix pene extincta permittit feri quicquid inest sanguini exire, ac propterea exitialis signum est, nempe quod motem praecedat, & nunquam aut rarissime cum eo aegri feruntur. Porro de siti, quod erat postremum, certe non est facile intellectu, quinimo puto Hippocratem propterea hoc uoluisse in fine adnotare, quod sibi etiam admirabile uideretur. Attamen, si ulla saltem probabilis ratio afferri potest, haec sane est, quod focus putredinis esset circa uiscera naturalia longe a spiritualibus, a quibus flagrantibus solet oriri magna sitis, ut dicit Arist. & ut inuenere ardentibus sit, in quibus putredo est in uasis magnis circa cor; quod uero ita sit, uerisimile mihi sit ex eo, quod Hippocr. nullam facit respirationis mentionem, quemadmodum facere solet dum obferuoris uehementiam modo spiritum densum, modo elatum, aut ueluti strangulatorum in aegris uulso dicit; quamquam Gal. secundo de diff. resp. c. 10. propterea Hippocr. in Erasino siluisse dicit anhelitus difficultatem, quia cum labore inflammatione, atque praecordiorum tumore perfectissimum erat necessario simul laborasse spirandi difficultate. Curationem fuisse breuem, quia breuis & acutissimus fuerit morbus necesse est; Et primum cum febris a cena sit orta, necesse fuit, prima die ex toto abstinere, ac tenuissimo in alijs uictu uti. Et quia dicit Hippocrates huic titim fuisse continuam, haud exiguum in ea placanda medici studium postulabatur: Arist. enim primo probl. 57. & tertia sect. 21. quaerens cur febricitantibus potio saepe & paullatim sit concedenda, respondit multam praecipitem deferri, exiguam lentè incedentem irrorare, madefacere, seque corpori insinuare; haud secus atque pluuia quae confertim delabens minus humum irrigat, quam quae paullatim defluit: Quo in loco non modo monstrat id fuisse in usu medicis, ut sitientibus in febre potum exiguum, & saepe indulgerent, secus quam faciant plerique practitantes, uerum etiam quatuor praecleara documenta posteris reliquit medendis corporibus aegris maxime utilia; Quorum primum est aegrotantes, & maxime febricitantes quietos, atque immotos manere debere, eo quod ignis, ubi non mouetur, spontè emarcescit, sicuti motu magis excitatur. Alterum est eosdem aegrotos haud flatui aduersus iacere debere, eo quod flatus excitat ignem, ipsumque in immensum auget, & ex paruo magnum facit. Tertium est operiundos, nec uestibus exuendos esse febricitantes, quoniam ueluti ubi ignis cooperitur ita ut perspireare nequeat, facile ex-

tinguitur, sic calor febris cohibitus ueluti suffocatur. Quartum & postremum est, laborantibus febre intermittente balnea ac fomenta pedibus esse adhibenda, pluresque uestes superponendas, & quietem esse agendam, quod corpus perquam calidum sit ante accessionem, quoniam ut lucerna ardere non potest ubi in magno igne ponitur, quod magnus paruum ad se attrahat, sic si in corpore magnus calor locetur prius, haud febrilis excitari potest, quippe quod febrilis prae alteri qui sit, exiguus sit. Et sectione secunda, probl. 26. testatur id fuisse usitatum apud medicos, ut ante rigoris inuasionem, potissimum pedes operirentur, sicque calefierent, & cruditatem e corpore pellere: sic enim Gal. secundo cap. lib. de cib. bon. & mal. sic. mandat euacuare quidquid in intestinis & primis uisus est priusquam de mittendo sanguine cogitetur iuxta regulas ab ipsomet traditas in methodo medendi; atque hoc potuit sane aliquo modo fieri cum clysteribus, uel multo satius fuisset id praestare cum aliquo lenienti medicamento, si habuissent nostratia, uel mercurialis decoctio aut similibus; nam existantibus, ut par erat, multis adhuc in stomacho, & priorib. intestinis succis crudis, haud quaquam commode statim, quemadmodum requirebat morbi apparens magnitudo, educi sine medicamento, & solis clysteribus qui uix ascendunt ad media intestina potuissent, unde erepta fuisset occasio adhibendi statim missionis sanguinis remedium; quod quidem necessarium fuit statim adhibere, si prima die uespere, alio exinanita prius, atque ab interna dextri cubiti, ex qua secta magis quam ex ultra alia uenerum corpus exinaniri non semel est testatus Galenus. Missio sanguine decenti mensura, imo uero in magna & ad animi deliquium usque, fuisset & exitrhodinis certandum aduersus imminentem phlegmitem, & linimentis ac fortibus dolore lenientibus hypochondria dolentia curanda, ut oleo camomelino & rosaceo lambicatis; Aduersus conuulsiores linimentis ad nucam, & nisi alius fluxisset, quotidie erat clystere sollicitanda, ut ego existimo abunde satisfactum fuisse clysteribus, quos iure dicebat Auicenna. sibi prae aliis semper fuisse dilectos, & praesertim dilecti esse debent, cum a capite necesse est reuellere; ut hoc in casu, in quo etiam usum boli armenae, aliorumque bezarticorum praesidiarum fuisse, habitum non est a ratione alienum, cum praesertim Galenus referat in pestilentia quadam maxime auxiliatam esse bolum armenam uel in aqua febricitantibus, uel in uino non febricitantibus traditam.

## HISTORIA NONA.



RITONI in Thaso pedis dolor incepit fortis a digito magno erecti ambulanti: deiecit eadem die, horridus, anxiosus, parum subcalefactus; nocte delirauit SECVNDA tumor per totum pedem, & circa talem subruer cum contentione: phlyctenae paruae, nigrae: febris acuta furebat; ab alio autem sincera, biliosa, submulta prodierunt: obiit secunda die a principio.

CRI-



RITONI IN THASO. Quod Galenus scribat; hunc Critonis casum esse memoratum dignum, uehementer laudo; sed quod eum sic iudicatum adeo breui commentatione pertransierit, nosque sua circa res medicas, examinandas priuauerit industria ferre non possum; id enim si fecisset, multum laboris nobis abstulisset; Conabor itaque ubi is defecit, aliqua saltem ex parte supplere, Critonen hunc Thasium fuisse satis aperte monstrat Hippocrates Plinius lib. 18. cap. 31. meminit cuiusdam Critanus, qui scripsit de astrologicis, sed minime hic fuit quemadmodum, nec ille quem saepissime citat Galenus in lib. de comp. med. tanquam probum de medicamentis scriptorem, & praesertim de pertinentibus ad ornatum. Fuit etiam Crito amicus Socratis ut Laertis scribit, & apparet ex Platone qui nomine eius dialogum πρὸς πρᾶκτῶν inscripsit, sed nullus ex iis Thasius fuit unde potius hic nobilis aliquis erat quem ut distingueret ab aliis eiusdem nominis apposuit patriam; Et notandum est quod est loquatur de constitutione quae fuit in Thaso, attamen, immixtissime etiam aegros aliarum nationum, qui morbos tunc uagantes passi fuerunt, & qui aliquid rari in aegritudine habuerunt qualis fuit praesens Criton, qui illud ad mirabile habuit, quod saeuissimus morbus a magno digito pedis inchoauit, qui ipsum secunda die in teremit. Partem autem ut distinctius explicetur historiam in duas partes, una erit eorum quae prima die accidit; altera uero eorum quae sequenti; Prima die igitur cum Criton erectus staret, sanorumque murena obiret, repente eum inuasit acerbus dolor digiti magni pedis, & quamquam cuius pedis fuerit, non dicit Hippocrates solet tamen semper intelligere dexterum ut quando dicit hypochondrium dolesse uel manum; semper enim nobilior pars intelligitur, quae est dextera; Fuit autem dolor ita acerbus, ut coegerit eum eodem die in lecto decumbere, quo tempore horror eum coepit cum anxietate & licet parum subcalefactus sit post horrorem tamen nocte delirauit, atque haec praecipua fuerant, quae Critoni prima die obtigerunt, & ex quibus solers medicus facile colligere potest materiam aliquam malignam & uenenatam in ea parte fuisse genitam cuiusuis repente in totum pedem, in corpus, in cor, stomachum & cerebrum propagata attulerit praedicta symptomata: nam & ipse Galenus scribit praeter mortis celeritatem Phlyctenas nigras secunda die ortas indicium fuisse prauitatis materiae. Doluit potissimum secundum pedem, quia ut scribit Hippocrates in lib. de aff. inter omnes dolores articulares acerbissimi sunt dolores pedum, quod sint conflati ex innumeris fibris, & neruis; sic etiam dicebat Aristot. tertio de partibus animalium, in renibus dolores fieri magnos, eo quod constent ex multis fibris & neruis; erat autem tanta materiae prauitas, ut statim a natura expulsa coeperit per partes sentientes ferri, quas mordicans peperit horrorem quem exiguus calor subsecutus est, non autem insignis, sicuti post rigorem solet ob materiae uenenositatem, quae usque adeo calorem natuum hebeta-

uit, ut non posset amplius resurgere; & quamquam haec a nobis ita summari debita uera sunt, multa tamen praesenti in casu sese offerunt, quae diligenter examinentur, non minus utilia, quam iocunda erunt; id primum uidentum est quomodo potuerit adeo subito, in parte minima, maximeque remota, tantum uenenum gigni, quod tam inmania symptomata, atque adeo subitam mortem inferre potuerit; scio de digito magno pedis complura quae miracula scribi, ut de Pyrrho quem dicunt in eo tantam uim labuisse, ut lienosos ipso contactos curaret; & de puero legitur apud Galenum, qui sentiebat a digito pedis auram attolli frigidam, quae ubi ad caput ascenderat, epilepsiam inducebat, at hic de Critone effectus certe non minor alijs quibusque uidetur. Secundum erit quo pacto haec materia potuerit a parte infima in superiorem & maxime longinquam adeo subito recurrere. Tertium, qua ratione subsecuta sint commemorata accidentia, & utrum statim amputatus fuisset digitus ille, potuissent uitari & mala, & factum, quemadmodum uidetur, si eiusmodi post ab aliquo uenenato animali commorsa illico absindatur, mortem fugari. Circa primum quod in re exigua & pusilla possit magna uis aliqua gigni, & locari, siue bona, siue mala docuerunt Hippocrates & Galenus ille quando lib. de genit. loquens de semine dicit id quod robustissimum est in ipso contineri: Hic quando sexto de loc. aff. loquens de semine eodem corrupto & de ueneno scorpionis, dicit in minima quadam mole, ingentem ueneni potentiam reperiri; Medicamenta quoque purgantia huius ueritati attestantur, quando quotidie experimur scrupulum atque etiam minns elaterii scammonii, colocyntidis atque illius perniciosissimi antimoniū tot tumultus in corpore excitare, ut taceam de ueneno illo quod in Africa nasci prodiderunt eius scriptores, qui perhibent illius solum granum multos homines interimendi facultatem habere. Quomodo autem in humano corpore tanta pernicietas gigni possit, certum est haud quaquam subito fieri, licet subito errumpat, sed longo tempore atque paullatim contrahi, donec cumulara & ex insigni putredine magnam prauitatem adepta adigit partis ubi est facultatem ad sese expellendam in ignobiliolem, atque ab ea adhuc in aliam, donec in extremam delapsa, atque ibi consistere non ualens ut pote ab eadem parte agitatae propulsa, retro iterum uertitur, sicque contactas partes contaminans malignam qualitatem per partem & post partem toti corpori & consequenter cordi, stomacho atque cerebro communicat: quod sane Critoni nostro euenisse non est, dubitandum cuius corpore cum diu genita fuisset teterrima & exitialis materia, illaque ad pedes esset de mandata, eos primum uehementer corrupit, ut obtenderunt, Phlyctenae nigrae ibi natae: quae corruptio ob suam magnitudinem uniuerso corpori praecipitque uisceribus communicata non modo saeuissimum dolorem, uerum etiam alia praua symptomata inducit; & inter coetera cor. of. uentriculi atque cerebrum magno per uolauit, ut iure merito tum horror, tum anxietas illatum delirium superuenerit, quod potius noctu factum.



Etum, quoniam ea pars ut omnium apud pedem remotissima tardius etiam laedi debuit: & quoniam noctu corpora sunt compactiora, atque adstrictiora summa ratione fit, ut uitia interna euadant tunc atrociora, ac uapores coacti maiori impetu in superiores partes pellantur. Cur autem dolor incoeperit a maiore digito pedis fuit, quia tabus ille rarer & uenenatus a cunctis aliis partibus in ipsum tanquam remotissimam omnium & coeteris capaciore atque ampliore depulsum est; quod etiam de puero epileptico a Galeno tertio de locis aff. 7. & li. de utri. resp. commemorato affirmare licet, etenim quod ferunt de Phyrro aut falsum est, aut arcanam & humani ingenii ignotam rationem habuit. Cur similitudo post horrorem non secutus sit ingens aestus, ut solet, fuit, quia statim auenata materia calidius hebetatus atque ueluti strangulatus haud potuit magno impetu surgere aduersus materiam laedentem, & propterea neque facere rigorem, neque calorem illum, qui ex concussione rigoris & ingenti lucta coloris natui aduersus humorem laedentem subsequi consuevit. Neque uero defunt exempla quibus mala pollicis pedis uim ingentem ad perdendum habere docetur ut in Harpali uidere filio uidere est quanto & septimo Epid. lib. qui captus est diro illo opifhorono ex pollicis pedis plaga & luxatione; sicut & Aristoni in septimo Epid. relato ex eiusdem digiti vulnere gangraena & ex gangraena mors est subsecuta; Etenim constitutio pedis si diligenter aduertatur plane tot ossibus neruis aliisque partibus sensibilibus constat, ut sicut ob hoc dicit Hippocrates lib. de affect. eos dirrissimis cruciatibus torqueri, sic inde uerisimile sit lethiferas labeis toti communicari. Ad secundum dicendum est materiam quidem corpulentam opus habere tempore; ut per uniuersum corpus discurrentes ab imis ad summa ferantur, at qui uapores, & aureae nudaeque qualitates ut optime discurret Gale. tertio de loc. aff. 7. ocysime transcurrunt non minus propria natura, quam vi summa, cunctarum partium, quasi communi consensu in illud incumbendum, ut eiusmodi inimicam materiam a sese longe lateque depellant; sicut enim uidemus animalem facultatem merito minusque istu oculi, a cerebro in in uniuersum corpus, atque etiam in remotissimas partes diffundi instar lucis, haud secus contingit ut aura uel aliqua alia foeda qualitas a digito pedis possit citissime in totum corpus propagari: exemplum praecoe teris huiusmodi effectus esse nobis duo possunt cantharides, atque hydrargyrum quorum illae si pedibus apponantur, exiguo tempore uim suam in uellicam mittentes eam lauciant, atque urinam cruentam reddunt; hoc uero statim in caput & os, de se uapores mittit qui auro in ore retento adherentes, illud manifeste dealbant, quasi argumentum certissimum sit ipsummet argentum uiuum sua tenuitate, atque spiritali quadam natura uelocissime per uniuersum corpus ferri: Neque uero dubitandum. Quia si initio, uel praecisa uel ligata, uel amputata fuisset, ea pars, malum aut desijisset aut multo minus euasisset, quemadmodum contingit, ubi digitus ab aspide, alioque animali uenenato commor-

A sus ad uitam tuendam, uel artissime ligatur, uel praeciditur, sic etiam dicebat Lucilius apud Nonium, ne gangraena digiti penetret in trachium praecidi debere. Ad tertium iam responsum est ea symptomata esse secuta, quod uisera praecipua a laethalissimo succo, & uapore sint ualde offensa eorum temperamenta, a quibus actiones integrae prodeunt penitus corrupta. Tot de priore parte. Sequitur secunda, scilicet, SECVNDA DIES in qua symptomata, quae apparuerunt multa fuere, & horrenda ualde, nam primo apparuit tumor subrubor in toto dextero pede, & circa talum, necnon cumtentione phlyctenae nigrae febris acuta, graue delirium, ab alio deiectiones sincerae, biliosae multae, atque secundo die a morbi initio periit. Si enim curata, quae secundo die euenerunt, expendantur, indicant non modo partem ipsam esse magnopere affectam, uerum etiam prauitatem, atque uenenum per uniuersum corpus ita esse diffusum, ut nulla pars non uiolata permanerit, praesertim uero cerebrum; certe haud quaquam ita cito potuisset extingui, nisi & malignitas materiae ingens fuisset, & membra principalia ualde laesa. Factus fuit tremor expuro dolore, qui propter magnitudinem tantam attraxit materiam uenosa colluuiem, ut cum eam continere digitus haud posset, eleuatus sit in tumorem qui ad talum usque peruenit, sequi erat durus, non tantum propter materiae copiam, quantum propter flatum; & iure dicit Hippocrates illum fuisse subrubrum, non autem rubrum, quod a sanguine de terrimo fieret; aderant etiam pustulae nigrae, quas Galenus secundo prognost. capite de Empiem. commemorat inter signa lethaliissima, & dicit ea esse quaedam maculas crustosas factas ex humore prauo, & acri, ut quandoque uidemus in cruribus; ubi autem pustulae essent Galenus loquitur tanquam eae circa pedem, & talum apparuerint tantum: at id non expresse dicit Hippocrates imo postumus etiam suspicari apparuisse in toto corpore, quemadmodum saepe numero accidere uidemus in pestilentibus febribus, quod si dicere uelimus eas fuisse tantum in pede, necesse est fateamur illum tumorem fuisse gangraenam. Iam uero furor factus est, quia uapores teterrimi in cerebrum sublatis non modo temperamentum ipsius euerterunt, uerum etiam membranas mordentes dilacerabant. Cur autem alui fluxus, qui ob ardorem ingentem factus est, non contulerit aduersus id quod scribit Hippocrates in aphorismo. quod superueniente diarrhaea mania curatur. dicendum est hoc factum esse propter materiae prauae copiam, quae non poterat tota per alium educi. Conqueritur quali Galenus quod Hippocrates magna utilitate nos priuarit tacens modum interitus. Verumtamen si uerum est quod ipse dicit nempe celeritatem mortis signum fuisse multitudinis deterrimae materiae, suspicari possumus, non per tabescentiam, neque per suffocationem, neque minus per conuulsiones ut putarunt alii qui sed potius uera obsequia, per extinctionem obijisset, et si enim proprie obsequia leu caloris extinctio fiat a contrario, quod est frigidum, attamen aequum ac frigidum, nisi etiam plus, uenenum ipsi contrariari

certa

certa docent experimenta. Iam uero occasio extinctionis fuit illa pedis ingens inflammatio, quae statim transit in gangraenam, hoc est illius partis mortificationem, & insignem putredinem, cuius malas qualitates cordi communicatae eius calorem ueluti iugulauit, unde mors sequuta est; alioquin quomodo potuisset, usque adeo immancem uenenum esse, in extremo pede, quod tam celerem attulisset necem; & ante mortem immancem illud delirium, quod certe indicabat a putri, & pestifero uapore, uel humore cerebri temperamentum euertere, atque illius substantiam ueluti dilacerari; sic enim puto cum Cacl. Aurel. & phreneticos & maniacos acerbissimum secundum cerebrum doloribus torqueri: neque uero mirari debemus ante mortem tot mala successisse nempe tumorem magnum, & prauum, pedis maculas nigras maniam, foedum alui profluuium, & acutiorem febrem, quoniam cor quantum potest ob uirtutis robur sese tuetur, ac humores prauos a sese ad alias partes repellit, ut etiam dicit Aristot. tertio de partibus animalium. cap. quarto. unde necesse est alias partes ante ipsam offendi, alioquin ipsum uiolentiam passum statim concidit, Galenus secundo de diff. resp. decimo. nonnulla dicit examine digna de hoc casu; illud primum est Critonem inopinatissime mortuum esse: alud ipsum Hippocrates symptomatum immanitate perterrefactum non potuisset obseruare respirationem, cum subito perierit, & furiosus euaserit: eiusmodi aegros medicis longe fugiunt, uel potius non dignatum esse mentionem facere propter inopinatum tot symptomatum concursum. Sed pace Gal. non possum credere Hipp. in cognoscendis, & praecidendis morbis solertissimum haud statim cognouisse mortem cito futuram. Deinde quod non obseruauerit respirationem, uel furoris timore, uel alio distractus a concursu tot prauorum symptomatum minime, puto, tum quia non apparet adeo furiosum fuisse praesertim prima die actam breui tempore, tum quia etiam furiosos arte, & industria uideat, atque contrectent Medici. Unde potius dicere non fuisse sibi mutatam respirationem ob affectum cordis: ut Galenus ipse docet contingere in pestiferis. depulso. tertio de praef. expulso. cap. quarto, & quinto. Modo uideamus, quae curatio potuerit adhiberi. Victum tenuissimum, feru purum pitissimam cremorem, aut lac femininum melonum, uel quippiam simile cum aquae potu conuenisse nemo non uidet; in reliquis statim iniiciendum fuisset clyster mediocris: & a clystere, de fectione uenae cogitandum: cuius cum

A mentionem non fecerit Hippocrates, quarens rationem Galenus dixit non secuisse uenam, quoniam tardè uocatus est; uerum haec defensio mihi non placet, quoniam in morbo qui tantum biduum durauit quomodo potuit tardo esse uocatus? praeterea tarditas uocationis non poterat excusare quoniam sicuti Anaxioni pleuriticò octaua de uocatus; nihilominus secuit uenam existentem morbo magno, & uiribus ualentibus; sic secunda die uocatus ad Critonem acutissimo & maximo morbo laborantem, nec dum uiribus debilitatis cur non debuit mittere fariquinem? Itaque multo satius est dicere, secuisse quidem uenam Hippocrates, at siluisse, quoniam manifestum erat id auxilium non fuisse praetermissum; qua ratione plerumque in hisce historis huius auxilij non facit mentionem, non quia illud non administrauerit, esset enim praeter omnem rationem; sed quia tanquam rem manifestam narrare omisit, quod si interdum meminit est quando aliquid rari, uel quoad administrandi rationem, uel quoad effectum inde secutum habuit. Vtrum autem praestitisset digitum illum amputare dubitari certe potuisset; uerum id minime agendum fuisse ea ratione adducor; quod principium, & sedes mali non erat tantum in eo pede, quin prius, fuerit in peioribus corporis partibus; ex quo non deueniebatur ad occasionis initium; ut mandat Hippocrates secundo Epid. quod si in uenenatis id facimus; summa cum ratione fit; quoniam; scilicet; ibi est occasio; & occasionis mali initium; quando, scilicet; aliqua pars a uenenato animali commorata, aut uenenato telo fauciata est; potuisset facta gangraena; partem totam gangraenatam abscindi, quemadmodum quotidie fit, & Lucilius quoque dixit apud Nonium, & Galenus tertio de loc. aff. narrat fuisse non nullos rusticos, qui cum commorati essent, ab aspidibus, & uiperis statim sponte absciderunt partes commoratas, & curati sunt. Atqui nihilominus rari esset uitio existentem intus, & a principio, & post etiam a pede communicato. Ego certe partem illam scarificassem, theriacam adhibuissem extrinsecus, & pedi, & cordi; bezoartica postmodum non dimississem; neque capiti oxyrodina adhibere cessassem: sed omnino necesse erat in tanta pernicie occumbere; & propterea melius erat statim praedicere periculum; quod sane fecisse Hippocrates in Arte prognosticandi admitandum non dubito, licet Galenus secundo de differentia respondeo uoluerit sibi hanc mortem fuisse inopinatissimam.

## HISTORIA DECIMA.



LAZOMENIVM, qui decumbebat apud Phrynichidae pureum febris magna corripuit; dolebat autem capite, collo, lumbis ab initio; statim autem cruditas; somni non erant; febris acuta cepit: hypochondrium eleuatum est cum tumore: non ualde contentio: lingua sicca. QVARTA ad noctem delirauit: QVINTA laboriose, & omnia exacerbatata sunt, sed circa VNDE CIMAM non nihil remisissent: ab alio

ab aluo autem a principio, & atqui ad **DECIMAM QVARTAM** tenuia multa aquei coloris exierunt: commode res circa deiectionem transiebant. De inceps aluus compressa est; vrinae per totum tenues quidem; at boni coloris; & multum habebant enaeorema dispersum: non subsidebant. Circa uero **DECIMAM SEXTAM** minxit paulo crassiora: habuerunt paruam subsidentiam; leuarunt aliquantulum, intelligebat magis: at **DECIMASEPTIMA** rursus tenues: prope autem ambas aures facta est eleuatio cum dolore somni minime aderant, delirabat: circa verocrura dolorose habebat. **VIGESIMA** sine febre iudicatus est: non sudauit. omnia intelligebat. Circa uero **VIGESIMAM SEPTIMAM**. coxae dolor dexteræ fortiter; cito cessauit: at tumores circa aures, neque substiterunt, neque suppurarunt, at dolebat circa uero **TRIGESIMAM PRIMAM** fluxus alui multis, aquosis, cum dysentericis: vrinas crassas minxit, substiterunt quae circa aures: sed circa **QVADRAGESIMAM** secundum oculum dexterum doluit, obscurius cernebat: constitit.



**LAZOMENIVM**, qui decumbebat. Galenus putat hunc aegrum esse exemplum duarum rerum, nempe quanti referat urinarum speculatio ad ferendum iudicium aegritudinum; nec non stabilitatis illius dogmatis, quod saepe nos docuit Hippocrates, scilicet & crises, & mutationes morborum fieri in diebus decretoriis: Atqui alia sunt etiam in praesenti historia, quae non minus digna sunt, ut propter ipsa Hippocrates eam nobis scriptam reliquerit, ut pedetentim uidebitur. Sunt qui putant hunc fuisse illum Hermippum Clazomenium, de quo loquebatur Hippocrates quando theoriam uniuersalem tradens eorum, quae continentur in ea constitutione circa parotidas: exemplum attulit Hermippi Clazomenii: ego uero & si non penitus inficias eam illum ipsum fuisse; tamen est etiam aliquid, quod uidetur dissuadere; nempe habitationis ipsius appositione, quam forsitan quispiam suspicabitur ob id esse additam, ut distinguere tur a Clazomenio supra memorato; nisi dicimus habitationis eius meminisse; ut ostenderet ipsum ob putei uiciniam potuisse in bibendo delinquere: quod testari quoque possunt, quae sibi euenerunt prioribus illis diebus, nimirum usque ad decimam quartam hypochondriorum tumor, atque deiectiones, multae tenues, aquosae. Sed siue fuerit Hermippus; siue quispiam alter haud multum refert cognoscere, quemadmodum, quae urbs fuerit patria illius: nam Strabo lib. secundo scribit Clazomenem quoque fuisse insulam; quae tempore Hippocrates erat peninsula, Abderae finitima; imo (ut ait Solinus) interdum Abderae, quod esset a Clazomeniis amplificata, eorum nomine est uocata. Ex hac ciuitate orrus est Anaxagoras Philosophus, & Arist. tertio pol. 26. mentionem facit satyri cuiusdam Clazomenii maledicentissimi, & contumeliosi; & apud Aelianum secundo, Var. cap. decimoquinto scribitur de quadam Clazomenio fastuoso; qui spartam accedens Ephorum sedem fuligine tinxit; adeo ut facile comprehendatur eam gentem haudquaquam bo-

norum morum fuisse. Hunc uero è suapatria in Thasum uenisse non admodum a Clazomenie distantem, ibique habitasse uerisimile est, & quamquam esset alienigena; haud estugere potuit, quin & ipse morbum illius constitutionis senserit; tanti ualeat morbidus aer ad assicienda quaecumque corpora. Cuius aetatis fuerit non constat, coniciere tamen licet, iam uel senem, uel prope senium fuisse, cum stet Hippocratis sententia secundo progn. tumores aurium in iuuenibus frequenter; in senioribus raro suppurari, ut contingit huic Clazomenio; quamquam hoc illius constitutionis peculiare fuit: ut retro indicatum est ab Hippocrate. Caput ei a natura fuisse debile, & male affectum ex eo colligi potest; quod ipsum uideretur praecipua mali sedes; dicebat enim Hippocrates in aphor. quod qui ante morbum habent aliquam partem imbecillam iis in morbo sit ea pars mali sedes. Incipiam autem paulo accuratius uidere, & examinare, quae sigillatim contigerunt huic aegro. Et quia summam tantum, quae ante quartam apparuerunt, proponit Hippocrates, facile fieri potuit, ut non statim fuerit accitus a principio igitur hoc est.

**PRIMA DIE** febris Clazomenium corripuit *το πρῶτον*. id est febris magna, cui ex symptomatibus fuerint copulati dolores capitis, colli, lumborum; paulo post furditas, uigiliae, febris acuta eum coeperunt, necnon hypochondrii tumor cum exigua tenfione, & lingua arida, atque haec omnia contigerunt ante quartam diem. Quod pertinet ad febris ideam fuisse statim putridam non est dubitandum; utrum continuua primis tribus diebus fuerit dubitari certe potest: cum enim dicat primo coepisse eum febrem; & post iterum dicat coepisse eum febrem acutam uidetur innuere fuisse duas febres, id est duos motus diuersos: est autem sententia Arist. ubique seraper inter duos motus diuersos intercedere mediam quietem: unde interpollata extitisse uidetur hac ratione colligi posse. Verumtamen ex alia parte non adsuit horror, neque refrigeratio, quibus discernuntur ab interpollatis continuæ febres; & propte-

rea

rea magis mihi placet, fuisse quidem febrem continuam, sed secunda atque etiam tertia die acutiore; esse redditam: putredinis uero focum habuisse in hypochondriis, atque etiam in ipso capite; quod an re debile extitisse supposuimus symptomata illius grauia docuerunt; etenim dolor capitis, colli, furditas, atque uigiliae haud aliunde potuerunt ita subito & impetuose proficisci, quam a materia, morbifica in cerebro putrescente; simulque & membranas, & neruos laedente, nec non aurium siue meatus, siue aere implentatum uiolare: nam qui fiunt dolores, & affectus in capite per consensum id habent; ut non sint perpetuum, neque continui, quem admodum lucullenter docet Galenus primo de loc. aff. at in Glazomenio non solum fuisse continui, uerum etiam in dies magis acerbiores usque ad undecimam euasere; & quod grauius apparet, alui fluor, qui debebat prodese si fuisset per consensum, nec abstulit ea symptomata, nec leniuit. Similiter fuisse alium putredinis, & consequenter febris in hypochondriis focum significarunt tumor illorum, & eleuatio, lumborum dolor, atque arida lingua: quae tamen absque ulla inflammatione fiebant: cum exigua esset tensio: nullusque dolor: ergo pituita & bilis in cauitatibus hypochondriorum maioribus, atque adeo in ipsis uenis putrescebant: unde incendium uenae illi magnae, quae dorsum intus perreptat communicatum, forsitanque ibidem facta putrefactio doloribus circa lumbos occasionem manifestam attulerunt; quemadmodum etiam uapores feruidi ad os inde perlati linguam siccam reddebant.

**QUARTA DIE IN NOCTE DELIRAJVIT.** Cur dilatatum sit delirium in quartam fecit tum ius ipsius diei, tum furditas, nam capti sensibus, uel sensu aliquo externo difficilium delirio tentatur, aut saltem apparet.

**QVINTA LABORIOSE.** Vult dicere Hippocrates a quarta quae est decretoria, usque ad secundam non modo increuisse ipsa symptomata magisque laboriosa, atque graui euasisse, uerum etiam delirium superuenisse: & certe mirum fuisset, nisi delirasset hic homo; quoniam cum focus putredinis esset in capite, atque etiam continuo ab hypochondriis terti & graues uapores illi suggererentur, quid poterat aliud magis formidari: quam tandem uniuerso cerebri temperamentum corrupto eius praecipuas, ethegemonicas operationes uiolari, & consequenter non remittente sese febre totius corporis statum magis euertere, proptereaque laborem maiorem sequi.

**CIRCA VNDECIMAM.** Circa undecimam non nihil malum placatum est, etiam si a principio usque ad decimam quartam uenter eiecerit multa tenuia; aquei coloris, omnia tamen exhibant cum bona tolerantia. Quod enim hoc tempore factum sit initium alicuius ad melius mutationis, iure contigit, quia impar ac indicatoria dies erat; & quia licet fluxus uentris fuerit symptomatibus; nihilominus, quia bene ferebat aeger, tamen diuturnitate contulit; praecipue cum a causa externa forte originem habuisset ut dixi, scilicet & importuno aquae potu, a quo refrigeratus uentriculus, & intestina

crudos multos & aqueos succos produxere; qui donec durarunt per aluum sunt efflusi; post **DECIMAM QVARTAM**, iis iam cum tolerantia euacuatibus aluus suppressa est, & quod indicatum fuerat ab xj. coeperunt clariora coctionis apparere signa quandoquidem urinae & si tenues ex toto essent, bonum tamen colorem nactae sunt; a cuius bona mutatione dicebat Gal. primo de cri. c. 12. inchoare coctionem; & cum bono colore habuerunt quoque suspensum multum, & diuulsum a quo significabatur adhuc crudos adesse humores, qui flatu pleni suspensum copiosum, & diuulsum producerent, non habebant tamen subsidentiam.

**CIRCA DECIMAM SEXTAM.** Circa decimam sextam maiora coctionis melioris argumenta sese obtulerunt: ex urinis, quae factae sunt crassiusculae quae prius erant tenues cum paruâ subsidentia, unde merito non nihil leuatus aeger, magis, ad mentem rediit, nempe humoribus prauis partim consumptis, partim castigatis, sed cur factum sit, ut **DECIMASEPTIMA**, iterum urinae tenues redierint ratio fuit quia materia erat etaeo genea, & copiosa. Unde licet aliquae partes maturuissent, & fuissent dissipatae, supererat tamen adhuc multa cruda tum in capite; tum in toto, quae putrescere pergebat, atque inde factum est ut parotides dolorosae circa utraque aures sint factae, somni erepti cum delirio & dolore erunt. Etenim in capite putrescentis humoris pars crassior depulsa ad aurium emunctoria, ibique firmata tumorem fecit, cum enim laborasset initio furditate, eae partes factae debiliores facile suscipiebant humores qui ob copiam locum, distendebant, & ob calorem putredinalem temperaturam partis uitabant, sicque iure dolor aderat, quemadmodum etiam eadem intemperie cerebri temperamentum euertere sequebatur delirium; sed quae fuit, ratio, ut debuerit etiam in cruribus fieri dolor? certe non alia potuit esse, nisi quia ille partes in febribus grauius, & molestis ualde iactantur, quo fit ut aptae reddantur ad suscipiendum humores agitates tum ob hoc, tum ob sitim; quod autem fuerit tumorum genus circa aures, non uidetur dubitandum, si quidem fuerant illi ipsi qui uocantur parotides, quarum, ut colligitur apud Galenum tertio de med. local. cap. 2. tres sunt differentiae, aliae leues, aliae graues aliae moderatae, quae omnes discernuntur ex magnitudine doloris quamquam dicat omnes esse inflammationum genere esse; puto autem Clazomenii parotidas fuisse moderatas, ut indicauit euentus, dicebat Cassius in probl. mediis a ueteribus fuisse uocatas parotidas Dioscuros quod ipsis apparentibus ostendatur sanitas ut tranquillitas promittitur a Castore, & Polluce fyderribus. Atqui non id est perpetuum, imo uero nec plerumque uerum in medicina.

**VIGESIMA DIE** quae est terminus acutorum postremus, iudicatus fuit sine febre non sudauit, & omnia bene & recta mente intelligebat: sed dubium est quomodo Hippocrates dicat hunc iudicatum esse uigesima die, quoniam in decima septima, quae est uigesima index potius mala, quâ bona signa apparuerint, unde haud ullo pacto crisis expe-

expeſtanda erat uigefima & ſi ad mentem redierit. Huic reſponderi poteſt fuiſſe quidem iudicatum ab adſtantibus, & forſan a medicis ſine febre, at nō habuiſſe ueram iudicationem: hunc enim ſenſum ipſa phraſis uidetur praeberē; imo uero etiam ipſa ratio, quia ut uidebitis nunquam habuit hic aeger ullam bonam, & perfectam iudicationem, & hic loquendi modus, ſcilicet ἀπαρσις, id eſt ſine febre iudicatus eſt, alias inuenitur ab Hippocrate in eum, quem dixi, ſenſum uſurpatus; & ſolet non raro contingere, ut aegro laeuato nonnihil, ſymptomatibus remiſſis, eum eſſe ſine febre ab idiotis, uel etiam imperitis medicis iudicaretur, cum tamen ipſa ratio ſecus perſuadeat. Et quod nulla facta ſit tunc iudicatio, ſed ſine febre iudicatus ſit uſque ad uigefimam ſeptimam offendere poſſent quae ipſa VIGESIMASEPTIMA apparuerunt, nempe dexteræ coxæ uehemens dolor, qui celeriter ſedabatur; parotides, ita ut nec delerentur, nec ſuppurerentur, ſed dolor perſeueraret; quod quidem ſignū erat naturam haud dum uincere coepiſſe, & cauſam doloris parotidum permanſiſſe. Verum cur hic dolor ita cito ſedatus eſt? & cur fiebat in dextera potius coxæ? Fiebat in hac parte, quoniam iecur affectum erat; ſiquidem ſuſcepit hypochondrium intumuiſſe, hypochondrium autem ſingulariter prolatum alias dixi ſignificare Hippocrati dexterum. Quod uero cito ſiant & cito tollantur, affectus; oritur uel ex eo quod ſiant a uaporibus: unde Auertertio coll. ultimo. probat ea ratione fieri Epilepſiā a flatu, quia cito ſit, & cito ſoluitur; uel ex eo quod ab humoribus praeuacuum aliquod repente habentibus oriatur, ut dicit Galenus tertio de loc. aff. ca. ſeptimo, & ſecundo de ſympt. cauſ. ultimo. Iam uero hic dolor potius a flatibus fiebat, quia cito ſedatus eſt. Quia autem quiſpiam forte ſuſpicari poterat hūc dolorem petuiſſe conſere ad parotidas, ea propter occurrē huic falſae ſuſpicioni dixit, quod tametiſi dolor laeuatus ſit, tamen permanſerunt parotides, & non ſuppurabantur; erant primo cum dolore, quia materia erat acris, & mordax: nō ſubſidebant propter illius craſſitidem; non ſuppurabatur, eo quod materia eſet frigida: & aeger forſan in aetate ſenili; ſcribit enim Hippocrates tertio prognōſt. non longe a ſine parotidas in iuuenibus quidem ſuppurari; id ſenibus uero raro admodum.

CIRCA TRIGESIMAM PRIMAM, alui fluor excrementorum multorum cum dyſentericis factus eſt; ſimulque & urinas craſſas reddidit, & parotides ſubſiderunt. Quod fluxus aquoſus, & dyſenterico facto parotides delinierunt, uidetur rationi, & Hippocratis dogmatibus conſentaneum, rationi facta, ſcilicet translatione materiae a capite ad inferiora, quae translatio probari ſemper ſolet Hippocrati quoniam is quarto aphor. 60. ſcribit, quibus in febris aures obſeruerint ſis ſanguinem ex naribus fluentem, aut aluum turbatam morbum ſolueret; ex quo loco apparet optimam eſſe, & conſuetam communicationem; & tranſmutationem huiusmodi; ſicut etiam e conuerſo accidere conſueuit, ut alui fluxu deſinente circa aures abſceſſus ſuborianur, quemadmodum Hippocrates teſtatur circa ſi-

nem Coacorū. Sed hoc in loco dubitatio oritur, quomodo poterit hic aeger ſeruari, quoniam in iſdem Coac. ſcriptum eſt ab Hippocrate doloroſas parotidas eſſe pernicioſas; praeterea dicit ibidem in longis morbis parotidas quae non ſuppurantur eſſe exitioſas; aut ſaltem reciduas innuere, quod libro de iudicat. ſimiliter proditum reperitur. Niſi dicamus parotidas eſſe fecutas poſt ſurditatem, quae facta eſt initio, iam ex ſurditate leuiter fieri parotidas: & ob id minus malas eſſe in Coac. habetur. Vel dicere poſſumus parotidas non ſuppurantes eſſe tunc malas, cum alui fluxus non ſequitur quamquam etiam cum alui fluxu in febris prauis ſaepe uidemus interitum afferre. Coeterum in Clazomenio propterea parotides cum alui fluxu non attulerunt mortem; quoniam urina, quae fuit ante quadrageſimā craſſa indicauit coctionem, quali in ipſa perſeuerarit bonus color cum pauca ſubſidentia, & duntaxat tenuitas ſit in craſſitiem commutata, proptereaque parotides deletae uſae ſint.

QVADRAGESIMA DIE, in qua dicebat Hippocrates acutos ex decidentia ſinari, factum eſt ut oculi dexteri dolor, & uisus eius hebetio facti ſint, & ratio fuit, quia delituerunt parotides ſine ſuppuratione; eſti enim probabile ſit materiam, quae in iis poſt aures abſceſſibus continebatur, fuiſſe maiori ex parte diſſipatam, diuturnitate, atque fluxu aluo antecedente translata; tamen uerſimile eſt, quoque portione aliquam reſeſſiſſe ad oculum dexterum; ibique & uiforioſi ſpiritus, & humorum albugineum conſuſiſſe, ſicque uifionem eſſe labefactā: cur autem potius ad dexterum, quam ad ſiniſtrum oculum decubuerit humor, qui ad ambas aures collectus fuerat, & complures efficere cauſae potuerunt: una quia iecur adhuc caloris febrilis fomitem aliquem conſeruaret; cum enim dixerit Hippocrates huic ante quartam intumuiſſe hypochondrium, pro hypochondrio ſimpliciter prolato accipi debere dexterum; & coſequenter; iecur alias monſtrauimus. Altera cauſa potuit eſſe decubitus; etenim ut Ariſt. docuit ſexta probl. ultimo ſitus leſtorum ueterum ita erat ut dum in parte ſiniſtra cubabant haberēt lucem aduerſam oculis; dum aut in dextrum haberet aduerſam; quaſi ſemper dormirēt ſupra dexteram partem; unde fiebat ut oculus dexter multo facilius incaleſceret atque ad recipiendas ſluuiones redderet aptior. Et ſi enim partes dexterae aſiſi in agendo ſint ualentiores, in oculis tamen inquit Ariſt. 31. probl. 12. & 13. hoc non eſt uſu compertum, nec ratione, cum ſenſus operatio fiet patiēdo, ad quam paſſionem ſunt magis natae dexteres ſiniſtrae partes. Addit poſtremo loco Hippocrates hoc uerbum, κατ᾽ἴσιν, quod omnes ſere interpretantur, quaſi uoluerit Hippocrates dicere, aegrum rediſſe ad ſuum ſtatum: hoc eſt factum eſſe ſanum; imo hanc ſententiam uidetur Galenus ſecutus, qui dicit quadrageſimo die factam perfectam morbi diſceſſionem. Ego uero hac de re plurimum dubito; primum, quia haec uox κατ᾽ἴσιν non id ſignificat, ſed ſubſidere, uel dexiſtere, ut paulo ſupra uolens ſignificare parotidas euaniſſe, & ſubſidiſſe. uſus eſt eadem uoce κατ᾽ἴσιν, cum autem Hipp. uult ſignif.

ſignificare ſolutionem perfectam morbi ſolet dicere τολμας ἐκμῆν. i. perfecte iudicatus eſt, & ſimilibus uocibus uſi. Verum quod magis eſt, ſi omnia quae praeterierunt, ante quadrageſima conſideremus, nulla fuerunt, quae pollicerentur criſim perfectam quadrageſima die futuram, licet namque urina facta eſſet craſſior, non habuit tamen niſi paucum ſedimentum; excrementa alui poſterioribus diebus fuerunt, aquoſa, & dyſenterica, parotides delituerunt ſine ſuppuratione, quod nunquam bonum ſolet eſſe; & propterea oculi dexteri affectus eſt ſecutus. Quomodo igitur ſtatim poruit abſque ſignis factam eſſe ut dicit Galenus perfectam morbi ſolutionem, cum ſit Hippocratis ſententia ſecundo Epid. paſſim conſirmata, quae diſpar eſt ſine ſigno eſſe inſida? Quare dicerem uerbum illud ſignificare tantum oculi affectum conſtituiſſe, nec ultra tunc progreſſum; quis autem fuerit ſinis aegritudinis, non ſignificaffe nobis Hippocrates quod cura deceſſerit, priuſquam bene, uel male ſuſtineretur morbus ſaepe hoc contingit, ut ubi morbi minores ſunt, diu quae protrahuntur ipſi medici eos aſtantibus reſiſtant, atque etiam ipſimet aegri taedio aegritudinis, & remediorum affecti ſefe deſeri non modo permittunt, uerum etiam percipiunt: poteſt etiam fieri ut haec hiſtoria ſit manſa. Veruntamen haud nego, quin poterit Clazomenius tandem ſeruari poſtquam mitiori factus fuerat morbus; nam Hippocrates in Coac. dicit parotidas ſubſequentes ſurditatem ſolere eſſe ſalutares, cuiusmodi fuerit Clazomenii: praeterea Caſſ. in probl. & Galenus in introduct. ſcribunt ueteres ſolere appellare parotidas Caſtorem, & Pollucem: ſicuti enim quando nauigantibus iſta duo Aſtra apparent, ſignificant ſerenitatem futuram; pari pacto parotides quando apparent idem ſignificant; ſed quod quadrageſima die id factum eſſe ab Hippocrate fuerit ſignificatum plane nego. Reliquum eſt de curatione aliquid dicam, tum ipſius affectus, tum etiam ſymptomatum, quae cum haberent rationem morborum, uidentur & ipſa aliquam curationem poſtulaffe. Quod pertinet ad effectum, certum eſt laboraſſe febre, atque ea a principio ſatis acuta, quocirca ipſius ratione indicabatur refrigerandum, humectandum, ipſique putredini occurrendum, quibus ſcopis ſatiſfaciendum erat primum uictu refrigerante, & humectante, eoque tenui, quod prioribus diebus, & febris, & ſymptomata non fuerint contemnenda, piſſana, lac amygd. uel ſem. melonum, aut recentium, aut aqua maceratarum conueniebant cum aquae ſimilicis uel hordeaceae potu. aut ſimplicis, aut luleb. ros. uel oxyſacchāra aut granatorum ſucco commixtae De ſanguinis miſſione certum eſt, & morbi magnitudinem, quae ſtatim innotuit, & uires robuſtas, quas ad fuiſſe nil negat, eam poſtulaffe, atque etiam copioſam; ab obſtabat fluxus alui, & copioſa crudorum humorum, qua praefente negat Galenus quarto de tuen. val. quarto & libro de currat. per ſanguin. mittendum eſſe, itaque eo magis ſi febris adit. Dimiſſo igitur ſanguine debitis potionibus fuiſſet ſtudēdum coctioni humorum, & refrigerationi oxyſyde, endiuia, lactuca, cichorio, ſoncho, agurimō,

& ſimilibus addito, uel oximel. uel acēt. ſimpl. id poſſimum curando, ne potiones multum dulces exhiberentur, & quia quarta die delirauit, & quinta omnia ſunt exacerbata ni quid oſtiſſet ad auertendum a capite furentem materiam de ſanguine ab haemorrhoidibus mittendo poſſuſſet cogitari, uel per cucurbitulas infra dorſum adhibitas; quo tempore etiam ad delirium coſpiciendum lauacra refrigerantia, & oxyrhodina capite deſaſo adhiberi uiſiſſem, ſicque perrexiſſem. De medicamento purgatorio certe cogitandum fuiſſet decimaſexta propter multas cauſas: prima quoniam cum alius eſſet ſpōte commota cum optima tolerantia, & ſtatim fluor deſiſſet, ſignum erat non eſſe integre a natura euacuata materiam; proptereaque arte ſupplendum eſſe, ſecunda quia apparebat aliqua coctio in urina, cuius, ſmutatus erat color cum ſuſpenſo copioſo, & diuulſo, & aliqua ſubſidentia, terna quia cū delirium apparuiſſet quarta die timendū erat nerediret; quē admodum uere rediit poſt decimam ſextam, & forſan ſi Glazomenius euacuatus fuiſſet hoc tempore, materia quae reſeabat ad caput, ibique putreſcebat euacuata, haudquaquā decimaſexta iterum urinae attenuatae eſſent, neque forſan ſuceſſiſſet delirium nec illae parotides, quae poſtmodū pluribus diebus torſerūt; praeterea Hippocrates dicit ſexto Epid. tertio de Haemorr. loquens decubitus, qui aduenientes tollunt iam factos morbos; ſi antecēdant, ab iſdem morbis uindicare. Medicamentum uindictum fuiſſet ad omnes humores purgandos, tam craſſos, quā ſubtiles; ut Agaricus, Elleborus niger, ſcamonium, ſena, Rhabarbarū quorum aliqua ueteribus certe in cognita erāt; ſed iſis nihilominus nobis uſi licet ubi uſus poſtulat. Et quia ex ſymptomatibus, quae urgebant parotides potiore partem obtinebant, illis etiam curandis maxime ſtudendum erat. Galenus tertio de med. loc. cap. ſecundo docet ut retro dicebam tria eſſe parotidum genera, unum grauiffimum hoc eſt ualde doloroſum; & cum copioſo materiae affluxu, aliud leue, hoc eſt cum pauca, eaque benigna materia, & abſque dolore, uel admodum exiguo; tertium uero medium; quod ſit ex mediocri materia, & cum pauco dolore. In nullo genere, neque Archigenes, neque ipſe Galenus repercuſſoriis utendum eſſe praecipit, niſi multo diſcuſſorio aliquid puſillum repercuſſorium immiſcere aliquando placeret: ratio eſt, quoniam & ſi partis ſit tumor inflammatorius; quia tamen eſt locus ualde proximus cerebro, in quod periculum eſt, ne teter & noxiuſ humor uſu repercuſſionum repellatur, ab hoc ſcopo inflammatoribus communis, ſcilicet initio repellendū abſcedimus, & potius aut attrahimus; aut ſi attrahio dolorem faciat, relaxamus, quo poſſit natura facilius in eam partem exonerare noxiuſ humores, ut butyro, oleo amygd. dul. pinguedine ankeris, ac ſimilibus. Iam uero cuius generis fuerint parotides noſtri Clazomenii conicere quada tenus licet ex ipſiſmet Hipp. uerbis, qui cum dicat factam fuiſſe eleuationem circa ambas aures cum dolore, atque ſecutas eſſe uigilias, & delirium plane ſignum eſt fuiſſe graues, aut ſaltem exiſ, quas Galenus ſcribit loco citato fieri in febr-

bus acutis, & in quibus si humoris in fluxus sit nimis impetuofus; haud quaquam uult aut cucurbitula, aut medicamento attractorio ad uiuandum naturae conatum nos uti debere, ne febris dolor, uiriumque defectus augeantur; sed mitigandum esse per cataplasmatum maxime lenientium usum; ut est frumenti farina, cum caricarum decocto, & atque oleo. Itaque in praesenti casu statim atque apparuissent parotides, erat butyro cum lana utendum, & malo crescente, ac dolore debuisset cum ualidioribus, & dolorem sedantibus magis pugnari; addi-

tis etiam mediocriter discutientibus, qualis panis tritus cum lacte, & oleo camomelino; quo dolore cessante erat suppuratio tentanda cum emplastro ex succis diachilone a pharmacopoli uocato, uel ex althaeae radice cocta, & colata cum pinguedine gallinae & passulis per colum transmisis, aliisque similibus. Suppuratione autem non succedente ad discussionem, & dissipationem fuisset deueniendum, & duritiem emolliendam, ut facta illitione prius ex oleo, ad plantaginem cum sale uel sicum, uel rumicis syluestris radices cum uino coctas.

## HISTORIA VNDECIMA.

**D**ROMEADAE coniugem post filiam enixam, aliisque omnibus factis secundum rationem in SECUNDA die existentem rigor corripuit: febris acuta: coepit autem dolere. PRIMA die circa hypochondrium, anxiosa, horrida, inquieta, & sequentibus, non dormiuit; spiratio rara, magna, statim retracta SECUNDA. a qua riguit; ab alio honeste stercorea prodierunt, urinae crassae, albae turbidae, quales fiunt ex subsidentiam habentibus, quando conturbantur seposita multo tempore: non subsidebant: nocte non dormiuit. TERTIA circa meridiem superriguit: febris acuta: urinae similes hypochondrii dolor, anxiosa, noctem difficiliter, non dormiuit, sudauit per totam; subfrigida; celeriter autem denuo recaluit. QUARTA circa quidem hypochondria parum alleuiata est; capitis uero grauitas cum dolore, subsoporata est: destillarunt pauca a naribus: lingua ualde sicca, siticulosa: urinae tenues oleosae: parum dormiuit. QUINTA siticulosa anxiosa, urinae similes, ab alio nihil: circa uero meridiem multa delirauit, & rursus celeriter aliquantum respuit, cum surrexisset, subsoporata est refrigeratio modica; noctem dormiuit, delirauit, SEXTA mane superriguit: uelociter autem incaluit, sudauit per totum: extrema frigida delirauit: respiratio magna, rara. paulo post conuulsiones a capite inceperunt, & celeriter interijt.

**D**ROMAEDIS VXOR. Dromades, cuius erat uxor propolita nunc aegra, & de qua paucissima Galenus, fuisse cursorem, prout nomen denotat, atque mos est Hippocratis nempe ab aliqua facultate, atque uitae exercitio aegros uocare facile puto, quamquam etiam fieri potest, ut ab excellentia currendi nomen hoc proprium sit adeptus, quando aetate Hippocratis erant in usu ludii illi, in quibus quicumque excellabant, ab illius excellentia uocabantur. Narrat Pausan. libro sexto. Stymphalium quendam Dromeum multarum victoriarum incursum coronis clarum omnium primum carne uesci cepisse; cum ante Athletae caseo est fidei lis aherentur, sed haec nil ad rem; Historiam pedentem examinanti non pauca uilia, & grata sese offerunt. Cursoris enim uxor in praedicta constitutione foemellam peperit, cui quae in partu necesse

faria sunt licet omnia secundum rationem contingeret; & nihilominus secunda die a partu coepit aegrotare. Cur autem hoc contigerit non possumus imaginari aliud nisi, quod cum nulla causa externa praecesserit corpus huius mulieris fuerit prauis, & crudis succis repletum, ac forsitan sili puerperae a delierint; ob idque ex partus agitatione cunctis consueta facta sit occasio illis succis putrescendi, siue que oborto rigore secuta sit febris; ut semper conuenit tempore antiquorum, quemadmodum alias diximus. Sed mirum est statim fuisse febrem acutam, atque prima die tot accidentia apparuisse; nempe uigilias respirationem raram, & magnam anxietatem, horrorem, dolorem & retractionem hypochondrii. Nisi dicamus coplures causas potuisse concurrere ad malum tam faeuum statim inducendum, una quia cum esset cursoris uxor promiscue, & non bono uictu tamen praegnationis tempore usa multos crudos, & prauos

prauos succos congefferit: sic enim dicebat Galenus secundo de alim. fac. cap. de cucum. ex esu prauorum eduliorum, paulatim cumulari succos tetros, qui qualibet, uel minima oblata occasione febres malignas pariunt. Aliam quia cum concepisset foemellam, & peperisset, non licuit sibi ita consumere congestos succos, ut parientes infusculos foetus ob maiorem calorem magis superuacuum sanguinem; & excrementa dissipant, propter quod semper solent Hippocrates apponere cuius sexus sint foetus, ut ex eo liceat deinde comprehendere cuius medicum multa ad cognoscendos affectus ualde conductentia, tertiam & postremam, quia & si prima die atque in ipsa parturitione omnium secundum rationem sint secuta, superant tamen multa adhuc purgamenta, quae spacio quadraginta dierum in foeminis secundum medicos solent consumi & quae uerisimile est hoc in casu incendium, & putredinem contraxisse, sicque febrili, & aliis malis occasionem praestitisse; Dico enim secundum Medicos, quoniam secundum Hebraeos in Deuteronomio menstrua post partum durant septem dies; purgamenta uero alia usque ad 60. producantur. Cur porro potissimum accidentia facta sint circa uentriculum, & hypochondrium, scilicet dexterum, fuit, quoniam in locis frequentissimè solent cumulari, & colligi illi succi, & excrementa, quae retinentur ex puerperis, quoque ibi putredinem postmodum, & prauitatem nata fastidia, anxietates, horrores, atque dolores, & consequenter uigilias producant; Etenim ubi uentriculus uehementer aliqua re laeditur, certum est somnum illico adimi, mentem quoque obledi, ita ut postmodum sequatur respiratio rara, & magna qualem esse errantis animi signum saepissimè monstrauit Hippocrates primo progno. & docuit Galenus tum alias, tum maxime secundo de diff. resp. decimo, & tertio libro, in pluribus capitibus qui libri sunt ueluti commentaria, tum horum librorum, tum prognosticorum. Coeterum uidere oportet, quid significet spiritus reuulsus. Circa quod id prius est notandum aliquos contextus habere non (spiritus statim reuulsus) sed (hypochondrium statim reuulsus) uerum quod legendum sit, spiritus reuulsus, manifestè monstrat Galenus secundo de diff. resp. decimo, & tertio c. nono ubi declarat spiritum reuulsus esse illud, quem alias dicit fieri dupla intro reuocatione; atque conuulsionem significare ita ut spiritus magnus, & rarus, atque reuulsus delirium, & conuulsionem significet, quae duo symptomata huic mulieri contigisse uidebitur; Vtrum autem in dextero hypochondrio fuerit tumor insignis inflammatorius, uidetur Galenus statuere loco citato non potuisse esse, alioquin superasset delirium incipientis, & respirationem paruum, raramque effecisset, atque haec prima die contigerunt. SECUNDA autem DIE. multa quoque facta sunt alia, quae priusquam consideremus opere precium est illud adnotare Hippocrates hinc enumerare dies non a partu, sed ab initio febris; hoc est a rigore scilicet quia partus ex sese non fuit principalis causa uel occasio morbi, sed aptitudo ipsa corporis, & repletio simul, atque cacochymia. Ergo

secunda die ab ea, qua coepit rigere ab alio foeces crassae, id est honeste reddidit. Urinae fuerunt crassae albae, turbidae, quales esse solent, ubi ex subsidentibus turbantur, separatae per multum tempus non subsidebant, nocte non dormiuit. Circa quae sunt nonnulla haud quaquam silentio praeterenda, & primum uidendum est, quae sit causa cur Hippocrates mentionem facit stercoreis recte excuntis, nam hoc scire haud multum uidetur interesse, ob quod neque semper illius meminit Hippocrates secundo cur urinas turbatas ita diligenter describit, tertio propter quid haec mulier, cui partus secundum rationem successerat ita cito delirare coeperit, delirasse autem colligitur ex spiritu magno, & raro. Ad primum respondeo Hippocrati iis uerbis uoluisse aegritudinis magnitudinem, & prauitatem denotare; quali dicat etiam alius naturaliter profluxerit: absque ullo adiutorio, attamen usque adeo erat graue malum, ut deliraret, atque coetera mala perseverauerint, praesertim hypochondrii, & stomachi affectus, qui rationabiliter debuissent mitigari saltem euacuatis a foecibus ipsis intestinis. De urina. porro sum eius sententiae uoluisse Hippocratem eam sic describere, ut non modo monstraret a crassitie turbiditate discrepare; uerum etiam eius generis esse, quod turbidum mingitur, ac turbidum permanet; quodque omnium esse deterimum prodidit Galenus primo de crif. duodecimo, & propter quod dicit hic Galenus, idem debuisse hanc aegram cito perire; Etenim uidemus urinas, quae habent sedimentum turbati, ita ut splendorem perdant; nec simpliciter crassae sint; uerum etiam aliquo pacto obscurae; unde ait hoc etiam habuisse urinas huius mulieris, ut foecibus longo tempore nil subsidentiae haberent: quod est perinde ac si dixisset urinas mixtas turbatas; semperque similes perdurasse. Sunt autem huiusmodi a magno, qui est in uasis tumultu, & agitatione factis ob magnum febrem calorem quem necessario consequitur magna in cerebrum uaporum feruidorum; & putridorum elatio; a qua uolatum cum sit; principes ipsius actiones laeduntur, deliriumque oritur. Atque hoc est illud ipsissimum usum probatum, quod pro oraculo posuit inter aphor. libro quarto. 70. nempe quibus in febribus urinae perturbatae, ueluti iumentorum red duntur, iis capitis labores pro uis adesse, aut ad futuros esse. Cur porro ita cito delirare coeperit, fuit causa in primis sexus; solent enim mulieres alioquin operationibus cerebri minus, quam uiri ualentes facile delirare; altera causa fuit retentio purgamentorum, quae statim in cerebrum, uel ipsa restagnarunt, uel uapores miserunt. Modo succedunt TERTIAE DIEI symptomata, quae & ipsa sunt examine digna; nam si haec aegra prima, & secunda die habuit signa, ita exitalia ut quibus mediocriter peritus medicus potuerit statim praedicere ipsam fuisse morituram. tertia, & quarta etiam usque adeo grauiua fuere, ut etiam cito futuram mortem eius praedici potuerit. Itaque TERTIA DIE CIRCA meridiem riguit, & febris acuta secuta est; urinae fuerunt, quales ante, hoc est, turbatae, dolor hypochondrii, anxietas, noctem



difficiliter tulit, non dormiuit, sudor per totum corpus frigidus, celeriter rursus calefacta est; Primum autem uidendum cur super riguerit, & circa meridiem: nam rigorem potius bonum fuisse; quam secus iudicare quispiam potuisset, si quidem Hippocrates testimonio quarto aph. § 8. ei qui febre ardente laborat, si rigor superuenierit, morbi sit solutio: neque dicendum est hanc aegram fuisse debilem, aut febre non laborasse ardente, quia ipsemet Hippocrates dicit fuisse febrem acutam; nec debilitatis uirium meminit, imo uero cum uix duobus diebus aegrotasset spiritum magnum; & consequenter pulsum similem haberet, nullaque; causa uires euertens praecessisset, par est existimare aegram non fuisse debilem; ac ob id non esse casum ab Hipp. propositum eodem quarto aphor. 46. Nisi dicamus rigorem huic aegrae propter non superuenisse; hoc est non antea factum apparuisse; siquidem etiam prima die rigore tentata est; & hic qui tertia superuenit ipsi adhuc febrieti proportionem tertianariam quandam habuit, ita ut hemitritiae imaginem haberet expressam, ut apparet non solum ex delirio, symptomatibus, uerum etiam ex propensione ad somnum quam habuit ut uidebitur, & quam hemitritaeos comitari Asclepiades apud Caesium docuit; cum enim humor biliosus una cum crudo putresceret tam intra uenas, quam extra. circa uentriculum, & iecur; bilis, a uenis effusa, & per sensibiles partes transcurrens rigorem afferebat; pertinens etiam ad stomachum: cuiusque os acriter uellicans anxietatem, & inquietudinem tum die, tum nocte pariebat; similiter & uigilias, quemadmodum & hypochondrii dolorem eadem mordicatione afferebat. Notauit autem potissimum Hippocrates superirriguisse circa meridiem, ut significaret rem ideo fuisse grauiorem cum ea pars utpote calidior minus apta sit rigores ferre, quali tunc non nisi a maxima, & potenti causa, ueluti a faeuissima bile fieri queant; quamquam Arist. tertio prob. septimo scribit nos aequae ab externo calido, atque frigido rigere. Verum dicit aliquis, quomodo fieri potuit sudor per totum frigidus, atque celeriter rursus calefieri? Dico quod etiam supra dixi, uerisimile esse huic mulieri licet pepererit secundum rationem, statim puerperia deluisse, alioquin factu conuenienter partu, & exeuntibus recte purgamentis, non de buisset aegrotare, aut saltem non adeo immani morbo occupari sicut suppressis purgamentis, non modo inuenis, & cauitate ipsius uteri, uerum etiam in uerso corporis ambitu, tetra retenta sunt excrementa, atque praesertim cruda, & serosa, cuiusmodi in enixa foemella exuberasse admodum rationi consentaneum est: Ergo in febre hac uapores acres, & feruidi ab hypochondriis aliisque intimis corporis partibus. in ambitum elatis succos illos crudos, & serosos magis eliquantes, & fundentes frigidum sudorem pepererunt; donec expirante, & consumpto illo frigido sudore, calor febrilis magis sese exerebat, & percipiebatur, qui ideo celeriter fiebat, quia summo aestu materia illa serosa cito absumebatur: Si enim non ob hanc causam, sed ob caloris natui extinctionem a febrili factam, ut fo-

let etiam saepe contingere, sudor frigidus fuisse, certe non debet cito calefieri, quia ubi semel is simile quidquam passus est, haud facile ab ea emergit. **QVARTAE DIE** adhuc grauiora faeceserunt, tum quia haec est ex decretoris, tum quia id habuit praesens aegritudo, ut uisa semper sit fieri in paribus acerbior, adeo ut etiam in par, scilicet sexta die sit mortua, & quamquam statim dicit Hippocrates hanc mulierem quarta die circa hypochondria fuisse nonnihil leuatam, id tamen parum fuit, nec admodum optabile, eo quod humor qui solebat illa turbare uersus est ad nobiliores partes, nempe ad caput, ubi grauius dolor factus est, ad somnum morbofa, & caronica perpenso, exigua è nariibus sanguinis stilatio, lingua arida, & siticulosa, cum urinis paucis, tenuibus, oleosis, & cum pauco fomno. Cur enim factus sit dolor grauius cum stilla sanguinis è nariibus, lingua sicca, & siticulosa, non est arduum rationem inuenire, siquidem sanguis biliosus, & feruens in caput sublatas copia distendens cerebri membranas cum dolore inducibat, cumque natura grauata sese ab eo exonerare tentaret prae debilitate summo illo onere causata haud quamquam abunde, sed parè id faciebat, ac propterea stilla, sequebatur, quem omnibus in hac constitutione fuisse exitiale Galenus ex Hippocrate uerè obseruauit: pari pacto lingua fuisse siccam, & siticteam facit intelligitur, quod humor feruens, eiusque uapores a foco inferiorum partium, per palatum in caput transeuntes fuere feruore, & siccitate linguam exsiccat, & consequenter sitim inducerent. Sed illud non ita facile comprehenditur, quomodo dicit Hippocrates puerperam hoc quarta die caroticam fuisse, seu fopore tentatam & parum dormiuisse, Praterea quo pacto ipsius urinae potuerint simul esse tenues, & oleosae. tertio cur Hippocrates breuiter sit studiosissimus, qui dixerat linguam esse ualde exiccatam; uoluerit addere hanc foeminam fuisse sitibundam. Ad primum dicendum puto non Hippocrate dixisse eam simpliciter fuisse foporata, sed *ὡς περὶ τῆς ἡμέρας* dicit hoc est sub foporata est; potest enim hoc modo inclinatio quaedam in somnum fieri, nec tamen aeger dormire, quādo scilicet uapores crassiusculi sunt, & calidi, ut qui fiunt ex sanguine, etenim rōne crassitie fit obturatio meatuum cerebri, ob quam impedito spirituum excursu fit ad somnum propensio; ratione uero caliditatis stimulatōis fit ut anima haud quamquam sopiatur, sed continuo excitata fomno priuatur; haud secus atque dicunt Arist. tertio probl. 36. & Plutarchus tertio sympof. octauo cōtingere iis qui *ἀποδύρακτες* id est leuiter inebriati sunt, quisque quodam pacto corpus oppressum, animum autem liberioerem habent, sic quoque dicebat Galenus in Art. Med. eos qui habent cerebrum calidum & humidum esse comatosos. De urina dico non inconuenire, ut ea secundum liquorem, atque totam substantiam tenuis sit attamen secundum superficiem oleosa appareat quandoquidem & si oleam suapte natura inter crassa corpora ab Arist. quarto metheor. recedat, experientiaque ipsa doceat obturare, ita ut hac ratione insecta quorum est pusillus calor, intermat, attamen

attamen potest supernatare ratione aeris sibi in-existentis cuiuslibet humoris etiam tenuissimo. Itaque: cum calor. summus in hac muliere esset in partibus: interis, humores attenuabat, & simulque carnes. & pinguedines affans, & eliquans urinas faciebat, quae secundum liquorem, & substantiam tenues erat: pinguedo illis supernatans illas faciebat oleosas; ut enim uidemus chynicos longa ignis, & magna operatione ex corporibus primum tenues humores, demum oleum extrahere; sic calor febrilis, qui uerè ignis a medicis nuncupatur, agens, in carnes, & humores, primum tenues deinde oleosos succos extrahit, ut frequentissime uidemus contingere in iis febrilibus, quae colloquatiuae, & marasmodos uocantur; Cur autem Hippocrates uoluerit addere hanc foeminam fuisse sitibundam (quod erat tertio propositum) haec forsitan potuit esse causa, quia fieri potest, ut sitientes sitim ipsam non percipiant, quod quidem dupliciter contingere potest, uel propter mentis errorem; unde dicebat Hippocrates secundo, aphor. sexto. quod qui dolentes parte aliqua corporis dolorem non sentiunt ijs mens aegrotat; uel propter facultatis sensifitricis destructionem; qui enim habeat linguam ualde aridam, etiam si ualde sitiant, nihilominus sitim non percipiunt, quod sensitiua facultate sit orbata; ut igitur ostenderet Hippocrates hanc aegram hoc tempore nec mentem habere laesam, neque in lingua interperiem usque adeo ingentem, ut facultatem iugularet, ea propter uoluit addere sitibundam fuisse. Iam uero **QVINTAE DIE** sitis, fastidium, urinae similes, & alio nihil, circa meridiem delirauit multa, & rursus statim parum ad mentem rediit; resurgens in foporem delapsa est, exigua refrigeratio, nocte dormiuit. Atque haec omnia quinta die, inter quae si reuè considerentur nil noui est, qui etiam reliquis praecedentibus diebus affuerint, quia eadem causae uigebant, quae cum deterimae essent; nihilque remitterentur, plane signum erat mortem proximam fuisse. Sed dicit aliquis cur Hippocrates non dixit uno uerbo symptomata fuisse similia, quemadmodum dixit de urinis; etenim is qui cuncta summatim notabat, & breuitatis amantissimus erat, utique potuisset multo contractiorem facere narrationem. Sed respondeo forsitan id facere uoluisse, quia urinae solent magis eae dem permanere, quam alia symptomata, & praesertim, quae a foedis uaporibus fiunt, ut anxietatem, sitim, delirium: foporem in hac facta esse diximus; prout namque, uapores modo magis; modo minus attolluntur, sic ab ipsis fiunt deteriora, uel mitiora accidentia. Vnde ut Hippocrates adnotaret haec ferè fuisse perpetua uoluit ea repetere, adeo ut neque mihi sit alias sumendus labor eorum causas peruestigandi, cum iam de iis abunde retro simus locutus. Illud tamen non est silentio pertranseundum iure Hippocrates adnotasse alium nil reddidisse, quia cum usque; ad hanc diem semper fluxisset, potuisset aliquis suspicari quinta die etiā fluere, quam suspicionem sit auferret uoluit id adnotare: non fluebat autem alius hac die, tum quia omnis pinguedo, etichor per urinam expellebatur; est enim sententia Hippocrates, quod ubi urinae

sunt copiosae foeces, uel paucae uel nullae sunt; tum quia a maximo incendio foeces torrebantur, tum maxime quia cum sexta die peritura esset, iure facultates omnes, & praesertim expultrix obrui coeperunt. **SEXTAE DIE.** delirauit; manè rigor superuenit & post rigorem incaluit, sudauit per totum (& extrema frigida erāt, spiritus magnus rarus, & paulo post conuulsiones a capite incaperunt, sic que celeriter extincta est.) adeo ut sit ex iis aegris, quos Hipp. adnotauit in hac constitutione die pariri, id est sexta ab initio morbi interiisse, cum tamen ipsemet secundo Epid. sect. sexta, non longe a principio scriptum reliquerit omnes perire die, anno, & mense imparibus: Nisi dicamus hanc septimo, scilicet a partu obiisse; Quoad rigorem debebat omnino fieri die quinta ut hemitritiae naturam seruaret, sed praedebilitate in sextam dilatus fuit. Animauerit autem Hippocrates conuulsiones a capite incipisse, ut grauitatem casus aueret; quia si quando conuulsiones a manibus incipiunt, ut experientiam docet, & sunt laethalis, tātō magis quae a capite incipiunt. Verum dubitabit aliquis cur cum Hippocrates commemorasset delirium uoluerit addere respirationem magnam, & raram, quae continuo comitatur delirium, & eo magis quia Galenus secundo de diff. resp. tertio, & decimo. scribit Hippocrates raro commemorare huiusmodi symptoma in delirantibus. Praeterea cum dicit. Hippocrates primo progno. spiritum reuulsam esse proprium signum conuulsionis; haec mulier habuit sexta die conuulsiones, attamen Hippocrates non meminit spiritus reuulsam. Nisi dicamus ideo fecisse hoc Hippocrates, quia hoc in casu duae erāt: causae spiritus immutantes, delirium & conuulsio, & prout haec uel illa superabat, tali etiam spiritus apparebat, & ab Hippocrate etiam commemorabatur, ut igitur doceret delirium superare, uoluit tacere spiritum reuulsam, & commemorare magnam, & raram Alexand. secundo probl. primo, quaerens rationem cur phrenetici, & insanientes spiritum magnum, & raram habeant, respondet actiones animae perici musculis, & neruis, a quibus thorax mouetur ac ob id facultate animali laesa respirationem raram fieri, qua anima sui operis obliuiscitur & musculis haud operetur, fieri uero magnam ob cordis uentilationem, siquidem uitalis facultas exurgens stimulat; moueatque aliam sibi interitum comminata, quae anima quod ob morbum omisit, cor magnitudine ob proprium usum complet. Coeterum pro fine totius partis theoricæ historiae praesentis sciendum est sudorem paulo ante mortem in hoc aegro apparentem alterius generis fuisse ab eo quem habuit tertia die, qui licet & ipse fuerit uersalis, & frigidus potius tamen, ut diximus, a feruore intestino, & extremis succis frigidis proficisceretur; hic uero a uirium imbecillitate cum caloris extinctione, qualis solet esse sudor syncopticus uocatus, qui moribundis comitari solet. Praterea, quod statim ab inceptis a capite conuulsionibus interierit, uera ratio fuit, quia iam debili & emortua omni facultate uitali, & naturali consequens erat, imo necessarium; ut ad quamuis in-



gnem motricis laesionem illico status uniuersum corporis corrueret. quemadmodum ob continuam pene delirium factum est, ut semper ratam, & magnam respirationem habuerit; quod si etiam consideretur initio quoque spiritum reuulsum habuisse fit ut rationabiliter uideatur iure in fine esse passam conuulsiones, quas simili respirationis praesignari docuit Hippocrates primo prog. Cur autem dixerit in fine celeriter eam esse extinctam, puto regisse, uel ad significanda insperatam eo tempore mortem; uel potius ad testandam conuulsionum a capite uolentiam, ob quam subitanea mors post ipsas contigerit, scilicet nulla ex illis existente re, quae solet antecedere mortem, ut oregmon populariter uocatus luminis priuatio, & similia. in hoc casu quid statim debuerit medici facere non est arduum iudicare, quoniam enim prima die acuta febris cum dolore hypochondriorum aliisque grauib. symptomatibus sese manifestauerit, aequum erat ut morem publicum nutriendi copiose statim puerperas penitus omittrent; abstinentiamque uini, & usum cibi tenuis, & simplicis praeciperent, quo facto ad auxilium chirurgicorum considerationem erat deueniendum; & quia diximus huic mulieri suppressa fuisse subita purgamenta, idcirco omnis ratio postulat, ut secunda die post emissas recte foeces ad perturbandam poplitis, siue tali uenam, deueniretur; quinimo pro reuocandis uis, atque a capite, corde, stomacho, diuertendis prius succis, & uaporibus nullum genus diuersionum erat declinandum, praesertim cum lenibus frictionibus crurum, & coxarum ob febre, ligaturis, cucurbitulis, & siccis, & scarificatis, sique nulla est occasio, quae in febris indicet usum ueniuentium medicamentorum ad crura saltem certe haec est, in qua & purgamentorum prouocatio, & reuulsio a cunctis superioribus parti-

bus est necessaria, & nuper in nobili Florentina puerpera, & grauissime laborante experti fumus hoc praediximus magnopere contulisse; maxime si uellicanti fiant cantaribus quae atrahunt sanguinem a uelica & consequenter ab utero id quod opratur. Aduersus febre certandum erit cum refrigerantibus, & humectantibus, ac moderate aperientibus, ac non respondente quotidie aluo debuisset clysteri aliquo uel leniori, uel medio eam sollicitare; semper tamen praediximus mortis propinqua & facta, quod signa exitiissima statim apparuissent; Ad symptomata uero, & praecipue ad illam anxietatem, quae immanissime aegros torquere solet, extrinsecus conueniunt oleum citoniarum, mastichinum cum puluere corallorum rubeorum, intus panis lotus in succo granatorum, ut fecit Hippocrates in illa muliere commemorata, secundo Epid. cui cardialgia laboranti obtulit potentam cum succo granatorum, cuius usu perlanata fuit; & quamquam idem Hippocrates septimo aphorism. quinquagesimo sexto, anxietatem tolli a uino aequali aquae portione commixta asserat, id tamen haud simpliciter est intelligendum, sed de febre carentibus, aut saltem de illa anxietate, quae non a calidis, & acerbis, qualis fuit nobis modo proposita, sed a frigidis succis originem docuit; Pro delirio oxyrhodina conueniunt frequentia, & pro siti abluiones oris aqua hordeacea factae, detentio ore prunorum, cucurbitae, carnis, succis, berberorum, aut ribes facta ro conseruatus. De somno nulla fuisset habenda sollicitudo: tum quia longa non potuerunt in breuissimo morbo esse uigiliae, tum quia interdum uisa est sopore quodam tentari. Atqui omnia fuissent sane irrita auxilia, quod morbo laeralissimo, & humana remedia superanti aut licebat salutarem medicinam facere.

## HISTORIA DVODECIMA.



**H**OMO calefcens caenauit, & potauit multum; uomuit omnia nocte: febris acuta; hypochondrij dexteri dolor: inflammatio submollis & interna parte: noctem moleste: urinae autem a principio crassitiam habentes, rubrae, sepositae non subsidebant; lingua prae arida: non valde siticulosus. **Q**UARTA febris acuta. **S**EXTA uespere multa delirauit; neque ad noctem dormiuit. **S**EPTIMA cuncta sunt exacerbata: urinae similes; sermones multi continere se non poterat, ab alio autem irruatorio humida turbulenta exierunt cum lumbricis: noctem similiter laboriose; mane uero riguit; febris acuta; sudauit caldo: sine febre uisus est fieri: haud multum dormiuit; ex somno refrigeratio frequens expuitio: uespere multa delirauit; paulo post uero euomuit nigra, pauca, biliosa. **N**ONA refrigeratio, delirauit multa non dormiuit. **D**ECIMA crura dolorose; omnia exacerbata sunt, delirauit. **V**NDECIMA obiit.

HOMO



**H**OMO CALEFACTVS coenauit. Certè mirum est, quam ieiunus saepe fit Galenus in historis exponendis, ut in praecedenti, praesenti, & postrema huius libri; cum tamen interdum in aliis sit, usque ad fastidium profusus. Sed ita ingenii humanis contingit, ut interdum nimis caleant, interdum immodicè frigeant. Narrat autem Hippocr. in praesenti historia cuiusdam hominis, cuius nomen, patriam, habitationem, ac professionem tacet, forsitan quia sibi ignota erant: est enim credere dignum sapientem senem saepenumero copia aegrotantium ueluti obrutum, haec quae parum ad ipsius propositionem spectabant, contempnisse; fieri etiam potest, ut aliquando ab affectis suis sibi narrata adnotauerit, ob idque aegrotantium notitiam tradere praetermisisset; sed utrumque sit, praesens aeger cum ante calefactus coenauit, & potauit multum; ita ut nocte ob nimium potum, & cibum coactus sit omnia uomere, ex quo secuta est acuta febris, atque intra quartam diem multa passus est grauia, nocte non dormiuit, hypochondrij dexteri dolore, & submollis inflammatione circa internas partes laborauit: urinae ab initio fuerunt rubrae, nec sepositae ullam habebant subsidentiam; lingua sicca quidem erat, sed non admodum siticulosa, atque haec omnia primis tribus diebus, in quibus (ut docet Arist. tertio Politic. 11. apud ueteres medicos Aegyptios nihil licebat medicis circa aegros mouere, & propterea suspicor saepenumero Hippocratem non accessisse ad aegrotos nisi quarta die; ante quam uel non uocabatur uel nil uolebant fieri; imo id quoque apud plerosque uidemus factitari hodie, ut medicum accersere praestolerent usque ad tertiam & quartam diem, cum maior pars medicinae opus aegri experietur, & de sese bene speret. Examinare modo sigillatim cuncta conuenit. Marem fuisse, & iuuenem ex eo conici potest, quod ex labore sit calefactus, & deinde statim coenauerit, & multum potauerit; nam ut scribit Galenus secundo aphorif. 39. senes in uictu prudentiores esse solent, ac propterea rariis quam iuuenes aegrotare. Hic autem multos errores commisit, a quibus corpori alioquin ad aegritudines parato, ut ipsum fuisse uerisimile est; data fuit non exigua occasio inflammationis hypochondrij dexteri, nec non acutae, & malignae febris. Primum enim calefactus est; sed utrum febrili calore, quasi cum febre coenauerit, an uel exercitationibus, uel aliquibus alijs laboribus, certè dubitandum uidetur. Galenus & alij putant illum calorem fuisse leuem febriculam; quam quia neglexit, aut non percepit, uoluit coenare largiterque bibere; ex quo malum auctum est in corpore alioquin febris prauis parato; Ego uero etiam non disiteor id quod scribit Galen. ita potuisse contingere; attamen non uidetur Hippocr. multum uti hac uoce *θερμανθυστος* pro febriente, nisi quando prius rigoris meminit, ut fecit in antecedentibus aegris, praesertim in Critone, & Epicratis uxore; praeterquam quod qui leuiter febricitant non solent multum edere aut bibere; sed ueluti cibos auersantur; contra autem qui laborant ita ut caleant mox fame, & siti potissimum

tentantur, imo bibunt copiose, ut fecit hic homo; nam Aristoteles quinto probl. 30. scribit homines ab exercitatione non protinus esurire, quoniam sitiunt. Ex quo suspicor potius hunc fuisse magno-pere ex ualidis exercitationibus calefactum; atque ita adhuc calentem cibum, & potum nimium sumpsisse, ac propterea euomuisse; etenim ut scribit Aristoteles quinta probl. 28. erat praecceptum antiquitatis, ne statim post exercitationem cibum sumeretur, quoniam corpus adhuc purgatur; nondum a laboribus quiescit, atque excrementa redundant: & nos in gymnastica demonstrauius nil perniciosius esse, quam statim post exercitationem edere, uel bibere; atque hoc non solum in homine obseruandum, uerum etiam in iumentis, quorum curatores id student ut nunquam ijs potum, uel cibum exhibeant; nisi postquam à labore aliquantisper conquieuerint, & propterea ueteres inter alias exercitationum leges habebant eam, ut post ipsas apothera-piam uocata facerent, scilicet leuem motum, quo paulatim conceptus calor ex labore abscederet. Itaque hic homo ita calefactus, & passus, & potatus, summa ratione uomitu tentatus est; non modo quia multo onere grauat us uentriculus haud potuit illud sustinere diu; ueruetiam quia forsitan (quod solet fieri post labores immanes) impetuose, & nimia celeritate ingurgitauerat, quae res multum facit ad concitandum uomitum; praeterquam quod ex uerbis Hippocr. colligitur ipsum plus potasse; quam comederit, cum dicat simpliciter ipsum coenasse, & plusquam conueniebat bibisse. nimius autem potus facit supernatare in uentriculo cibum, unde ab eo uentriculi os contrectatum, & percussum ad reiciendum, quòd laedit, per uomitum stimularur: atque hoc est, quod dicebat Aristoteles tertio probl. 18. uinum nimis dilectum magis quam aquam, & uinum ciere uomitum, quoniam tum ob inaequalem actionem uini, & aquae, tum ob insuauitatem magis supernat; licque consequenter magis stomachum turbat, unde fit euomitus; nec in conuenit, quod Hippocrates dicat secundo pror. morbos ab errore externo esse salutare, hunc fuisse lactealem, quoniam id intelligitur nisi corpus sit prauis morbis paratum. Porro debebat uomitu stomachus leuari, quia ut scribit Aristot. quinta probl. septimo, ueteres ad leuandam lassitudinem praecipiebant uomitum, quasi eo excrementa illa euacuentur, quae pertingentia ad musculos faciunt lassitudinem; & forsitan leuatus est ab ea grauitate & molestia, quam inferebat cibum, & potus; Verumtamen, quia corpus adhuc calebat, & iam pridem febris paratus erat suscipiendae factum est, ut motu & agitatione uomitus calor antecedens auctus, atque uenis, & cordi communicatus febre acutam pepererit, simulque in dextro hypochondrio, atque in ipso iocinore sanguis biliosus cumalatus, & calefactus, atque putrescens inflammationem genuerit, quam fuisse in ipso uiscere, scilicet iocinore, non in supra-positorum musculorum interiore parte; ex eo colligo, quòd etiam non esset siticulosus, & alius potius esset adstricta, quam soluta primis diebus, attamen septima die habuit aluum turbatam: qui enim hepatis

patris laborant inflammatione, vt scribit Galenus octauo de med. loc. solent alui faedo tentari fluore, simulque uehementer sitire. Dicit Hippoc. fuisse inflammationem *ἰσχυρὰ πύλον*, id est submollem, quoniā iocinoris caro affecta non poterat duritiem extra contrectantibus ostendere; Febris ergo magna, dolor inflammationis assiduus, haud mirum est si noctes infirmes, atque molestas redderent, quoadmodum quoque & ex ipsa inflammatione, & in corporis plenitudine necessum erat linguam excicari, urinasque rubras, crassas absque ulla subsidentia fieri. Sed dicit aliquis, quomodo fieri poterat, ut siccam haberet linguam, internam inflammationem, & nihilominus non sitiret? Dicendum est forsitan non sitiuisset initio, quod aliqua materia a capite defluens linguam & palatum irrigaret: atqui debuisset simul linguam aridam emollire; ergo satius est dicamus, aut non percepisse sitim ob mentis laesionem aliquam obscuram, aut forsitan quoddam foeces putredinis, & febris minimè essent circa spiritualia & uentriculum; unde sitim fieri dicebat Aristoteles, sed tantum circa naturalia, quale est iecur; nam in lib. Art. Med. Galenus tradens signa calidi, & sicci iecoris, haud ponit sitim, contra apponit dum uentriculi sicci signa edocet. Iam uero Q V A R T A D I E nil plus habuit hoc est cuncti praedicti labores per totum perdurarunt, & acuta febris, cum qua etiam diem quintam protraxit; atque id plus habuit, quod multum minxit leue, atque oleosum; perdurante enim in iecore inflammatione & febre ardente colligabatur illius substantia, ex quo urinae copiosae & pinguedine asperae reddebantur. Non sine maximo consilio Hippocr. praeter suam consuetudinem singula die usque ad octauam febrem commemorat, quia f. magis urgebat febris, q̄ symptomata. S E X T A M A N E D E L I R I V M, qd̄ obscurum haecenus fuerat, atq; ex sola sitis imperceptione conici poterat, iam factum est manifestum; quando multa praeter rationem fecit, & dixit, nec nocte quicquam dormiuit. Similiter & septima die omnia sunt exacerbata; urinae quales antecedentes fuerunt, multi sermone. Sed quaeret aliquis cur omnes delirantes sint adeo loquaces. Quantum ego puto causa haec est, In delirio prima facultas quae laeditur est imaginatio, & quamquam Gal. in libro de loc. aff. dicat aliquando laedi imaginationem non laesa cogitatione, & e contra, nihilominus sensibilibiter, seu insensibilibiter semper imaginatio prima laeditur duplici de causa, tum quia cum sit in parte anteriori facilius laeditur propter commissuram coronalem; tum etiam quia haec facultas est ueluti brutalis. Cum itaque in delirio primum laedatur imaginatio; locutio autem sit nota eorum, quae sunt in imaginatione; hinc fit ut laesa imaginatione, laedatur etiam loquela, & prout multa, & uaria phantasmata sunt in imaginatione, ita quoque magis, uel minus sint loquaces delirantes. P R A E D E L I R I O contineri haud poterat, id quod etiā fiebat, quoniam foecis febrilis, & uapores putridi ac prauam tenaciter cerebrum occuparant. Cumque alius uix clystere, aut glande esset irritata, reddidit tamē excrementa humida turbata, una cum lumbricis,

atque ita laboriosam quoque noctem traduxit; Cur solo leui irritamento alius talia effuderit, ratio erat quia in iecore inflammationem habebat; à quali quati, & corrupti succi, necnon ad intestina transmissi solent, vt dicit Gal. eos facere fluores alui, qui in pestiferis febribus conspiciuntur. Lumbrici etiam solent in malignis febribus conspici, non quia tunc generentur (quomodo enim in tam paucis temporibus possent fieri, & in eam magnitudinem augeri in qua spectantur?) sed quia antegeniti a dira putredine, aut uiui, aut mortui fugantur: & sane non absque ratione contingit, vt in quibus solent gigni ex putredine lumbrici tetri, in iisdem etiam ob eandem occasionem facile fiant febres malignae, & pestiferae: Neque ualet quoddam secundo progn. 18. dixerit commodum esse lumbricos rotundos cum foecibus exire, quoniam id quidem uerum est, ac morbo eunte ad iudicationem. O T T A V A D I E M A N E rigor accessit, cum eodem febre acuta, multo sudore calido sudauit, ita ut sine febre esse uisus sit; Attamen haud multū dormiuit, sed à paucis illo somno refrigeratio, atque frequens exputio est consecuta. Vespere uero eiusdem diei multa delirauit, ac paulo post nigra, pauca, & biliosa euomuit. Cum ita haec quae octaua die apparuerunt, haud sine aliqua contemplatione sunt praetercunda, & primum de rigore, qui etsi superuenisset ardenti, proptereaque utilis hac ratione esse potuisset, scilicet regulas nobis ab Hippocrate relictas, attamen quia erat cum inflammatione iocinoris, haud poterat quicquam boni indicare, quemadmodum nec sudor etiam multus & calidus; ambo enim facti sunt, quia à iocinore incenso uapores elati, & per corpus effusi, ad sensibiles partes impulsu molestiam inferebant, quae calor natuius excitatus aduersus coluclabatur; licetque rigor sequebatur, & post rigorem sudor, scilicet ijs uaporibus, uel ab ambiente in humorem conuersis, uel humores in corporis ambitu repertos colligantibus, & fecus extraducuntibus; ad quam expulsionem licet non desineret febris, alioquin optimus fuisset, vt docuit Hippocrates secundo progn. attamen non nihil remittebatur; ita ut in peritis, & rudibus uideretur abscessisse. Sed cur ex leui somno ferent refrigeratio, & exputio, alia causa erat, nimirum debilitas natui calor; qui per somnum intro coactus haud liberè, & facilliter poterat ad calefaciendas partes externas redire, quemadmodum pariter succi cumulati, & eliquati in cerebro, per somnumque retenti post ipsum statim in os ferebantur, sicque exputio eorum frequentem causabant; quam Galen. primo prorr. dicebat fieri, aut uitio cerebri, aut uitio oris uentriculi; & hoc est quod ait Hippocr. secundo aphor. initio, somnum ubi facit laborem esse mortalem. Vespere iterum multum delirauit ob temporis conditionem, siquidè, vt docet Hippocr. secundo Epid. Vesper autumno correspondet qualitatibus, quas non fecus prauas habet, atq; ipse, ut ob hoc quoque paulo post euomuerit pauca biliosa, & nigra quae non est mirum, si ubi in uentriculo erant, graui delirio occasionem praebuerint; siquidem huiusmodi uomitus insaniam grauem portendere non semel Hippocr.

Hippocr. in progn. & in Coac. dixit; vt etiam apparet in historia Philistae, qui ualde insanit, post uomitum aeruginosum multum, ex quo uerisimile est factum esse uomitum nigrum; imo Hippocr. primo prorr. 30. quali ex hac historia acceperit, hoc dogma fecit: [In phrenitibus praefrigerationes, & spuitiones, uomitum nigrum portendere] quem locum interpretans Gal. dixit à spuitione uomitum, a refrigeratione uero nigrum significari. NONA extremum refrigeratio uerua est, similiter & delirium, & uigilia, quae omnia indicabant non modo paucitatem aboleri calorem extremorum natuum; uerum etiam perire uaporum prariorum, & feruidorum a loco inflammato, hypocondriorum elationem. DECIMA dicit cuncta esse exacerbata cum delirio, & erum dolore. V N D E G I M A; scilicet indicatoria & decretoria die, vt notat Galen. expirauit, nempe initio undecimae, quae forsitan fuit in media nocte, vt corresponderet initio mali, quod a coena fuit: etenim fuisse mortem illius initio undecimae potius quam alia hora illud mihi persuadet, quod ab Hippocr. nullum eius diei symptoma commemoratur. Sed quid factum est ut in fine uitae crura dolerent? Ego puto non fuisse dolorem, aliumque stupidium, seu stuporem: unde non dicit Hippocr. doluisse, sed *συνδρασην δόλον*, i. crura dolerose. Iam uero certum est perisique moribundis incipere stupere crura ob caloris defectum, qui incipit a partibus a corde remotioribus, quamquam licet quoque dicere ob agitationem in continuo delirio factam potuisse crura admodum defatigari, atque inde cum morti proximus esset, lassitudinem sentire. Atque hic fuit casus hominis, quem, ut initio dicebam, an Hippocr. curauerit, an quispiam alius, qui postea Hippocr. seriem totius historiae reulerit, haud affirmare audeo. Dicam tamen quae poterit esse curandi ratio. Cum a coena uomuerit cibum, & potum statimque eadem nocte coepit febris acuta cum iocinoris inflammatione, dubitari potuisset an inflammatio dederit occasionem febrī, vt saepe contingere solet, an simul utraque incooperit. Verumtamen quicquid esset, vt quae morbus indicabat refrigerandum esse; peculiariter uero inflammatio indicabat, vt prohiberetur auertendo ne incrementum susciperet, atque id quod factum erat confumeretur; quos scopos etsi statim iudicari poterat difficile futurum assequi, haud tamen erat committendum, quin omnis opera ad curandum accomodata adhiberetur; quando etiam est desperatis rebus aegros haudquaquam esse deserendos non magis humaniter, quam prudenter consulebat apud Aetium nescio quis. Itaque primum uictus, qualis conuenit acutè laborantibus statim instituendus erat, nempe uini abstinentia, & loco eius aqua hordei, & aqua cocta cum uino granatorum, quod semper dilexi in febribus; quoniam ut optime dixit Auerroes septimo coll. capite decimo septimo, in granis granatorum reperitur proprietates resistendi putredini. Vfus panatellae pistillanae, & post septimam alicuius iuris paruae pullae, & uitellorum oui, quos alia diximus ex Plinio in aduersa ualetudine magis omnibus aliis

nutrire, neque onerare, quosque si forbiles, aut tremuli parentur, imbecillitiae esse materiae, scilicet quae facile à naturali calore superatur, proficitur, Cornelius Celsus libro secundo, capite decimo octauo, tamen alicubi in hoc ualde peccari à medicis, inuenio, qui copiosius aequo aegros oua indulgent, ita ut nimium grauata natura tantum alimentum corruptat potius quam concoquat, et si de his dumtaxat locutus esset Cardanus quando oua simpliciter pro aegris damnauit, plures sectatores habuisset. Vistu instituto statim de adhibenda sanguinis missione erat cogitandum, non modo ratione febris, uerum etiam ipsius inflammationis. Ergo sedato uomitu illo nocturno, sequenti die aluius clystere fuisse exoneranda; cum enim solius uomitus mentionem faciat Hippocr. ac per eum non euacuentur quae sunt in intestinis, nisi in uolulo affectu, par est exstimare ipsa intestina foecibus fuisse repleta; quae erat necesse, uel clystere mediocri, uel glande educere; priusquam de mittendo sanguine ulla haberetur deliberatio. Foecibus educis protinus uena interna cubiti dexteri erat pertundenda, atque permittentibus uiribus sanguinis copia detrahenda; quinimo si ullus est casus, ubi liceat mittere sanguinem usque ad animi defectum certe hic fuisset; in quo praeter febris magnitudinem, aderat praecipui uisceris inflammationis cum dolore; in quo dicebat Galenus primo aphorismorum vigesimo tertio, penè necessarium esse praesidium sanguinis missionem ad animi deliquium, vt etiam probatur quinto Epidemic. historia quinta, circa principium; ubi habetur dolorum, qui non potuit ullis alijs remedijs finiari; huiusmodi remedio fuisse sublatum; quod remedium etiam commendauit Galenus nono Meth. capite quarto. et si Auerro. septimo coll. octauo, semper hoc tanquam periculosum, & ipsi naturae inulitatum damnauerit tribus rationibus, vt ibi est uidere: Quod si aliqua ratione haud licuisset tantam una uice sanguinis copiam ducere, ad partitam, quam uocant, euacuationem fuisset deueniendum, vt scilicet duabus, uel tribus uicibus, extraheretur, atque eo maxime, quod ad retrahendum ab inflammato loco mirum in modum conducere solet sanguinis repetita euacuatio; qua si ab eodem loco facere non placuisset, à diuersis fieri poterat; hoc est ab utrisque brachijs, ab ano per hirudines, aut etiam à curibus, uel pedibus; & forsitan etiam hoc in genere chirurgico conuenissent ueficantia saltem infernis partibus adhibita. De alijs medicamentis refrigerantia ualde conuenissent, vt aqua hordei refrigerata, & quotidie administrata in non exigua copia, una cum acetosae conferua, aut Serapio de acetositate citri; bolus etiam Armena, & puluis bezaarticy conduxisset non parum. Pro tuendo capite oxyrhodina, & solita lauatera, quemadmodum etiam ad dolorem & inflammationem iecoris linimentum congruum fuisset, ex succo cich. hepaticae, uinguento sandalino, ac oleo rosaceo completo.



**M**ULIEREM, quae decumbebat in littore tertio mense ventrem gestantem febris magna corripuit, statim incepit dolore secundum lumbos. TERTIA dolor colli, capitis secundum claviculam, & manum dexteram: celeriter autem lingua uoce priuata est; dextera manu resoluta est cum conuulsione paraplectico modo; delirauit in omnibus; & noctem moleste, non dormiuit: aluus turbata est biliofis, sinceris, paucis. QVARTA lingua uoce soluta est: conuulsiones eorumdem; dolores omnium perseverabant: secundum hypochondrium tumor cum dolore: non dormiuit, delirauit in omnibus: aluus turbulenta: urinae albae, haud boni coloris. QUINTA febris acuta: hypochondrij dolor: delirauit in omnibus; deiectiones biliosae in nocte sudauit sine febre. SEXTA ad intelligentiam redijt: omnibus alleuiata est; circa uero claviculam sinistram dolor permanebat: siticulosa: urinae tenues: non dormiuit. SEPTIMA tremor, subsoporata est. parum delirauit: dolores secundum claviculam & brachium sinistrum perseverabant; in alijs autem leuata est: omnia intelligebat: ter autem intermisit sine febre VNDECIMA redijt, superriguit. febris magna corripuit. Circa autem DECIMAM QVARTAM, vomuit biliosa, flaua, submulta: sudauit, sine febre iudicata est.



**M**ULIEREM, QVAE DECUMBEbat in littore. Si diligenter obseruetur, certum est Hippocr. aut nullius, aut admodum paucarum mulierum historias proponere, quae non fuerint uel praegnantes, uel puerperae, uel abortae; & quas haecenus enarrauit mulierum historias, fuerunt omnes puerperarum; nunc uero de grauida tertio mense loquitur. Ratio cur ita facit, est, quia morbi mulierum nil habent rarum, aut diuersum a uirilibus, nisi ob has occasiones, uel alium quempiam uteri affectum, & in constitutionibus pestiferis, quae potissimum patiuntur sunt uel puerperae, uel praegnantes, de quibus loquens Arist. quarto de gener. anim. sexto, dicebat bruta dum utero gerunt, magna ex parte optimè ualere: mulieres contra plerumque aegrotare, quod ut illa labore consumunt excrementa, sic istae ocio, & uita sedentaria accumulanti, atque ita aegrotant; quod si quae sunt nationes, & gentes, apud quas grauidae laborent, eas multò melius & degere praegnantem, & facilius parere. Vitruuius libro secundo, capite nono, scribit mulieres grauidas, dum ueniebantur solitum praestari sanas, quasi dum utero gerunt pleraeq; aegrotent, quamquam Sabinus 21. Digest. dicat conuenire inter omnes peritos grauidas mulieres esse sanas, quod in id sint natae, ut concipiant, atque pariant. imo dicebat Hippocrates primo de morb. mulie. nisi id agant, haud eas posse frui sanitate. Ex sellularijs autem fuisse praesentem mulierem non modo conicio ex multitudine, & prauitate excrementorum, quae congerat, uerumetiam quia Hippocr. scribit eam habitasse in littore. Neque ualet quod Ga-

lenus infra in Pythione uideatur damnasse hanc nimiam sollicitudinem interpraedi habitaciones aegrotantium, quoniam haud ego penitus abhorreo; sicut nec circa nomina, in quibus uim posuisse nonnunquam uidetur Hippocr. ut in Stymargi uoce Gal. in linguis insinuauit. Itaque consueuerunt qui habitant circa littora ut plurimum piscatores esse, ac ob id neque ipsos, neque uxores alios quam piscandi labores suscipere, in qua piscatione dicebat Plato, nec animum, neque corpus exerceri. Proposuit hoc exemplum Hippocr. tanquam rarissimum, quoniam cum dicat quinto aphorism. 30. mulierem grauidam tentari acuto morbo esse laethale, uel ipsi uel foetu, ut ait Galen. & cum primo de morb. initio affirmet necessario perire si pleurithide, phrenitide ardente febre capiat, mirum est hanc mulierem & foetum esse seruatos, praesertim tertio mense quando magis periclitantur. Atque adeatur iam ipsius historiae discussio. Miratur Galenus cur Hippocr. non apposerit mulieris aetatem, quasi id necesse fuerit ob casus raritatem; in quo mulier grauida tertio mense, & a validissimo morbo correpta, tamen seruata est sine embryonis interitu. Verum non mihi uidetur hoc in Hippocrate admirandum, nempe quem scimus raro aetate apponere, & praesertim quando licet ex alijs, quae dicunt, eam colligere, ut in praesenti, quae cum esset grauida non poterat esse senex; cumque a morbo grauisimo euaserit absque conceptu corruptione haud uerisimile est fuisse iuuenulam, sed ualde robustam, ac propterea in media aetate parientium adhuc constitutam circa trigessimum annum. Hanc ergo mulierem tertium iam uteri gestationis mensem agentem το πύρ id est

id est febris ingens coepit; statimque dolor secundum lumbos; quae omnia & prima & secunda die durarunt. Quod febris ea inuaserit non erat mirum; quoniam (ut dicebam); praegnantem mulierem magna ex parte male ualent, atque haec forsitan multo magis ob uitam ociosam, & ob uictum prauum, aliove in uictu commissos errores; cur autem febris magna statim fuerit, natum est tum ex praeparatione ipsius corporis, tum maxime ab ipsa constitutione, in qua semper inuito fuisse το πύρ, id est febre magnam testatur ipsemet Hippocrates. Porro cur statim apprehenderit dolor lumborum fuit; tum quia focus putredinis circa uterum erat; unde communicata intemperies lumbis dolorem inducebat; tum quia (ut ait Hippocr. secundo Epidem. tertio. & sexto Epid. tertio) mulieribus suapte natura solent rigores, atque adeo ipsae febres a lumbis initium capere; scilicet propter uterum, qui ipsis subiacet, ac pars est frigida. TERTIA autem die alia noua superuenerunt symptomata partim ad actiones laesas spectantia, partim ad excrementa mutata. In laesis actionibus fuit dolor colli, & capitis, circa claviculam, delirium ingens, uigiliae, noctis molestia, lingua uoce priuata est, manusque dextera resoluta cum conuulsione, apoplectico modo. In excrementis mutatis fuit aluus, quae turbata fuit, ac biliosa, pauca, sinceraque deiecit; atque tot fuerit tertiae diei symptomata; quae sane satis saeva & magna cum fuerint, necessario morbum quoque magnum fuisse indicant; magnum inquam non solum propria essentia, quantum ob nobilitatem affectae partis: siquidem cerebrum uehementer affectum erat, & morbo in intemperie & in conformatione. Intemperies calida a febre inducta, & ab utero flagrante communicata delirium faciebat: mala conformatio erat tum in uentriculis cerebri, tum in initio neruorum, merito cuius uitij haud facultas communicabatur linguae exsiccatae; & propterea locutio, & uox impediatur; similiter dexterae partis initium medullae spinalis impeditam resolutionem, qualis solet sequi apoplexiā faciebat, (id enim est, quod ait Hippocrates apoplectico modo.) Ad haec cum uapores acres & feruidi in cerebrum ferebantur, membranas illius percutientes dolorem capitis parturiebant sicuti, & colli, & claviculae. Etenim medullae spinalis initium patiebatur; & propterea iure quoque collum dolore tentabatur, sicut & clauicula; has namque partes ubi cerebrum grauius patitur, & ipsas quoque affici non est a ratione alienum, & praesertim in grauidis tertio mense; quo tempore eas magis turbari prodidit Hippocr. qui propterea statuit, eas a medicis maxime esse uerendas, neque facilius aut medicamentis, aut sanguinis missione tractandas. Et cum caput in tanta potuisset dormire, sed summa inquietudine agitari debuisset? Ceterum excrementa illa alui summam quoque succorum biliosorum prauitatem ostendebant, qui putrescentes circa iecur, & uterum a natura mittebantur in intestina; erant autem pauci, quoniam magna pars eorum in supernas partes ad caput, & iugulum ferebatur; ibique non contem-

nenda mala inducebat; & certè (ut dicit Galenus) mirum fuit hanc mulierem grauidam tertio mense fuisse absque abortu seruata; cum Hippocr. scripserit quinto aphorism. 30. mulieri grauidae laethale esse, si morbus acutus ipsam apprehenderit. laethale inquam, uel matri, uel foetui, uel utrique (ut ibi exponit Galenus) atque haec non modo acuto, uerumetiam acutissimo morbo laborauerit; & quem admodum retro dicebam Hippocr. ob hoc uoluit huiusmodi casum posteris adnotatum relinqueret propter raritatem; uel scilicet doceret regulas ab ipso scriptas esse quidem, ut plurimum ueras, sed & aliquando eas fallere; quod autem ait Gal. in communi grauidas mense tertio multo: difficilius pati, quam alijs mensibus uidetur esse contra ipsum Hippocr. qui quarto aphorism. primo, scripsit a quarto mense usque ad septimum. posse remedijs tractari ob fortitudinem: antè uero, & post hos menses magis formidandum; easque uereudas; Et certè nisi dicamus pro tertio mense Galenum intelligere ipsum iam finitum, atque absolutum, quomodo tueri ipsum ualeamus haud facillè intueor. Sed priusquam ulterius progrediamur dubitandum est quomodo manus possit esse conuulsa, & resoluta; cum haec sint contrariae affectiones, atque conuulsio non desinat in paralytim. Dico duplicem esse conuulsionem aliam manifestam, quae non desinit in resolutionem; aliam immanifestam, quae desinit in resolutionem, ut alijs monstraui ex Galeno & Auicena. de hac ultima conuulsione loquitur, quae aemulatur apoplexiam in resolutionem desinentem; unde dixit accommodatissime apoplectico modo, id est imitationem apoplexiae. Possimus etiam dicere conuulsionem aliam uniuersalem, aliam particularem esse; particularis desinit in paralytim; uniuersalis uero totius corporis non, eo quod materia ubi conuultur a toto corpore longè a neruis expellitur, & ideo oecum principium non occupat; sicuti fit in particulari conuulsione. QVARTA DIE, dicit Hippocr. linguam iterum uoce priuatam esse, eorundem conuulsionem affuisse, atque omnium dolores permansisse, partes secundum hypochondrium cum dolore esse conuulsas, nec dormiuisse; in cunctis delirasse, aluum turbatam, atque urinas tenues haud benè coloratas extitisse; quae haec quarta die, quae si aduertantur, etiam prioribus diebus acciderunt; uerumtamen repetiuit ea Hippocr. uel ut admeret omnem suspicionem legitibus, ne putarent aliqua ex ijs saltem intermisse, uel ut significaret quarta die, quae est decretoria, fuisse aucta: nam quod pertinet ad linguam supra dixit γλώσσα ἡρώνη, hic uero dicit γλώσσα φωνῆ ἐλύθη, quasi dicere uoluerit ante quartam fuisse quidem locutionem, & uocem oblaesam, uerum est quarta fuisse penitus uocem ablatam. Sed dicit aliquis, quomodo Hippocrates tribuit uocem linguae, cum ea potius opus sit spiritualium partium, quam ipsius; nam ut etiam Plutarchus dicebat in praecip. sanit. uox est motus spiritus; ad quem edendum concurrunt guttur, musculi ipsum mouentes, & nerui omnes, qui ad ipsos musculos uim motricem a cerebro deferunt. Respondendum est apud Hippocratem φωνῆ, seu uocem ab Hippo-

Hippocrate uocari φλόγην φθέρειν, & φθέρειν, locutionem uero, & sermonem dici διαλεκτικόν, & διαλεξιμόν, ad quam efficiendam conueniunt lingua, nares, labra, & dentes, ut ex ipsomet Hippocrate constat libro de princ. & Galenus quarto de loc. aff. & libro de usu part. Iam uero, ut Hippoc. doceret in proposita muliere non modo sermonem, sed etiam uocem fuisse uehementer laesam ob uitium tam cerebri, q̄ spiritualium instrumentorum, dixit linguam esse uoce priuatam; hoc est tum articulatam, tum ipsam simpliciter uocem fuisse uehementer offensam; & certe miror nec ab Herotiano, nec a Galeno, nec a Concinnatore Oeconomiae Hippocraticae hunc loquendi modum fuisse notatū, quemadmodum pleurosque alios obseruauerunt non huic admodum ablimiles; ueluti est quando uocat linguam ἀσπασθῆναι in Coac. praenotion. Possimus etiam dicere exufflationem ante cedere uocem; & hanc sermonem; unde sicut non potest uox fieri sine exufflatione; ita nec sermo fit sine uoce; lingua autem quae est instrumentum sermonis potest impediri ab edendo sermone non tantum priuatione uocis, uerū etiam proprio aliquo uitio; & ob id, ut significaret sermonis priuationē non fieri uitio linguae, sed uocis priuatione facta ob musculorum thoracem mouētum laesionem, sic locutus est. De hypochondriis cū dolore conuulsis dicendū conuulsionem dum fit parete dolore; maximē si subito fiat, facta uero est sine, sicut si fiat paulatim, cū motus huiusmodi sint insensibiles. Aliorum symptomatum, quae in hac eadē quarta die contigerunt causae fuerunt illae ipsae, quas retro attuli. Ceterum cū dicat urinas fuisse tenues, neque boni coloris; summa ratione id eueniebat. Etenim tenues erant, quia succi crassiores feiebantur in intestina; coloris autem deprauatio ex turbatione proficiscitur, & forsitan ille non bonus color erat pallor albus, qualis solet esse ubi succi colorantes, uel in cerebrum, uel in intestina feruntur. Verum posset quis quaerere, quid sit hypochondrium conuulsū, nam Hippoc. in Coac. solet frequenter commemorare hypochondrium reuulsū; at conuulsū rarissimē. Praeterea cur Hippoc. addit cum dolore, quasi uero fieri possit ulla conuulsio sine dolore? Ad primum dicendum est nil aliud esse hypochondrium conuulsū, quam quādo hypochondria usque adeo in se contrahūt, ut uideantur dorsum tentare. Addit autem Hippoc. cū dolore, quia conuulsiones dupliciter cōsiderari possunt, uel in toto corpore, uel in aliqua parte, & haec adhuc accipiuntur, uel in initio, uel in fine: quae fiunt in toto sunt semper cum dolore: ceterum quae fiunt in aliqua parte si considerentur dum fiunt semper cum dolore fiunt propter uiolentam illam attractionem musculorum uersus sua principia: at in fine quando scilicet iam in paralytici deficiunt, licet non semper, nempe quando fiunt apoplectico modo, fiunt sine dolore: uoluit itaque significare Hippoc. hanc conuulsionem fuisse quidem in aliqua parte, sed in fieri.

**QVINTA DIE** ait Hippoc. febris acuta, hypochondrii, scilicet dextri dolor, delirium omnium, deiectiones biliosae; nocte sudauit, & sine febre facta est; Quod simul & febris & hypochondrii dolor audi-

**A** sint die quinta contigit, quoniam augmentū erat morbi, quo tempore augeri quoque symptomata consueuerunt; cum enim, ut dixi alia, materia esset copiosa atque praua, omneq; corpus ab ea male tractaretur, natura quantum poterat expellere noxia tentabat; itaque praeter alui motum, quem etiā ante fecerat, sudorem attulit ut putandum est factis copiosum, ob quem febris cessauit, quemadmodū contingere solet. Sed cum Hippoc. quinta die febrē commemoraret, quod in quarta non fecit, posset quis dubitare in quarta non adfuisse, quod tamen haud ueritati consonum est; tacuit. n. quarta die febrē, quia ab aliis symptomate, superabatur, id quo cū quinta non fuit. De dolore autem hypochondrii existimandum omnino est fuisse diuersum à superiori; fiebat enim hic propter alui turbatae tumultum; fiebat autem potius in dextro dolor, tum quia ibi erat inflammatio; tum etiam quia in manu, & clauicula dextera erat dolor. Sed dubitabit aliquis quomodo cum febris sit ablata, postea redit tamē morbus; nam Hippoc. qui secundo progn. quatuor genera sudorum facit, optimum omnium esse dicit, qui est calidus in toto, atque morbum soluit. Dicendum est quamquam febris sit sublata, & potuerit sudor simul esse uniuersalis, atque calidus, attamen cum esset absque signis coctionis, & non una parte, uel uno morbo, sed pluribus laboraret haud potuit esse sudor, & illa est febricitatio ita secuta; quin recidua iure cuiuslibet, uel mediocriter in medicina facienda exercitatio portenderet. Iam uero sicuti quintae diei nocte sudor factus febrē deleuit, ita quoque credibile est alia symptomata saltem mitigasse; unde subiungit Hippocrates **S E X T A** sequente die respuisse, atque in omnibus eam fuisse non penitus liberatam, sed leuatam; praeterquam quod permansit dolor circa sinistram clauiculā, sicutulosa fuit cum urinis tenuibus, neque dormiuit: iure nāq; fuit sicutulosa, licet sine febre ob euacuationes tam alui quam sudorum; urinae erant tenues, quoniam non erat cocta materia, & propterea crisis fuerat imperfecta, neque tuta, & quamquam caput leuatum: esset delirio sedato, nihilominus adhuc in ipso erant uaporum reliquiae acres, & mordaces, a quibus blādiusculē stimulabantur membranae cerebri; ita ut uigilias, non autem dolores facerent. Iam uero **S E P T I M A D I E S V P E R V E N I T** tremor, inclinatio ad soporem, parum delirium, dolores circa clauiculam, & brachium sinistrū permenebant: In aliis leuius sese habuit, omnia intelligebat, ac ter sine febre fuit. Si res est cursus morbi huius consideretur, planē semper caput ab initio tertiae die male affici uisum est, quod quoque usque in finē perdurauit; quia etsi uisa sit proposita mulier in reliquis saepius leuari; attamen capitis symptomata nunquam sunt finita, neque etiam admodum mitigata; & in septima tremor superuenit, quin nunquam antea apparuerat; quod iam principium neruorum pariteretur, atque ad propulsandam noxam insurgens motum conuulsorium faceret; quem aliis diximus saepe ab Hippocrate uocari tremorem: si quoque factus est. leuis quidam sopor; quod humiditas cerebri eliquata a uaporibus ascendentibus blandē

& superficietenus irrigaret cerebrum. Ceterum hic breuiter tria sunt quaerenda, vnum est, quomodo dicat Hippocrates sexta vel septima permanisse dolorem brachii sinistri, cuius antea non est facta mentio. Secundum est, quomodo dicat in aliquibus ipsam esse leuiorem factam, & omnia intellexisse; cum de hac eadem septima die sermonem faciens dixerit parum delirasse in ea. Tertium est quomodo dicat ter ipsam fuisse absque febre, tamen semel tantum dixerit a uapores, id est sine febre fuit. Circa primum aliqui putant in superioribus ubi habetur (dexterae clauiculae, & brachij) textum esse mendosum; atque legi oportere sinistreae ut hic. Sed non uideo rationem si corrigendum est rextus, cur potius non hic corrigatur, & loco sinistrarum partium legantur dexterae; atqui forsitan melius est contentum nil mouere, & dicere, quando Hippocrates supra meminit doloris clauiculae sinistreae intellexisse etiam dolorem ipsius brachij, non nominasse autem, quoniam tunc exiguus erat; nec contemplabilis prae clauiculae dolore; in septima autem nominasse utrumque, scilicet & clauiculae, & brachij, quoniam tunc uterque dolor haud erat despicibilis, quod scilicet uapores & succi leuiores essent, pergerent sursum petere, omnesque superiores partes offenderent. Circa secundum potest responderi sub iis uerbis (in aliis leuata est) intelligendum esse, quod in aliis diebus a septima, s. uisq; ad undecimam fuerit leuior, atque nona & decima delirium cessauerit, quod in septima fuerat paruū; & quamquam (quod erat tertium) non meminerit nisi semel in febricitationis; attamen fieri potest, ut illis diebus qui intercedunt inter septimam & undecimam bis fuerit absque febre, & semel ante septimam. Atqui illa infabricatio semper fuit paruū secuta, quia sine significatio- ne, ut propterea iure secunda redierit; potest etiam intelligi, ut uideo nonnullos interpretari, quod tribus diebus, s. octaua, nona, & decima fuerit absque febre, & undecima post redierit, in qua praecedente rigore subsoluta est magna febris, quam quoque uerisimile est perdurasse usque ad decimam quartam. Rediit autem febris **V N D E C I M A** die cum rigore, quia natura erat crism factura decima quarta die, quā crism aliquis motus praecedere debebat; cum itaque bilis dominaretur, elata per partes sensibiles fecit rigorem, quem postea secuta est febris acuta. In **D E C I M A Q V A R T A**, cum euomisset biliosam, non admodum multa, atque sudasset, febris penitus extinguita est, atque ita iudicata: addit tamen Hippoc. huiusmodi iudiciū haud fuisse absque dolore ex iisdem effectibus. Quod enim decima quarta die motus simul fit & uomitus, & sudor iure contigit, quandoquidem ex recidua facta in undecima die cum rigore, indicabatur aliquid memorabilem in decima quarta esse euenturum; & sanē ille idem humor biliosus, qui undecima propulsus per sensibiles partes rigore pepererat, decima quarta partim ad cutem fecit sudorem, atque ita febrē finiuit; uerum tamen hoc non contigit absq; dolore, quoniam, ut optime adnotauit Gal, factum est hu-

iusmodi iudiciū absq; coctione, & propterea haud facta est crisis perfecta; quamquam nec perfecta iudicationes solent esse absque perturbatione, & molestia. Ceterum quid uelit significare Hippoc. particula illa ἀσπασθῆναι, nec Gal. nec quisquam alius explicauit. Ego uero Hippoc. addidisse haec uerba, ut doceret mulierem ita fuisse iudicatam, ut nulla ex praenarratis affectionibus sibi relicta sit, id quod sanē admiratione, atque singulari obseruatione dignum est; addo quod praeter spem fuit mulieri, cui in undecima die praua signa apparuerunt, nec ulla bona fuit iudicatio, decima quarta sine coctionis ulius consumatae nota fuit facta iudicatio, atque omnium affectionum liberatio; & cerrē potest hic casus recenseri inter illos, in quibus praeter spem aegros euasisse notat. Priuquam huic parti finem imponam loquendum est de quadam Galeni contradictione, quandoquidem in comm. hoc manifestē ponit inter praegnantas magis causis morbis resistentes illas, quae sunt trimestres, & quadrimestres, cum tamen quarto aph. primo, ponat tantum cum Hippoc. quadrimestres, quod & alij medici sensisse uidentur saepe, & praeter medicos Auero, septimo coll. quarto. Nisi dicamus ut retro Gal. hoc in loco intelligere de mensis tertij sine, qui quodam modo naturam quarti refert. Sequitur curatio; & primum quod spectat ad uictus rationem, ea esse debuit, quam in aliis acutis febribus esse obseruandam monstraui: habita tamen semper foetus, qui in utero est ratione; & qui non permittit eam uictus parcitatem, quam acuti exigunt. De chirurgicis auxilijs dubiū esse potest utrum conuenient sanguinis missio, & a quo loco, & quantum. Planē conuenisse non uidetur à ratione alienum, quandoquidem cum esset grauida in tertio mense, nondū foetus ita erat grandis, ut posset consumere saltem magnam partem illius sanguinis, qui quotidie colligebatur; praeterquam quod ex sanguinis missione haud fit ea perturbatio, atque agitatio, quae fit ex purgatione per medicamenta; neque ualet quod Hippoc. quinto, aph. 30. scripserit mulieri praegnantī si uena pertundatur, eam abortiri, praesertim quando iam foetus grandior sit, quoniam id intelligitur de euaenae fectione, qua ingētem sanguinis copiam euacuabant, praesertim partibus infernis quaeque ipsis ueteribus erat usitatissima. Iam uero si uena cubiti fecetur, & ea mensura quae alimentum factui adhuc pulillo eripere nequeat, sanē detrimentum nullum accedere potest, aut si quippiam fiat, multo plus est iuuamentum, quam damnum. Itaque fuit sanguis mittendus, & forsitan medicus partita usus est missione, uel saltem bis ab utroque brachio sanguinem curauit mittendum, simul ut magnitudinem morbi prospiceretur, atque ipsius foetus rationi haberetur. Quod spectat ad alia remedia ratione febris conueniebat, ut refrigerantia, attenuantia, & moderatē aperientia usurparentur, & dixi moderatē aperientia, quoniam in grauidis magna prudentia cauendum est, ne dum aperientibus grauioribus putredini occurrere studemus, simul uenas uteri aperiamus, quod perniciosissimum saltem ipsi foetui esse consueuit. Ratione symptomatum, quia



principium neruorum, & nucæ patiebatur, conueniebat facta uniuersali euacuatione eius loci habere rationem cum unktionibus, ceratisue desiccantibus & corroborantibus; ita.n. & collo, & clauiculae, & manibus quae afficiebatur succurrere licebat. Verum quia etiam mens patiebatur, haud negligendum erat reliquum caput, quin debitum medicamentis obfisteret; sed hoc in loco notandum est, haud conuenisse ea oxyrhodina, quae valde repercutiunt, quoniam cum nucæ orgo non parum esset affecta, periclitabatur ne humores, & vapores capitis impetu repercussis ad ipsam nucam declinarentur, sicque multo magis tota pars illa afficeretur. Quare sat fuisse oleum rosaceum omphacinum, eum aqua anethi & rosaceo, ac multo pauciore aecto, quam adhibere solemus, ubi principium neruorum nihil patitur. Ceterum examinandum est breuiter, vtrum aliquod purgans medicamentum eouenire potuerit. Ex vna parte non videtur, tum quia vterum gerebat tertio mense, quo tempore dicit Hippocrates primo aphorismorum quarti libri, & quanti lib. 29. grauidas non esse nisi summa prudentia medicamentis tractandas, tum quia alio saepe effluerunt biliofa impemixta: Ex al-

tera parte videtur potuisse conuenire aliquod purgans pharmacum, primum quia corpus aegrae praeuis humoribus scatebat; secundo quia materia ipsa turgens uidebatur, cum modo ad clauiculas, modo in hypochondria, modo in caput decurrerent, ac sit Hippocratis Lex, ubi turget materia euacuanda esse, neque obstat alui fluor, quia (ut ipsemet Hippocrates adnotauit) exiguus erat nec ulam euiciens emolumentum assererat ad immixtenda symptomata; postremo Galenus inter menses quibus omnium difficillime patitur foetus in vtero, enumerat vna cum quarto tertium, vt etiam retro docui. In hoc negotio sanè non leui, puto videndum fuisse vtrum quae alio exercebantur essent, pro ratione peccantium humorum, quod si non fuissent, vires opus erat attendere, quae cum robustae essent, vt putat Galenus (alioqui tam graui & exitioso morbo defungi non potuissent) certe audendum fuisset sexta saltem die aliquod leue purgans exhibere, quo scilicet materia peccans immixta minus ferretur, & forsitan id actum si fuisset à medicis, haud ea mala essent consecuta, quae postmodum septima, atq; etiam undecima die visa sunt, scilicet, tremor, sopor, delirium, & alia.

## HISTORIA DECIMA QVARTA.

**M**ELIDIAE, quae decumbebat apud Iunonis templum, incepit capitis, & colli, & pectoris dolor fortis: statim autem febris acuta corripuit: muliebria vero exigua apparebant: dolores horum omnium assidui. **SEXTA** comatosa, anxiosa, horrida; rubor in genarum delirauit. **SEPTIMA** sudauit, febris defecit: dolores permanebant: rediit: somni parui: vrinae vsque in finem bene coloratae quidem, sed tenues, deiectiones tenues, biliosae, mordaces, valde paucae, nigrae, foetidae prodierant: vrinis subsidentia alba, laeuis: sudauit, iudicata est perfecte **VNDECIMA**.

**M**ELIDIAE, QVAE DECVBVIT. Galenus qui in exponenda proposita historia fuit breuissimus duo tantum adnotauit circa ipsam, vnam est de vrina, quod & ipse suo loco indicabo, aliud est quod haec mulier inter eos aegros debet connumerari, qui ob virium robur ex magnis morbis euaserunt; Verum quia historia licet breuis videatur, habet tamen pulchras aliquas contemplationes, more solito eam paulò diligentius, quam fecerit Galenus expendam, & primum quod pertinet ad nomen, atque habitationem, Hippocrates haud consuevit mulieres nomine proprio appellare, sed vel nomine patris, vel nomine mariti, vel tacere nomen omnium, & mulierem simpliciter dicere, quemadmodum ex historiis, & antea actis, & sequentibus uidere licet; atque hoc forsitan fecit Hippocrates honestatis maioris gratia, siquidem debent medici, qui curant mulieres, non tam oculos, & manus quam animum habere cautos vt uix quas curant cognoscant, & nomina pro-

pria ignorent, quemadmodum in iureiurando Hippocratico scriptum est. Ceterum cur in praesenti historia nomen mulieris aegrotantis apposuerit, existimo esse factum, quod sacra esset, atque sine ulla suspitione nominari, nec alia ratione dignosci quam nomine posset. Fuisse enim sacram, & forsitan Iunonis sacerdotissam ex eo conicio, quoniam habitat prope Iunonis sanum; solent enim etiam temporibus nostris omnes qui seruiunt templis siue feminae, siue mares habitare prope ipsa, ut possint semper praesto esse; similiterque peculiare aliquod, quò uocentur, nomen habere; accedit etiam, quod uox uidetur apprimè conuenire rebus & personis sacris, cum significet suauem cuiusmodi etiam utitur uoce *μελιδία* Hipp. ut est apud Gal. in ling. sic etiam Iunonis templum plerisque in locis habebatur, & urbibus, quemadmodum in Crotone, Samo. Vnde licet Hipp. non exprimat locum, uel ciuitatem ubi esset, aequò tamen est putare de Thaso eum sermonem habere, & propterea de illius regionis templo, quod forsitan ibi debebat tunc esse celebre,

celebre, quemadmodum in Epheso augustissimum Dianae templum; Quae uero essent sacra Iunonis à Tertulliano, & Apuleio 6. de asino aureo, Deae coelestis uocatae non admodum est difficile ex scriptorib. cognoscere, vt forsitan hinc aliquid coniectari liceat, quod non parum faciat ad cognoscendas propositae aegritudinis causas, ueluti quod fuerit uirgo, quemadmodum erant illae quae non Veneri, sed aliis Deabus inseruiebant: Porro uirginum morbos nescio quid arcanum, & magnum habere ipsemet Hippocrates abundè fecit testatum in libro de morbis uirginum; Itaque Melidia à prima die morbi, vsque ad sextam uariis symptomatibus turbata fuit, & quod praeter ceteris aestimari debet fuit menstruo rum immunitio; siquidem memoria proditum est ab Hippocrate quinto aphorismorum 57. mulieri si menses immoedice fluant aut non fluant fieri ex vtero morbos: praeter mensium immunitationem quam putare debemus cetera mala antecessisse, statim febris acuta ipsam caepit, cum qua dolor iungebatur capitis, colli & pectoris validus atque continuus, adeo ut singula haec usque ad sextam diem perdurauerit: Fuit itaque morbus praecipuus, & principalis acuta febris à sanguine bilioso, & pituitoso orta, siquidem cum immixta essent menstrua, uersimile est sanguinem in uenis retentum & cumulatam putredinem contraxisse, praesertim circa pectus ubi dolor erat: Nam menstrua ubi deficiunt, vel minuuntur in pectus saepe restagnant claris ueximilis demonstrauit Galenus in eo libello, quem scripsit aduersus Erasistrateos, qui Romae medebantur, a febre autem simul, & à mestrui deficiuntibus non fuit mirum suboriri capitis, pectoris, & colli validos dolores, tum quia id familiarissimum est etiam sanis mulieribus, ubi male purgantur, tum quia ubi mulieres uiri consuetudine carent, nec generant, innumeris, & grauib. uitijs tentantur, vt habemus apud Hippocratem libro primo de morbis mulieribus, nec dicendum est uideri Hippocrate tribuisse principium omnium malorum in hac muliere. doloribus, quoniam cum dixerit statim febrem acutam affuisse, & cum dolores sint symptomata, & propterea sequantur morbum, par est existimare febrem praecessisse, Hippocratem uero sic esse locutum, quòd simul cum febre apparuerint, & ut magis laedentes, ac molestiam maiorem febrem afferentes, citius quoque uideantur facti. Atque haec omnia quinque prioribus diebus mulierem incessanter occuparunt. At **SEXTA**, quae est dies tyrannica multo magis grauiora successerunt, nimirum sopor, anxietas, horror, rubedo in genis, exiguum delirium. Nonnulli interpretes existimarunt hanc mulierem propriè peripneumoniam fuisse, quòd dolore pectoris laborauerit, febre acuta, & praesertim rubore genarum, quòd postmodum symptoma solere affectos pulmones consequi omnes fatentur, idque ante alios uidetur cognouisse Nicander antiquissimus auctor, qui ubi de ueneno leporis marini tractat, à proprietate pulmones statim laedentis illud primum signum uidetur constituisse quòd genae rubeant, scilicet ob com-

municationem quam habent pulmones cum facie, etiam ab Aristotele significatam sectione trigelimatertia problematum. Ceterum si spectemus signa peripneumoniam nobis saepenumero proposita ab Hippocrate secundo & tertio de acutis; necnon secundo atque tertio libro de morbis, aliqua alia signa desunt ibi commemorata, & inter alia anhelandi difficultas, seu orthopnoea, & tussis, quarum hic Hippocrates nihil meminit, qui tamen non raro solet respirationis meminisse, ubi ipsa insignis aliquid patitur detrimentum; praeterea, aut nullum, aut exiguum dolorem facit, cum pulmo careat sensu, habuit autem Melidia validum pectoris dolorem, sed quod magis est Galenus in Pythone monstrat eum non fuisse pleuriticum, nec peripneumoniam, quoniam id Hippocrates non dixit, nec praecipua eius aegritudinis signa commemorat, nempe anhelitus difficultatem. Quare dicendum est hanc non fuisse ueram & formatam peripneumoniam, sed aliquid illius ueluti simulachrum, & eò maxime, quia **SEPTIMA** dicit Hippocrates febrem defuisse, quae in peripneumoniam non modo est continua, uerum etiam ingens, & ferè semper ardens, atque exitiosa. Itaque cum prioribus diebus pectus, collum, & caput ualde laborassent, factum est ut in hisce partibus uideatur malum esse firmatum, & cum sanguis iuuenis cunctis praesertim partium superiorum exuberaret ob menstruo rum immunitationem, iure factus est sopor in capite, & cum ipso aliquis deliratio, qualis saepe solet iis contingere, qui in somnum immoedice sunt propensi, eadem ratione facta est in genis rubedo, anxietas, & horror, scilicet uaporibus seruidis stomachum, faciem, & neruofas partes laedentibus. **SEPTIMA** DIE dicit Hippocrates febrem cessasse, sudasse, atque dolores permanisse. Quòd febre cessante dolores permanerint, uidetur argumentum euident non fuisse inflammationem; alioquin durantibus doloribus ea durasset, & consequenter febris non cessasset; quae propterea defecit, quoniam sudore euacuata est magna pars morbificae materiae, quae in toto erat. Adhuc tamen circa pectus, collumque & caput reliquiae superuerunt, quae dolorem conseruarunt; & bonum quod apparuit in septima sanè indicauit undecima die futuram esse absolutam crisi, vt uerè contingit. Sed quid est quòd statim subsungit (reuerfa est?) puto ego, deesse diem, quali dicere uoluerit Hippocrate, **NONA** DIE quae est impar rediisse febrem: Scimus enim ubi futura est crisis, semper paulò ante solere febres, & symptomata augeri, vt saepenumero monuerunt Hippocrates atq; Galenus, & ob id cum deberet indicari morbus undecima die, conueniens erat, vt paulò ante febris, atque alia symptomata fierent, & haec potius impari die, ac tertiana proportione, cunctis esset nona dies. Quamobrem iure dixit **NONA** defuisse febrem nec etiam dormiuisse, idque contigisse, ante crisi dicente Hippocrate, quibus illis est futuris iis noctem antecederent solere esse grauem; uerum tamen quia natura egregie coquebat humores



humores, apparuerunt vrinae post septimam vsque ad finem morbi coloris boni, atque tenues cum subfidentia alba, & leui; adeo vt facta integra coctio- ne, & praeparatione; subinde natura ualida molita sit euacuationes duas, s. sudorem, qui etiam septima die apparuerat, necnon alui fluxum, quo euacuata est materia, quae putruerat biliosa, mordax, & nigra. Sed cum facta sit crisis absoluta, & firma, quomodo potuit excretio esse ualde pauca, vt videtur Hippocr. dicere? praeterea dubitat & iure Galenus quomodo potuerit in urina esse bonus color cum substantiae tenuitate; quandoquidem tenuitas semper habet albedinem coniunctam. Respondendum est ad primum particulam illam *uolpra*, i. ualde cum antecedente esse coniungendam, s. *sanvada*, quali dixerit ualde mordacia exiuisse, & pauca; nam non fuerunt multa propter copiosum sudorem, & quia pauca, non fecerunt dynteriam ob mordacitatem, vt saepe solet post crises humifmodi euenire; quamquam potuerunt etiam medici occurrere clysterib. mordacitatem placantibus. Ad secundum respondet ipsemet Gal. verum esse, quod exacte bonus color non potest stare cum substantiae tenuitate; sed intelligendum esse Hippo. quod bonus color fuerit quatenus potest esse cum substantiae tenuitate. Igitur iure praefens mulier per crism liberata est egregie a morbo acuto, & forsitan Hippocr. non alia ratione uoluit praefentem casum adnotare, nisi ut exemplar nobis relinqueret legitimae crisis; quae fit optimis signis in vrina apparentibus per euacuationes etiam non insignes in die indicatoria: Videndum aliquid de curatione, & primum de victu id statuentium ipsum debuisse tenuem esse, quia indicatio futura erat cito, & ante sextam proculdubio cogitandum fuit de sanguinis missione, vel ab utroque pede statim, vel si euidens, (vt par erat) affuisset totius corporis plenitudo, primum interna cubiti dexteri erat secunda; tum vel poplitis, vel tali, atque in ea copia, quam uires praefentes sustinere ualuerunt; & praeter sanguinis missionem cucurbitulae quoque saltem siccae cruribus, & coxis, ueluti frictionses in eisdem partibus adhibitae conuenissent frequenter, & hora quietiore; id enim perpetuo est obseruan-

dum, vt auxilia reuulsoria, quae propter urgentiam symptomatum administrantur omni tempore vsu postulante adhibeantur, ubi autem administrantur absque insigni vlla urgentia, sed potius ad praecauendum, hora diei frigidiore, uel saltem quietiore, atque semper longe ab accepto cibo in vsu recipiantur. Ante septimam diem nulla fit mentio alui excrementorum; uerumtamen non est dubitandum, quin vel sponte pro ratione fluxerit, vel ei prospectum sit ab arte, scilicet clysteribus aut glandibus, et si intestina, & ventriculus fuissent ualde repleta, planè ipse lenitiuus aliquod medicamentum secunda die ante sanguinis missionem sumendum curassem; deinde ad aperiendas uias, prouocandas urinas, & praeparandos humores detenuissem potione facta ex cap. ven. agrim. pentaphylae, borag. & petroselin. radice. De euacuatione per medicamenta non fuit locus cogitandi, quod a septima die vsque ad finem, vt diximus, alius fluxit; qui licet multa non redderet, haud tamen aequum erat, ipsum sollicitare, ne uel acrimonia fauciaret intestina, uel nimis fluor excitaretur. Ceterum dolores continui & magni aliquam mitigationem postulabant praefertim capitis, atque pectoris, vt est linimentum ol. ros. anethini, & uiolac. simul mixtorum, cumque nulla facta sit mentio sputorum, uel tussiculae, de iis nulla fuit habenda sollicitudo, vt ob hoc quod in ea sententia confirmet, minime hanc mulierem uera pulmonis inflammatione laborasse, à qua non ita esset liberata, cum scribat Hippocrates sexto aphorism. 16. malum esse ubi peripneumonico superuenit alui profusum, vt contigit post septimam propositae mulier. Hic est finis tertiae sectionis libri Epidem. in qua, vt uisum est, quattuordecim historias nobis proposuit Hippocr. & quas vt pro ingenij uiribus explanauit. Sequeretur ut non nullas, quae etiam in secundo Epidemiorum habentur explicarem; uerum, quia in Bononiensi Academia totum illum librum diligenter exposui, & propediem illae Praelectiones sub praefato erunt, ad eas prosequendum historias, quae in lib. tertio Epidemiorum obseruatae, & notatae inueniuntur, me conuertam.

**P**YTHON, QUI HABITABAT prope Telluris templum. In prima sectione huius tertij libri tres tantum historias enarrat Hipp. Pythonis, Hermodratis, & cuiusdam qui in dealcis horro habitabat. In qua autem constitutione hi aegrotauerunt an in Thaso, an uero in Cranonis, quae proximè ante hunc librum in secundi libri initio, an Perinthi, quae tertia sectione eiusdem lib. commemorata est; haud ita compertum habetur. Sed si quicquam licet mihi conicere, uel putarem ad nullam constitutionem peculiarem pertinere, uel ad antecedentem proximorem, Perinthi. Vt cumque autem sit dignae sunt diligentissimo examine, eo maxime quod Gal. qui in antecedentibus vt uidere potuimus fuit admodum breuis, & ieiunus, in his tribus nimium fufus, & praefertim in Pythione fuit, qua ratione ignoro, nisi fuerit ob libidinem, qua flagrabat contradicendi, & damnandi ueteres Interpretes. Pythonis nomen, & habitatio nobis notam facere uoluit Hipp. uel quia eius nominis plures fuerunt diuersis in locis habitantes, uel (quod alij interpretes ueteres dixerunt, & Gal. contumeliosis uerbis damnauit) vt nobis significaret professionem, & vitam illius, quae tota erat circa sacrorum ministeria. Id enim uidetur nobis persuadere posse, tum quod uocaretur Pythoni, hae Pythius, quo nomine significabatur eum, qui mittebatur ad Pythium Apollinem pro capiendis responsis, tum quod habitaret prope templum Telluris, nam habebitis etiam in tertia sectione huius tertij libri mentione, & historias integram alterius Pythonis, qui & ipse habitabat prope templum Herculis, quamquam uere haud is sum, qui haec omnia putem ad Veneris abstinentiam referenda, ut illi fecerunt. Huiusmodi autem templum in compluribus regionibus habebatur aliis, quemadmodum & Romae. Iam uero conuenit examinare, quae singulis diebus huic Pythoni acciderunt. PYTHON. PRIMA DIE tria habuit, tremorem manuum, febrem acutam, atque delirium; Gal. vt saepe numero solet grammaticus agens notat foelocissimum esse in initio horum uerborum, Python, qui &c. Atqui, ut Hippocrates ab hac ignominia liberetur, alterum duorum oportere facere, uel ut priora uerba sint ueluti titulus historiae, & reliqua sint ipsa narratio, uel ut loco Python legamus datiuo casu Pythoni; sed utro modo legamus res parui momenti est medicè tractantibus; illud autem multo magis refert speculari quis fuerit Pythonis tremor, & quae potuerint esse causae ut tam cito in febre delirauerit. Etenim quae solent febres comitari deliria rarissime prima die fiunt, sed potius morbi progressu. Quod pertinet ad febrem cum dicat Hippocr. fuisse acutam, necesse est quoque eam fuisse putridam, atque de genere continuarum, fomitem uero putredinis fuisse circa caput, circa quod statim apparuerunt symptomata, quae quoniam magna erant, magno pariter morbo attestabantur; sicut celeritas motus propinquitati status; De more ipsius febris nihil uidetur principio statui potuisse, siquidem nulla symptomata iam factae febris superuenerunt; sed potius uidentur cum ea inchoasse; quamquam ue-

re non sunt accidentia propria; neque constitutentia ipsam febrem. Quod porro attinet ad febris causam, si Hippocrates (vt ait Galenus) aliquas externas causas, habuisset notatas nempe villam uel villas ex rebus sex non naturalibus uocatis, vt sui moris est, commemorasset; quod cum non fecerit, aequum est existimare causas tantum internas affuisse, nempe congeriem prauorum humorum, & praefertim melancholicorum longo tempore acuatorum. Quod enim fuerit magna ex parte melancholici succi atque etiam biliosi, non modo colligi potest ex quartanariis exacerbationibus, quas habuit, ut pedetentim uidebitur; uerum etiam ex laesione insigni cerebri, quod & suapte natura, & proprietate quadam huiusmodi succi uidentur petere. Hic enim uir si sacris facendis, ut suspicor famulabatur, credi potest uigiliis, ieiuniis, ac ciborum non ita proborum, atque ipsemet professorie potuisse accumulare non modo copiosos succos crudos, uerum etiam melancholicos; si quidem non desunt ueteres, qui putarunt ad melancholiam pertinere ipsam religionem, qualis fuit Aretaeus medicus antiquissimus, necnon Plutarchus in libro de superst. Imo quotidiana experientia docet, eos qui admodum religioni sunt dediti, uel fieri, uel esse melancholicos, ita ut nonnullos ipse uiderim, qui ob religionem nimiam, quasi de salute animae desperantes sese strangularunt, aut suffocauerunt & haec est quoque causa propter quam inter monachos, & monachas complures melancholici morbi oriuntur. Fuit itaque febris putrida ex humoribus uariis praefertim melancholicis circa caput purescentibus; Quo factum est ut non absque ratione statim delirium, atque tremor apparuerint; uerum etiam tremor exhaeret Sabinus, & sequaces; qui dixerunt in ipso factum esse delirium, ac tremorem ob Veneris abstinentiam, scilicet genitura in cerebro nimium cumulata. Et de delirio iure Galenus discursu fuisse non admodum graue, ut notat uocabulum Graecum *uipros*, ac uel ob inflammationem cerebri, uel à succis calidis originem habuisse; quo in loco notare licet pro phlegmone intelligere incendium, scilicet phlegmosum, non autem ueram inflammationem, alioquin à uera inflammatione non leuis despicientia aut uesania fit; sed phrenitis, & mania, quae sunt maxima deliria. Fiebant ergo in Pythione delirium ex supercalefactione ipsius cerebri ob humores intra ipsius cauitates maiores putrescentes; non autem ut dicebat Sabinus ex retentione feminis, quia etiam si Hippocr. & Aristoteles sint huius sententiae magnam partem feminis à capite fluere; tamen Galen. ex sententia Democriti in Art. Med. scribit uenerem caput maxime laedere, qua etiam ratione, cum & calor & uapores putres communicarentur initio medullae spinalis, motus ille deprauatur ab Hipp. tremor uocatus nascabatur, qui utrum fuerit uerus tremor, ut manifestè profitetur Galenus, & longissima oratione disputat, an potius motus conuulsorius, ut Sabino & aliis magis placuit, certè non ita clarus est; aequè enim rarum est in febrium initio uniuersali fieri tremorem uerum à quacumque ex tribus causis à Galeno

## HISTORIA DECIMAQUINTA.

**P**YTHON, qui habitabat prope Telluris phanum inchoauit tremor à manibus. PRIMA febris acuta, delirium. SECVNDA cuncta sunt exacerbata. TERTIA eadem. QVARTA ab aluo pauca, sin- ceta, biliosa exierunt. QVINTA omnia exacerbata sunt; somni tenues; alius suppressa est. SEXTA sputa uaria, subrubra. SEPTIMA os distortum est. OCTAUA, omnia sunt exacerbata, tremores perseverabant; vrinae uero a principio quidem, & vsque ad octauam tenues, decolores, enaeorema habebant nebulosum. DECIMA sudauit: sputa subcocta iudicatus est, & vrinae subalbae circa iudicationem, ac post iudicationem. QVADRAGESIMA die tandem suppuratio circa sedem: & stranguriosus factus est abscessus. P.M.V.Q. S. i. probabile multitudine urinarum, quadagesima sanatum.

PYTHON,

G 3 com.

commemoratis, atque motum conuulsorium: attamen sequor. potius Galen. putantem fuisse factum in Pythione tremorem, non ob animi affectum vltimum, nec à Veneris abstinencia, vt putarunt veteres interpretes, sed ob facultatis motoriae imbecillitatem, quippe quae ob aliquam incrassationem factam in ijs neruis, per quos defertur facultatis illustratio a cerebro ad ipsas manus impedita fuit, quominus integra eò perferretur. Quamquam praeceteris hoc solent habere melancholicis, vt ob timorem, quo semper occupantur, facile in tremorem incurrant; metuentes enim tremere rationabiliter, & praecipue manibus, & labris docet Arist. vigesima septima probl. primo, sexto & 7. Non inficitur tamen quin etiam à vaporibus & succis potuerit principium nucæ percipi, atque inde aliquis conuulsorium motus oriri: sed rarius initio hoc euenit, quam verus tremor, & maxime vt dixi, in melancholicis. SECUNDA DIE. Sequitur secunda dies, in qua dicit Hipp. omnia esse exacerbata, nimirum febrem, tremorem, atque delirium; ex quo loco colligimus in prauis, & magnis febribus etiã vsu venire, vt diebus paribus exacerbentur, quemadmodum alijs fuitis docuimus; exacerbationis huiusmodi natura debuit esse, quòd febris acutior & propterea periculosior euaserit; delirium quod erat placidum euaserit grauius, atque magis feruens; similiter & tremor non solum fuerit maior, verum etiam alijs membris communicatus: causa porro cur augetur paroxysmi, vt Gal. perisique in locis docuit, vel sunt errores aegri, aut medicis aut astantium, vel est materia ipsa putrescens facta aut copiosior, aut deterior, aut vtrumque simul. Gal. multum sollicitus est in indaganda causa, propter quam potuerit Pythionis morbus secunda die vsque adeo augeti, & inquit saepenumero hoc contingere, quia dimittatur praestantissimū omnium auxilium nempe sanguinis missio; quã ipsemet 11. Meth. 15. dixit saluberrimam esse in omni febre putrida. Vtrum autem Hipp. verè eã non adhibuerit statim, vel narrare ut manifestã rem, & suis dogmatib. maxime consentaneam dimiserit, quemadmodũ in compluribus alijs facit, non parũ, nec absque ratione dubitat; etenim dimisisse, & in Pythione, & in alijs plerisque; auxilio hoc indigentibus Hippocratem vix credere potest, vt qui in omnibus germanis suis commentariis, s. aphor. de vict. acut. de artic. hoc remediũ alijs penè omnibus semper anteposuisse reperitur, vbi adest morbi magnitudo, virium robur, atque aetas cõsentiens, & si octaua die adhibuit in Anax. vt videbitur suo loco; multo magis credibile videtur etiam in alijs diebus, in quibus conuenientius est, adhibuisse. Quòd etiam dimiserit commemorare nõ putat ita probabile, cum saepe in his libris mentionem faciat aliorum etiam minimorum remediõrum, vt pote glandis. Itaque vtroq; hoc absurdo, & ab Hippoc. dignitate, & consuetudine alieno existente statuit eligendam esse eam opinionẽ, quae minus absurditatis contineat, nimirum Hipp. in multis dimisisse auxilium, vel tãquam non necessariũ, vel quia tardò esset adscitus; dimisisse etiã in multis illud commemorare, quòd nimis euidentis esset; illud tãquam

A optimum, & necessarium nec potuisse, nec debuisse omitti; & ad hoc existendum dicit Gal. se potissimũ ab eo impelli, quod voluerit Hipp. missionis sanguinis octaua die factae meminisse tanquã rari euentus; cum semper alioquin ante hanc diem adhibere consueffet; nisi impediretur. Si, n. in germanis libris praecipit mittendũ esse sanguinem existẽte morbo magno, & cõsentientib. viribus, atque aetate. Si quẽ in octaua die ipse id fecit, iure colligendum est tum aliquãdo fuisse dimissum illud praediũ, tum etiam fuisse ab eo omissum enarrare: quòd euidentissimũ esset, & debuisse fieri, & factum propterea esse. B TERTIA DIE. subiungit Hipp. (eadẽ) hoc est exacerbatio conuulsõrũ facta in secunda vsque ad tertiam totã durauit; id quod argumentum esse potest non a causa externa, sed interna prouenisse: nã ut scribit Hipp. secundo prorr. quicũq; morbi à causa externa fiunt, momentanei sunt. IN QVARTA. Ceterum in quarta nescio quid noui factũ est; nempe alius fudit pauca, sincera, & biliosa. Si hoc symptoma cum alijs copulemus, certè malè de Pythione fuerat iudicandum, eo quòd quarta dies est index septimae etli ea pessima sit, similem quoque futuram esse septimam est formidandum; quòd autem quarta fuerit pessima facile perspicitur potest, quia febris acutissimae delirio, ac tremori magnis accessit alui fluor, qui tres prauas condiciones habuit, scilicet pauca excrementa, sincera, & biliosa. Paucae euacuationes semper malae sunt, quia (vt ait Galenus) de stilla sanguinis, signum est a prauitate, & copia materiae naturam stimulari; sed eam non valeo pro necessitate expellere. Similiter sincerae omnes deiectiones ab Hipp. tum secũdo progn. tum in Coac. magnopere damnatur; Haud secus, & biliosae deiectiones videtur semper malae, quòd indicia sint magni aestus. Erant autẽ sincerae deiectiones, quia proprio sero priuatae erant; quilibet. n. humor habet propriũ ichorem tum naturae necessitate tũ ob vsũ, quandoquidẽ quilibet humor à proprio ichore castigatur, vbi igitur humores isto priuati, pessimum est, tum ratione causae, tum ratione significatione causae, quia sine eo fiunt effraenes: ratione signi, eo quòd ingens incendiũ indicent. QVINTA DIE. Quinta die omnia dicit adhuc esse exacerbata; tremores permansisse, somnos tenues fuisse, & ventrẽ substituisse, hoc est eum exiguum fluore defuisse. Fluor qui fuerit symptomatikus, negari non potest; verũtamen quia praua euacuabatur, licet signis coctionis absentibus; attamen minuebatur aliqua ex parte praua materia; idq; saltẽ sequebatur, vt non auergeret malũ; atqui cessante aluo, & propterea tota praua materia in corpore retenta, iure factum est, vt cuncta sint paulò acerbiõra reddita, tremores perseuerauerint, atq; somni tenues extiterint, sed a materia retẽta vaporib. sursum elatis, atq; cerebrum excitantibus, quominus in somnum laberetur. Sed si dixit omnia grauiora esse facta, ad quid repetit tremores? Propter duas causas potuit hoc efficere; vnam quia tremor in eadem coctione permansit, secus quã cetera, quae aucta erant; altera quia videbatur aliquo pacto rationabile, vt cessare deberet, tũ quia erat tantũ in manib. tum maxime quia

quia fiebat ab humoribus incrassantibus neruus deferentes facultatem motricem ad manus. SEXTA DIE. Porro sexta die describit Hippocrates sputa fuisse varia, & subrubra, circa quae uerba dubitat Galenus unde nam huiusmodi sputa orta sint, cum Pythion neque pleuriticus, neq; peripneumonicus extiterit; neque etiam a capite proflixisset uerisimile sit huiusmodi sputa, quae cum tussi, cum anhelitus difficultate; nec non cum dolore lateris, & disunctim, & coniunctim fieri soleret. Tandem concludit magis probabile esse secundum primas thoracis partes, quae coniunguntur extremis colli uertebriis cumulata fuisse non multa excrementa; quae in radicibus neruorũ ad manus pertinetũ firmata; easq; comprimentia tremori efficacũ do occasionem praestiterint, eo pacto, quod dictum est; Atq; eadem excrementa pituitosa, & sanguinea extra reiecta sputum uarium, & subruentum redderint absque anhelitus difficultate, quae solet fieri, vbi uel in pulmone, uel in thorace, uel in humiliori bus musculis intercostalibus non autem superiõribus materia collecta. Cur deinde septima die os distortum sit, eadem effecit materia, quae sursum magis eleuata eos neruos, & musculos repleuit, qui ori mouendo famulantur, qua repletionem ueluti contracti nerui, & per neruos musculi os conterquebant instar illius affectus qui proprie κινδδης σπασμο's siue canina conuulsio appellatur, quamquam Cael. Aurel. lib. tard. 2. cap. 2. uidetur determinasse a canino raptu conuulsiones musculorum labia conlegantũ, quod haec semper acuta, illa uero etiam tarda sit passio. Dubitatum est ab antiquis utrum in huiusmodi conuulsionibus caninis morbus sit in parte cõtorata, uel sana. Sed res ita se habet, cum enim duo sint motus in hac contractione contrarij, contractio, & relaxatio; in contractione morbus est in parte contracta; at in relaxatione est in parte sana. OCTAVA DIE. dicit iterum cuncta esse exacerbata tremores permansisse, & urinas, quae ab initio usque ad octauam tenues fuerunt, & decolores factas cum suspensione nebulosa siue ut copiosè exponit Galenus media inter albam, & nigram: nam haec tenus fatis patet quarta quaque die factas fuisse exacerbationes; ut hinc humoris melancholici dominantis non exigue notae sese obtulerint, neque mirum est tremores permansisse; quoniam cum duae essent in hoc uero affectione, ut ait Galenus altera uenarum, quae febrẽ faciebat, altera uero neruorũ, & thoracis, excoctione inchoata quam monstrabant urinae cum suspensio nebulosa, iure febris iminutionem ostendebant; Atqui tremores perseuerabant, quoniam nondum materia illa thoracis, & intercostalium musculorum superiorum erat cocta. Atque hoc dico de materia illa peculiari, cuius simul cum uniuersali coctio ne procedebat, licet interdũ quae materia aliqua peculiaris, sed in distanti parte seposita coqui, & uniuersalis esse cruda quod memoria dignum iudicauit Galenus secundo in primo Epid. tertiam sect. exemplo Cratistonaetae, & Scymni pictoris ancilla. Erat autem tenuis urina, quia materia adhuc cruda erat; erat etiam decolorata, quia

A calor natius eam non coquebat ad partes supernas tuendas intentus. Addit autem Hipp. huiusmodi urinam habuisse nebulã nebulosã, quae uerba exponẽs Galenus inquit primum uerbum, nebulã, esse accipiendum. pro substantia secundum autem, id est, nebulosã, pro colore, qui est quasi medius inter clarum, & obscurum; fiebat hic color partim a pituita, partim ab humore melancholico. Cum autem DECIMA die sudauerit, atq; sputa subcocta fuerint, iudicatus est, quãquã circa ipsam iudicationẽ urinae fuerint tenues. Dicit Pythionẽ fuisse subinducatum decima die, ut habet aliqui tex. Graeci, uel iudicatum, ut alij, quoniam non fuit uera iudicatio, quia nec in sputis, neque in urinis apparuit absolute coctio, nec in die decretoria, sed in decima qua Galenus secundo decret. scribit fieri alienando falsas iudicationes ob errores accelerantẽs motum illum qui in undecima fieri deberet. At in sputis, erat quae dicit fuisse subcocta ὑποπνευ non similiter in urinis, quas dicit circa crism fuisse subtenues, ut etiam circa initia fuere tenues usque ad septimam; etenim quae coquantur semper fiunt crassiora, vt docet Arist. quarto metheor. imo putauit Galenus scriptum fuisse undecima; sed a transcriptoribus fuisse adulteratam. Cum ergo decima, uel undecima essent quidem certa coctionis indicia, non autem fuisset perfecta, ac propterea crisis facta esset nuper perfecta non absque ratione, post ipsam durarunt aliqua symptomata, licet non nominentur ab Hippocrate, ita ut ex acuto factus sit acutus per decidentiam sicque quadraginta die iterum iudicatus, sed per abscessum ad sedem, qui ad suppurationem a natura, & forsã etiam remediõrum ope deductus est, ac simul stranguriosus redditus abscessus, atque haec fuit Pythionis historia, postquã appouit non nullas notas sex. scilicet de quibus priusquã loquar. Tria sunt quaerenda, unum erit, cur cum multi intercesserint dies a decima usque ad quadraginta, ac propterea necesse sit multa occurrisset; tamen Hippocrates ea tantum commemorat quae quadraginta apparuerunt. Alterum est cur potius factus sit abscessus in fede, quam in ulla alia parte; maxime cũ antea ibi nullus apparuerit affectus; dicebat enim Hippocrates quarto aphor. 33. ubi in morbo aliquaes partes patiuntur, ad eas solere fieri abscessus, ut hac ratione potius in superioribus, scilicet in thorace debuerit fieri quod doluit, quam alibi. Tertium erit, quid significet abscessus stranguriosus & cur factus sit. Circa primum puto Hippocratem omisisse ea nominare, quod post undecimam diem reliquisset aegrum, nec quicquam de eo amplius intellexisset, quam quod post contigit quadragesima die, ita enim consueuisse facere non paucos medicos certum est, qui vbi vident morbum in tuto positum, alijs inferioribus medicis reliquias morbi penitus superandas permittunt. Alia etiam potuit esse ratio, quoniam nil interiecto tempore commemoratu dignum contigerit; praeter ea quae antecesserunt, nã ubi uis, atque impetus morbi sunt remissi, solet natura, quod superest uincendum uel paulatim finire, uel materiam in aliquas ignobiles partes absq; molestia conducere, donec eas nimis multiplicatas, uel extra

extra pellat; uel in alias ignobiliores regiones abscesus modo transmittat; ut uerisimile est Pythioni contigisse. Circa secundum multae causae conuenisse poterunt, ut potius circa sedem factus sit abscesus, quam circa illam partem: una quod illa pars fuerit infra morbum, & inferior, cuiusmodi abscesus maximè solet diligere natura; altera quia ut Galenus scribit nono de med. loc. cap. sexto, sedes cum sit receptaculum, uel potius transitus excrementorum cibi, & humorum acrimia facile ea pars irritatur, atque irritata suscipit, & inuitat naturam ad eomittendos superfluos humores; postrema quoniam forte hic homo assuetus erat frequentibus sessionibus, ob quas ea pars infirmior facta facile fuit, ut ipsa sese natura per eam exoneraret, nam & Aristoteli quinta. probl. 14. & sexto, prob. primo dicebat alios ob huiusmodi nimias sessiones pingues fieri, alios uero extenuari; quod qui humoribus abundant excrementitiis, nisi motus eos consumat facile corpus uitiatur, & ob id contabescat. Ad tertium putant aliqui inter quos etiam Galenus abscesum stranguriosum fuisse diuersum in Pythione a sedis abscesu; quasi uero humores, qui in partibus superioribus antea offendeant infra delati partim in sedem decubuerint ibique sint suppurati; partim ad uesicam praecitati sua acredine eam irritantes, & mordentes urinae stillicidium cum dolore peperint. Sed quamquam hoc uerum esse possit, haud tamen absurdum est, ut uideatur putare Galenus etiam potuisse contingere ut ab illo eodem abscesu sedis suppurante & continuo uesicam contrectante communicata ipsi sit intemperies ob quam urina reddita mordax neque a uesica sustineri potens illud stillicidium, seu strangurium peperint, haud secus atque contingere solet aliquibus praegnantibus, in quibus dum ab utero pleno & grati comprimitur uesica, & accenditur, haudquaquam urina potest contineri; & in hanc interpretationem eo magis inducor, quod Hippocrates non dixit factum esse Pythionem stranguriosum, cum abscesu sedis, at ei factum esse abscesum, sed stranguriosum. Modo pauca denotis, seu characteribus hic in fine positus cum Galeno dicamus; etenim ueteres ufos esse notis, uel puris elementis & characteribus ad res ipsas significandas, hancque consuetudinem ab Aegyptiis primum fuisse monstratam satis conspicuum est; & quamquam ob plures occasiones id facerent, ut docent qui de notis hieroglyphicis conscripserunt; posteriores tamen ea una potissimum causa fecerunt, ut dum a distantibus accipiebant; eos celeriter loquentes assequi possent, ut ex Martiale aliusq; colligere possumus. Cur uero Hippocrates usus characteribus in multis aegris horum librorum comperitur, si tamen eius sunt ut uidentur ueteres, & Galenus negasse puto causam fuisse quod occupatissimus in aegris curandis magna celeritate inscribendis obseruatis indigeret, quam sanè melius assequi non poterat, quam breuiter, & per notas scribendo. Unde prout usus, & celeritas sibi erant expetendi, sic modo breuiter, modo breuius, modo breuissimè scriptabat: possumus item dicere id fecisse Hippocrates, ut etiam in rebus dubiis iudicium suum

proderet. Et sanè haud ita facile puto huiusmodi notas sibi uini Hippocrates forsitan rectè cognitatas interpretari. Verum tamen quia uiam a Galeno nobis stratum habemus, illi ipsi insistemus, & ne quae ab ipso scribuntur hic praecitas, & inuitata proponamus, sat est huiusmodi characteres secundum Galeni expositionem hoc significare. Pythionem hunc probabile esse multitudinem urinarum quadragesima die fuisse sanatum; Vtrum autem, quod aliqui dubitant, sit metiendum quadragesimus dies ab initio morbi, an a decima qua facta fuit indicatio imperfecta mihi magis placet, ut numeretur ab undecima; quoniam non apparet ex uerbis Hippocratis potuisse intra id tempus fieri iudicationes per urinas; ad haec stranguria, quae facta fuit morbi quadragesima haud potuit iudicare, cum per eam, quae est purum stillicidium ingens ulla copia urinae, quae facit iudicationem exernatur. Verum fieri quidem potuit, ut post quadragesimam exstranguria relicta sit in renibus & uesica intemperies calida, cuius uis natura sit inuitata & excitata ad deponendum eo, quicquid humoris molestabat. Iam de curatione, cum initio morbus satis fuerit acutus, ualde consentaneum est uictum tenuissimum fuisse sibi constitutum, & quoad remedia pertinet Hippocrenus cum morbus esset periculosus debuisse Hippocratem prima die sanguinem mittere, nisi uenter incoctum cibum tenuisset, aut omnino altero, id quod etiam innuit Auer. septimo. coll. cap. primo, ex sententia Auencio. ex quo loco licet colligere, priusquam ad sanguinis missionem deueniatur, etiam si morbus sit periculosus, & acutus, alium debere ex euacuari a cibo incocto, quod sit uel media, uel subductione alui, qua & stomachus, & intestina exinaniantur, nam qui putant, semper solum clysterem sufficere ad commode, & ex praescriptis ueterum, educendos cibos incoctos priusquam mittatur sanguis, longe falluntur; si quidem clysteres uix ad intestinorum mediam regionem perueniunt cibi autem incocti magna ex parte supra intestina media, & prope mesentericas retinentur, ut nisi prius inde pellantur periculum imminet ne facta sanguinis missione magna pars ipsorum a uenis euacuatis trahatur. Ex quo multo rationabilius, est neque semper medicum quod contentum solo clystere, neque semper ad subductorium medicamentum confugere, sed prout animaduertit uel minus incocti cibi in in superna, uel inferna parte uentris contineri sic modo hoc, modo illo uti adiutorio. Ad sciscitabitur forte aliquis quomodo Hippocrates probauerit sanguinis diminutionem in aegro tremente, cum tremor sit pura foboles motricis facultatis imbecillae milies docuit Galenus; nisi respondeamus imbecillitatem Pythionis a plenitudine originem duxisse sicut in famula styngari cui cum menstruum diminutione trementi secta uena tali Hippocratis consilio miram opem attulit. Quantitas etiam sanguinis copiosa esse debebat, uel repetita. Tum praeparandae uiae coquendi humores & uacuandi: sed quia tremores, atque oris distorsio affici neruorum principium indicabant, iccirco opus fuisset uti frictionibus, inferiorum ligaturis, uescanti-

tantibus, ac principio nucae applicare unguentum costinum, uulpinum; uel quoddam aliud ea acrare magis usitatum. Cael. Aurel. qui secundo tard. cap. secundo distinguit spasmus oris a con-

uulsione canina, quam facit acutam, ait hanc curari paralysis curatione, scilicet embrocationibus, emplastris, aliisque plurimis ex ueterum sententia propositis medicaminibus.

## HISTORIA DECIMASEXTA.

**H**ERMOCRATEM, qui decumbebat prope nouum murum, febris magna corripuit: incepit autem dolere capite, & lumbis: hypochondrij tentio molliter: lingua uero incipienti exusta est: surditas statim: somni non aderant: siticulosus non ualde: urinae crassae, rubrae, sepositae non subsidebant; ab aluo autem non pauca, combusta egrediebantur. **Q**UINTA mixit tenuia, habebant enacorema; non subsidebant; ad noctem delirauit: **S**EPTIMA ictericus; omnia exacerbata sunt, haud mente constabat. **S**EPTIMA moleste; urinae tenues, similes, sequentibus similiter. circa uero **V**NDECIMAM existenti, cuncta uisa sunt alleuari: coma incepit, urinae crassae, subrubrae. infra tenues, non subsidebant; quiete intelligebat. **D**ECIMA **Q**UARTA absque febre: non sudauit, dormiuit intelligebat omnia; urinae similes circa **D**ECIMAM **S**EPTIMAM existenti rediit: calefactus est. sequentibus febris acuta, urinae tenues, rursus autem **V**IGESIMA iudicatus est: sine febre: non sudauit, cibum auersabatur toto tempore: intelligebat. loqui non uolebat: lingua prae arida; non sitiebat, dormiebat, comatosus: circa uero **V**IGESIMAM & **Q**UARTAM iterum incaluit: aluus humida multus tenuibus fluens, & sequentibus ebris acuta, lingua combusta est. **S**EPTIMA & **V**IGESIMA mortuus est; huic surditas usque in finem permanebat: urinae crassae, & rubrae non subsidentes, uel albae & decolorae; & enacorema habentes, gustare autem non poterat. **P. D. S. V. S. M.** id est probabile deiectionibus suppressis, vigesima septima mortuum.

**H**ERMOCRATES, Qui decumbebat. Quis fuerit hic Hermocrates nec facile est, nec multum interest scire; Etenim multi hoc nomine memorantur a scriptoribus Sophistae, & inter coeteros duo insignes, alter ob auaritiam, qui cum intellexisset sese in recuperanda sanitate expensurum plus dracma, perire, quam pusillum sumptum facere maluit; alter ob mendendi infelicitatem, quippe quem ubi aliquis aeger somniabat habere medicum protinus interibat; unde Martialis, de quodam defuncto loquens: In somnis, ait, uidebat Hermocratem; at cum Hippocrates commemoraret illius habitationem, aut propter ignobilitatem id fecit, aut quia essent alii complures eiusdem nominis; narrat Galenus nonnullis interpretes forsitan curiosos nimis uoluisse ab Hippocrate fuisse appositam habitationem, quod qui muros, & domos recenter calce oblitos incolunt morbis grauibus rentari soleant, qualis fuit praefens, atqui hoc tanquam uerissimum, scilicet a recenter illitis domibus aegrotare homines confirmatum reperitur

apud Galenū primo. prorr. octauo. ubi praeceteris mētis uitia succedere, & deliria dixit, licet non ita laethalia; quemadmodum quae ab internis causis fiunt. Quod uero alii ut ipsemet Galenus testatur imaginati sint Hippocrate apposuisse murum nouum, quasi ob murum nouiter; & praeter consuetudinem eius domui inductam, haud bene perflare tur a uentis; proptereaque morbo esse, certe nimiae ingenii lasciuiae opus est, quamquam non negetur a quoquam multum facere ad sanitatem habitationes quibus uentis illae aspiuntur, ut docuit Hippocrates libro proprio de habit. Vitruuius, atque Laetius apud quem legitur Emped. uocatum fuisse καλοσανέμων quod cum unimaduertisset Agrigentum patriam suam a nonnullis uentis insigniter uitari, eos; ocellis per quos flabat montium interstitiis, prohibuit, sicque patriam liberauit. Deaetate, & corporis habitu, conicit Galenus fuisse iuuenem, & robustum, quia cum acutissimo morbo laboraret ipsum cito necare debebat, nisi iuuenilis aetas, & uirium robur ipsum usque ne uigesima septimam protraxissent. At de his satis, quae licet uideantur

deantur superuacanea, & nimis diligenter examinata, haud tamen profus inutilia, & inuicunda cognita sunt. Itaq; ut Hermocratis casu pro more examinentur ab us exordiar, quae passus est a P. R. I. M. A. die usque ad quintam; primum enim quoad actiones laeas animales statim facta est surditas, & vigiliae, nec non capitis dolor, & lumborum: naturalium laesa est appetentia, quia siticulosus fuit. Ex mutatae excrementis habuit urinas crassas rubeas quae sepositae nullam subsidentiam faciebant excrementa alui non pauca, sed combusta exhibant, in qualitate mutatis erat totius corporis ignis, quod ipsa febris erat magna, ut propterea Hippocrates more suo ignem uocavit, nec non tensio mollis hypochondrii, una cum linguae abfinitio facta exustione. Quae symptomata cum sequuta sint febrem magnam, atque eam ferè cuncta ab initio; planè probabile est fuisse ardentem, atque eam ab hepatis inflammatione originem duxisse; uix enim possunt statim esse febres ardentes, nisi alicuius praecipui uisceris antecedentem inflammationem sequantur. Sed dicit aliquis debet ne huiusmodi febris vocari morbus, an accidens? nam ex una parte hic Hippocrates uidetur constituisse ipsum morbum, cum statim dicat Hermocratem corripuisse ignem, quali uero prior morbus, a quo fuit occupatus magna febris fuerit. Ex altera parte est sententia Galeni saepius repetita ut quarto aphor. 66. 73. & septimo 42. & primo Epid. com. tertio, ter quarto, veteres non appellasse febres, quae erant inflammationibus iunctae, seu potius ipsarum sequaces; sed nomine ipsorum uiscerum inflammatorum, ut phrenetidis, hepatidis, peripneumoniae, pleuritidis, atque similibus. Dicens uerè inflammationem iocinoris fuisse morbum principalem quia prima die apparuerunt ipsius manifesta indicia, & uerè pathognomica. ut sitis, linguae exustio, foeces exustae, tensio dexteri hypochondrii licet uacua, & non dura hoc est sine tumore apparente, exterius cum esset in sima iocinoris parte. Veruntamen uoluit primo loco febrem recedere Hippocrates, quod inter symptomata quibus cognoscuntur morbi primum locum ipsa teneret, suaque magnitudine maximè, & euidenter laederet. Igitur Hermocrati factus est statim tumor inflammatorius in hypochondrio dextero, hoc est in ipso iecore, quod Empedocles ut ait Plutar. quinto sympos. octauo, uocabat *πολυαιματον* quia abundet sanguine, & ob id ualde obnoxium inflammationibus; etsi enim Hippocrates indefinite hypochondrium nominauerit, attamen ut praecclare monstrat Galenus tum propter uisceris ipsius praestantiam, tum propter naturam symptomatum, quae statim apparuerunt, necesse est intelligamus dexterum. Quae uero fuerit causa, cur potissimum hanc aegritudinem contraxerit, certi non potuit esse habitationis conditio, uerum potius ingluuies, ob quam sanguis in iecore multiplicatus ibique aliquarum obstructionum occasione cohibitus, & conclusus primum tensionem induxit non admodum insignem, sed molliuisculam, ratione substantiae molliis ipsiusmet uisceris, post putrescens atque flagrans ob uentriam transpirationem, uapores feruidos in cor, atque

proxima ipsi uasa magna transfudit, unde adenti febris occasio est oblata quamquam poterunt etià & potus uini generosi & rerum calidarum, & carnis bubulcae esus, ut Hippocrates libro de intern. aff. in secundo morbo hepatico attestatur eiusque partis compressio, uel percussus efficere, ut sanguis ibi colligeretur promptius: etenim Galenus octauo de med. loc. cap. sexto scribit quod cum omnes uenae, & arteriae iocinoris habeant angusta oscula, qua parte sima cum gibba committuntur obstructionem aliquando uitiolorum humorum contingere, ad quam putrefacti sequitur in calidi breui, in frigidi non cito, sed temporis progressu. Vtrum autem, in conuexa, an in concava iocinoris parte fuerit tumor, symptomata, quae apparuerunt prima indicant, fuisse initio concava; sed ut uidetur Galenus sensisse putandum est tandem utrisque fuisse communicatum. Cum ergo uisum sit, quomodo febris generationem habuerit, modo reliquorum accidentium naturam, & generationis modum perpendamus; quod enim doleret caput, & tibi focus putredinis in iecore existens effecit, qui proximus lumbis ipsis existens, iisque calidam intemperiem comunicans dolorem peperit, sicut uapores putrides, & feruidos in caput mittens non modo induxit dolorem uerum etiam uigilias atque surditatem. Quod porro linguam exulsum, atque sitim modicam habere, ab eadem causa profectum est liquidem cum lingua superposita sit tã oesophago, quam asperae arteriae; aequè fulgines ac torridi uapores utrinque ad eam ferantur, qui ipsam exsiccant, & denigrant, simulque sitim inducunt. Sed dubium est, cur non ad modum sitiret. Galenus dicit uel ob delirium uel quia naturalis facultas uentriculi extincta esset. Sed neutrum erat in Hermocrate qui non delirauit ante quintam; nec quae potuit initio uim naturalem habere emortuam. Igitur puto sitiuisse quidem, sed non admodum respectu fucitatis linguae, eo quod aliqua humiditas acapite flueret, quae non sineret ita sitire uel lingua exulta non percipiebat sitis magnitudinem. De urinis scribit Galenus rubras quae modo ait Hippocrates secundo progn. esse quodammodo medias inter bonas, & prauas, nec mortem; sed morbi longitudinem portendere, quod inflammatione iocinoris umquam fiant bonae, impossibile est, quoniam cum ibi fiant, & per gibbas partes in uescicam effundantur, iis inflammationis necesse est quoque urinae accendantur; proptereaque rubrae, & interdum praerubrae reddantur, ut Hermocrati contigit, cuius urinae etiã fuerunt crassae, & sine contentis, proptereaque morbus in initio erat, necdum poterat natura coquere, & crassum a tenui separare; sic enim dicit Galenus & rectè crassas urinas nec subsidentes uocari turbidas, & crudas, nec non multo spiritu plenas, instar multae, sed subsidentes initium aliquod coctionis monstrare, ut etiã primo de cris. 2. dicit. Coeterum cur ab alio copiosa excernerentur, & combusta, fuit, quia ut scribit Galenus & hic, & citato loco de med. loc. ubi ingenti calida intemperie laborat iecur, & praesertim in concava parte alimentum, & humores attracti comburuntur, atque ad intestina mittuntur; imò uero praecedente

cedente morbo saepe usu uenit, ut etiam carnes ipsiusmet uisceris colliguntur, sicque peruentem bilis crassa graueolens, & abunde colorata euacuetur, ut in pestilentibus febribus contingit, atque haec omnia facta sunt in Hermocrate primis quatuor diebus, quantum ego puto arbitrio continuatis cum iam dictum sit a principio factam fuisse iocinoris inflammationem, quae forsitan propterea est facta statim, quia is calido iecore donatus erat, in quo statim fieri putredines ubi obstructum est, retro iam diximus. Verum posset aliquis mirari cur Hippocrates usque adeo confusè narret, quae Hermocrati contigerunt; & Galenus qui hanc dubitationem uidit, dixit in com. hoc fecisse Hippocrates quia his diebus nil non contigit. Sed cum morbus esset acutissimus non uidetur fieri posse; ut a prima die usque ad quintam nihil contingeret. Quare multo satius erit, si dicamus his diebus Hippocrates non uisitasse Hermocratem, sed ea quae narrauit percunctasse abstantibus, & prout ei narrabantur, ita etiam commemorasse. QUINTA DIE dicit Hippocrates Hermocratem urinas reddidisse tennes cum suspensione, sed absque sedimento, nec non sub noctem delirasse, delirium quidem iure subsecutum esse uigilias, ut ferè semper solent, qui deliraturus sunt, uigiliare, eo quod acres uapores, & fucit, qui stimulant cerebri membranas dolores, & uigilias inducunt, iidem acuti, & perdurantes temperamentum totius cerebri paulatim peruertunt; unde Aegemoniacae facultates mirum in modum laeduntur, & pro laesionis magnitudine actionum quoque detrimenta apparent. At quod urinae statim fierent tenues cum nebula, & sine sedimento euenit, quia materiae in sublime ferebantur, ut ostendebat suspensio, quae a statu fiebat: etsi enim urinas crassas dixerit Hippocrates capitis laborem adfuerunt potenter, attamen alia ratione: praedicta possunt etiam tenues idem indicare; illae quidem ob turbationem, & tumultum in uasis existentem, ob quos facillè uapores in cerebrum feruntur; haec uero quod quae materia urinae immixta eam crassam redderet; in alias partes, & praesertim in caput sublata illud malè afficit. Iure autem nocte factum est delirium, quia ubi caput a partibus infernis laeditur, tunc potissimum laeditur, quando sunt euaporationes maiores, quae praesertim nocte fiunt; quia calor tunc magis intro cogitur; unde augetur incendium.

SEXTA DIE acerbiora successerunt, cum de iecore maiori, & quod pessimum est, cum icteritia; haec enim ubi mentis lesioni coniungitur, ut saepius dicit Hippocrates in Coac. mortale est. Coeterum circa hoc symptoma quatuor speculatione digna sunt, unum est quid sit icteritia, alterum a quibus causis fiat, tertium utrum qui icteritia laborant cuncta flaua intueantur, quartum & postremum vtrum hoc symptoma in Hermocrate fuerit laethale. Quoad primum icteritiam Barbari uocant, quam morbum regium appellant Latini Lucretius libro quarto de natura. eam appellat arcuatum morbum; dicitur enim morbis regius, quod ut ait Celsus modo quodam regio, scilicet delitis, & blanditiis cura

tur; dicitur etiam icteritia a quadam aue quae icteros appellatur a Graecis *ικτερος* dicitur. Latini nostri appellant Galgalum; & omnes ferè scriptores existimant hunc morbum ita uocari, quod haec auis id habeat peculiare; ut quocumque ictericos intueatur, intra se morbum attrahat, & curet, & Plutarch. quinto sympos. septimo multa de hac aue praecleara narrat, & inter coetera hanc auem statim atque animaduertit aliquem ictericum oculos ab ipso auertere, non quasi incidat huic egregio remedio, sed quia oculi ipsius ualde offenduntur ex quo locò etiã Plu. colligit fascinoes quae fiunt ex oculis, maxime ueras, & naturales esse; hoc igitur symptoma nil aliud est, quam effusio bilis per uniuersum corpus, & praesertim per oculos, & Plinius magnopere miratur, quomodo bilis, quae tamen est humor, angustas illas oculorum uenas penetrandi uim habeat. Fit autem icteritia duobus modis criticè, & symptomaticè, symptomatici fit, uel quia in iecore propter intemperiem calidam gignitur maxima bilis copia, quae cum non possit attrahi, neque contineri a propria uescica a natura stimulata per uniuersum corpus effunditur, quae effusa subter cutem eam maculat, & deturpat. Vel fit quia impedita est uia ab iecore ad uescicam prorepans; seu quae a uescica ad intestinum duodenum procedit. Quoad secundum a tribus causis fieri potest hic morbus ab inflammatione, ut Hermocrati contigit, uel propter obstructionem, quando scilicet laborantes abundant humoribus crassis, & uiscidis, qui sanguini, & bili commixti obstruunt, quo minus pateat transitus a uescica ad intestina, uel propter duritiem aliquam, ueluti propter scyrrum. Quoad tertium certe complura neque poenitenda haec de re, & forsitan primi diximus in lib. uariarum lectionum, ut ea legentibus omnis labor superuacaneus sit, qui hoc ipso in loco sumatur; nihilominus haud inutile erit repetere multos extitisse, qui dixerunt arcuatos omnia quae tuerentur flaua conspiciere, & rursus non fuisse qui de icteritia tractant penitus huiusmodi symptoma siluerint, itaque in rerum natura minime competatur; etenim ualde mirum uideretur Hippocrate Aui. alioque celeberrimos auctores de morbo regio tractantes tam notabile symptoma tacuisse, si illud experientia comperissent: ut propter hoc in eam libenter sententiam ueniam forsitan aliquod genus reperiri admodum raram, in quo quae conspiciuntur lutea appareant. Verum ipse qui diligentissimè in innumere de hac euentu, sum percunctatus, nunquam audire quemquam potui, qui sese illud habere fatereatur. Quoad quartum & postremum ex una parte uidetur semper icteritia ante septimam die esse laethalissima ut scribit Hippocrates quarto aph. 64. & in Coac. dicit sexta die morbum regium esse semper malum & inlidiosum. Ex altera parte est ipse met Hippocrates qui libro quarto auct. tex. 81. dicit in febribus biliosis si icteritia fiant ante septimam diem a febre liberare. Praeterea Plinius libro 26. cap. 12. scribit Hippocrate tradidisse morbum regium ante septimam diem laethale esse sed hoc minime uerum esse, quia multos narrat se uis-

diffe



diffe ab hac desperatione liberatos, adeo ut Plinius manifestissime asserat morbum regium ante septimam diem non semper malum esse; & Auenzoar, qui uixit in Hispania 112. annis, quo tempore maxima foelicitate Medicinam fecit libro primo tract. decimotercio, cap. vltimo damnat ueteres, quod exstimarent morbum regium malum esse ante septimam diem; cum enim fiat a bile, quae est humor tenuissimus, quaeque cito mouetur, cito etiam iudicatur Auer. tertio. col. 23. ut forsitan tueretur Hippocratem ab hac calumnia dixit, quod ab Hippocrate scriptum est fuisse verum in patria ipsiusmet Hippocratis, scilicet in Graecia, non tamen in Arabia, & alibi, sed hoc mihi haud placet, quia idem Hipp. in fine prog. scribit sua scripta & in Africa, & in Scythia, & in Delo uerissima esse. Dicendum igitur potius est morbum regium fieri vel a mera bilis effusione, vel cum duritie aliqua iecoris: primo modo salutaris est, atqui secundo modo semper malus est, siue fiat cum iecoris inflammatione, siue obstructione, uel duritie simplici. Inquit igitur in Hermocrate fuit cum iecoris inflammatione, ideo fuit laethalis, & eo magis quia delirauit, iam uero scribit Hippocrates in Coac. & Prorr. quod quotiescunque morbus regius fit cum delirio, esse semper signum exitiabilissimum, quod fit indicium bilem non modo in uniuersum corpus, uerum etiam in cerebrum distundi.

SEPTIMA. Iam uero die SEPTIMA grauius eum habuisse dicit, uirinaeque tenues, & similes prioribus usque ad secundam fuisse, quo in loco animaduertendum est uocem illum grauius haud esse simpliciter accipiendam, quando dixerit & initio, & quinta die male habuisse, & cuncta fuisse exacerbata; sed debet intelligi, quasi sicut antea grauius se habebat, pariter quoque sese usque ad undecimam habuerit, quia die cum solet natura non finire morbum, sed aliqua euacuatione, aut decubitu salutem promittere, factum est ut uisa sint omnia remissa, quando quidem coepit dormire, licet non naturaliter, sed soporosè; urinae factae sunt crassiores & absque subsidentia, aliquantulum mente constitit; atque sic usque ad decimam quartam permanit. Verum circa haec nonnulla occurrunt consideratio ne digna: primum est quo pacto potuerint remitti omnia in morbo admodum periculoso & crudo absque ullis coctionis notis. Alterum est quomodo urinae possint fieri in summa parte tenues, & in ima crassae, nam si crassities fit ab humoribus crassis uerisimile est crassas partes perire fundum, ac propterea potius in summa parte attenuari. Circa primum dicendum est iure Hippocratem dixisse uisa esse omnia mala remitti, quod nullo modo uere facta fuerit remissio, sed ignaris medicis & astantibus sic apparuerit, quia cum ante uigilaret, & miserè angeretur, quiescens, & in somnum inclinatus, proptereaque minus delirans poterat uideri aliquibus melius degere, atqui dicebat Hippocrates initio secundo aph. somnum, & uigiliam si modum excesserint utraque mala esse; Coeterum dicit rursus aliquis, quo pacto quo febre acuta, & ardente ex iocionis inflammatione laborabat, potuit in coma labi, quod uniuersum fit potius ad humidum, & frigidum.

Respondet Galenus & rectè fieri coma, hoc est in somnum propensionem, uel refrigeratam, uel humectatam, uel simul refrigeratam, atque humectatam cerebro; aut ob facultatis animalis imbecillitatem. Humectato a pituita cerebro fieri non potuisse ex ipsius febris natura uere probat. Coeterum utrum ex refrigeratione an ex imbecillitate facultatis id proficeretur, indeterminate omisit; unde alii interpretes dixerunt tum langore caloris natui, id est frigore; tum imbecillitate facultatis id Hermocrati obtigisse. Verum neque ego intueri possum, quo pacto coma potuerit ex his exitiosissimis causis oriri, in eo qui coetero qui deterius non habebat; imo in decima quarta fuit absque febre, ut uidebimus dormiuit atque mente constitit. Itaque; potius mihi dicendum uidetur, uel coma Hermocratis haudquaquam fuisse soporosum, sed potius uigil. in quo. s. oculos quidem clausos tenebat, uerum non dormiebat, atque rem ita sese habuisse uidentur subsequente uerba decima quarta diei significare, in qua ait Hipp. ipsum dormiuisse quasi uero ante non dormiret, sed clausis oculis uigilaret. Fieri autem huiusmodi coma, uel a frigidis fucis putrescentibus, ac propterea acrioribus redditis, uel a biliosis, & pituitosis simul mixtis demonstrauit Galenus in libello illo de comate, quem milites ipsemet citat, demonstraturaque est adhuc saepius in hoc eodem libro quod uero in Hermocrate fuerint simul & biliosi, & pituitosi fucis indicari ut satis urinae crassae, foeces exultae, lingua arida, imo uero tota ipsa morbi id ea, uel dici potest cerebrum ut ait Hippocrates libro de gland. esse arcem, & metropolim humidi siccidi uilcidi propterea in eo semper aliquid tale esse quod interdum a feruidis uaporibus. eliquatum, & per cerebrum fufum illud irrigans propensionem saltem in somnum facit. Circa secundum dicendum est uere per se urinas potius in fundo, quam in summo crassities praefere, sed per accidens potest secus esse scilicet ob flatum, qui sicut in musto eleuat foeces, ac racemos quae sunt partes grauiiores, easque ex superficie retinet, in fundo uero permanet liquor neque leuior, haud secus in urina spiritus contentus partes crassiores subleuans in summos eas continet, quod etiam poterat indicium esse aliquas partes crassiores, & crudas a uaporibus, & flatu in caput tolli, nec non biliosis, & acrioribus fucis commixtas coma uigil. quemadmodum dixi. producere. Sequuntur. QUARTA DECIMA diei symptomata priusquam examinare aggrediar. illud notare debetis, quod etiam ab aliis adnotatum obseruauit, nempe Hippocratem in rebus praesentis aegrotantis enarrandis haud singulos dies separatim fuisse profectum, ueluti in aliis plerisque fecit, sed per quaterniones enumerasse praeterquam quod a quarta usque ad septimam singulos recensuit, & causa fuit, quoniam in quarta usque ad septimam morbus maiori celeritate ferebatur, quam celeritatem cum ex parte deposuisset post septimam factum, est ut singulis quaternionibus tantum notabiles mutationes habuerit, quae post modum aliarum mutationum succedentium fuerunt indicatrices; & Hippocratis tertio progn. septimo scribit in morbis

morbis acutis, qui futuri sunt productiores, cum habeant principia similia, difficile esse euentum praedicere, & iccirco spectandos esse singulos quaterniones, in quibus mutationes factae docere possunt futuros successus. Igitur DECIMA QUARTA ait Hippocrates Hermocratem fuisse liberum, non sudasse, dormiuisse omnia mente comprehendisse atque urinas eadem habuisse. Quod spectat ad febre, mirum uidetur quomodo potuerit absque perdurante iocionis inflammatione, nisi dicamus hac die coepisse etiam inflammationem dolose remitti, cum coqui, & maturari non possent; ac propterea februm quoque remissionem desinere in febribus quendam speciem. Galenus multa hinc dicit in ostendendo fallaciam morbi, qui saepe uidetur desinere, cum tamen adhuc ferociter, siccus; ignarus medicos fallat, & certè illud uerissime dicit, quod etiam alias ex Hipp. proposui, nempe non esse fidendum, neque morbis, neque symptomatibus absque signo & absque ratione delinens, quoniam frequenter reuertuntur, & interdum etiam exitum asserunt; quando, scilicet natura praee imbecillitate pugnam cum morbo dimittit; sic enim in tumoribus inflammatorijs fit, ut cum natura conuocare, & maturare eas nequit, cessent illi dolores, & febres, quas alioquin dixit Hipp. maturacionem comitari; id quod Hermocrati contigisse uerisimile est. Coeterum iure quaeritur a nonnullis cur Hippocrates memorauerit, quae non acciderent, & cur potissimum sudorem; nam uidetur superuacaneum, cum infinita potuerint non accidere, ea uelle recedere, maxime quod nihil agant, nec indicent. Sed nec Hippocrates hoc absque ratione fecit, quia cum docere uellet illam febre non uere fuisse solutam, nec criticè licet in die decretoria, subiungit causam, scilicet omnis euacuationis carentiam, quasi dicat quia potuit illa febris esse soluta uere, quae nullam euacuationem fecuta est; Quod porro sudoris nomine intelligat alias quoque euacuationes clare ex eo colligi potest, quod febres ardentes, cuiusmodi sunt inflammationum, uiscerum sequaces potissimum sudore solent finire, unde eo non existente non uerisimile est ullas alias euacuationes criticas affuisse, maxime quod urinae similes essent, hoc est absque coctionis signis: Sed si dolosa erat febris decessio, cur igitur dormiuit? cur mente constabat? Dormiuit quia, qui antea erat sopor seu coma uigil consumpsit uaporibus acrioribus, & calidioribus remanserunt frigidiores fucis, qui nihilo magis tutum morbum reddiderunt, & si effecerint ut dormiret, quia similiter ratione fiebat, ut desisteret delirium, nempe quod fofoles est materia calidae; & certè propter tres causas possunt, qui pessime habent, uideri melius ueluti, uel quia facultas sit emortua, ut in membro post inflammationem grangeaenato, in quo cessante coctione ob caloris mortificationem cessant symptomata; uel quia excrementa non amplius agitantur ob naturalis facultatis imbecillitatem, ob quod cum non occurrunt nouis partibus: quae prius possidebant consuetudine insensibiles faciunt, licetque contingit tempore leuiori dolore, uel quia extremos conatus faciente natura excrementa a partibus nobilioribus, & sensibili

rioribus ad minus nobiles, & sensibiles pellit, quod fuisse in Hermocrate dicitur aliqui. Verum ipse se sentio, cum hoc in ualde proximis morti fiat. Hermocrates autem post quatuordecim uixerit ad huc tredecim diebus: unde potius fuit ratio, quam ante attuli, scilicet quod natura non moueret uapores acres, & calidos, sed quasi quiesceret paulisper. Vtrum autem in hac specie remissionis morbi uires essent ualidae ex quarum & morbi comparatione certum fieri potest futuri euentus iudicium, ut secundo progn. perhibent Hippocrates, & Galenus haudquaquam uerbis Hippocratis colligi potest, quoniam ut ait Galenus hoc in loco Hippocrates nullam facit unquam pulsus mentionem, qui certissimum est uirium iudicium.

DECIMA SEPTIMA. Post decima quartam proximus quaternarius est decimus septimus in quo iterum uis morbi inualuit, quod scilicet permanente inflammatione iterum succi, & uapores feruidi cumulati, partim cor petierint, unde febris acuta, & ualida successit, quae sequentibus quoque diebus durauit, partim in caput rapti delirium renouarint, proptereaque urinae tenues sicut antea remanserint, nimirum biliosa, & feruida materia a uis urinae alio abducta. Sed dicit aliquis cum in decima quarta fuerint bona satis signa, & in decima septima nihilo deteriora, quam prius secuta sint, erat ne timendum magis an sperandum? Respondetur signa duplicia esse, ut saepe docui alia coctionis, alia salutis, & mortis; quod ad haec postrema non erant admodum exitiosa, & propterea quantum esset exitiosis nihilomagis erat metuendum, quam antea: quod uero ad signa coctionis existentibus urinis tenuibus proptereaque cruditatem ostendentibus, erat formidandum ne uires in tanta morbi uis usque ad concoctionem possent perdurare, quae admodum Hippocrates docuit secundo progn. text. 31.

VIGESIMA DIE ait Hippocrates iterum esse iudicatum; atque a febre liberum euasisse, nec tamen sudasse. Et certè haec etiam fuit fallax iudicatio nempe quae citra ulla signum ullaque euacuationem facta est; nec potuit alia esse causa quam quod materiam impraeparatam uis debilis nequibat propellere, proptereaque in quiete permanens uapores ad faciendam febre, atque delirium minimè mittebat. Nisi tamen dicamus dictionem illam *ἐπισημαίνουσα* ita esse accipiendam, perinde ac dicat ipsum fuisse a febre liberum iudicatum, scilicet a medicis, uel astantibus; sed cibum abhorrebat: id quod tribus de causis fieri potuit, uel propter uitiosos humores eo uentriculi contentinantes; uel quia facultas appetitrix esset emortua, uel propter mentis laborem. Galenus existimat Hermocratem a cibo abhorruisse propter facultatis debilitatem: Ego uero potius puto propter uitiosos humores; quia Hippocrates in fine historiae, dixit Hermocratem laborasse inappetentia toto morbi tempore, in quo non est dicendum facultatem fuisse ferper languidam. Loqui etiam nequibat; quae lingua arida, haudquaquam a prostrata uirtute mouebatur; sicut ipsa sitis & siccitas m-

nimè percipiebatur ab eo, quamvis iure adesse, ut ob hoc etiam nequeunte ipso aegro vigilare quaedam somni imago, & comatis a frigore, seu caloris defectu inducti apparet. Etenim quod dicit Galenus verissimum est, cuncta quae appauerunt, fuisse emorientis vitalis, addo & animalis facultatis indicia, quemadmodum quoque valde rationi consonum est, ipsum tandem in marasimum torridum decidisse, ut solent plerique qui ardentibus febribus, & viscerum inflammationibus tentantur, **VIGESIMA QUARTA.** De vigesima quarta die dicit Hippocrates incaluisse, hoc est febre, quae vigesima fuerat soluta, reuertisse, putat Galenus hac die factam esse nouam exputrescentibus succis febrem, quae ipsum peremerit vigesima septima, & certè necesse est ita existimare permanentem inflammationem; at qui quomodo ergo potuit laborare marcorè torrido, ut ait ipse, si febris noua ipsum quatuor diebus extinxit priusquam sine febre fuit; nisi dicamus iam penè consumptum fuisse in vigesima & post ab antea toto morbo, ac propterea consumpto corpore febrem nouam accedentem validam vigesima quarta ex residuo humorum putrescente potuisse ipsum in marcorè iam inchoatum praecipitare; atque superueniente fluxu alui, & linguae maiori licitate fuisse extinguitum vigesima septima, nam dicebat Hippocrates in aph. a tabe habitum cito perire si alui fluxus ipsis contingat: sed forsitan melius est statuere si perit marasmo, non quidem torrido periisse, sed illo qui fit ob cibi indigentiam; de quo ipsemet Galenus loquitur primo cap. libri de marc. atque in hac sententia magis confirmor, quod prope mortem bis fuit sine febre. Atque haec est tota Hermocratis ab Hippocrate proposita historia, in sine cuius praeter notas quasdam appositas tria de ipso dicit, scilicet perpetuo obsurduisse, urinas modo crassas, & rubentes, non subsidentes hoc est turbidas; nec clarescentes, modo tenues, & decolores cum ena coremate habuisse, nec quicquam gustare potuisse. De surditate cum a duabus fiat causis, vel propter humores crassos in apertis in aurium ductibus; vel propter vapores crassos a partibus infernis suppeditatos, exilimandum est eam factam esse propter humorem aliquem imcompactum auribus, eo quod continuo Hermocratem afflixit. Cur autem nil gustare potuerit, puto duas extitisse causas, unam quod lingua etiam ab initio sibi fuit combusta; esse vero linguam gustus sensorium nemo dubitat, ut ipsa vehementer laesa, necessario gustus interitum in modum offendatur; alteram, quod os ventriculi ob viciniam inflammatae visceris perpetua intemperie fuerit corruptum; imò vero etiam humorum, & vaporum tetra putredine vitiatum. Sed cur repetit hoc cum etiam dixerit vigesima fuisse a *πρωτοῦ* nā videtur inutilis, & superuacua repetitio: nisi tamen dicamus apud Hippocrates in hac historia duobus esse *πρωτοῦ* & non, gustare cibum, nam in illa ut dicit Galenus primo in primum Epid. tex. 29. cibibus auertatur, & non sumitur, nec gustatur, quod factum est vigesima die, in hoc sumitur, sed absque gustu, & delectatione; unde corpus consumitur, ut contingit Hermocrati

quemadmodum etiam tertio in tertium huius dicit Galenus ut & hinc nonnullis usque adeo fuisse violatum ventriculum a pestilentis putredine, ut potius eligeret mori, quam cibum sumere; Etenim ubi recur valde afficitur, tota vegetatrix facultas, quae in ipso collocatur, insigniter perniciem subit, ac consequenter appetitus emoritur. Miratur Galenus cur Hippocrates in sine rememorans, quae Hermocrati contigerint, haud mentionem facit ieteritiae, & respondens dicit, tanquam rem claram omnifuisse, siquidem cum nec sudor, nec ulla bilis euacuatione superuenerit, consonum, videtur non potuisse eum affectum finiri. Sed pace Galenus, haud placet mihi eius responsio, quoniam falsum est nullam Hermocratem habuisse euacuationem, quandoquidem vigesima quarta die alius fudit tenuia, praeterquam quod saepe videmus regium morbum sponte abscedere absque ulla euacuatione sensibili, scilicet ichore illo bilioso insensibiliter dissipato. Quare fatius est dicere propterea siluisse Hippocrates ieteritiam, quoniam non fuit Hermocrati perpetua, nec ab initio, sed tantummodo post sextam diem; repetebat autem dūtaxat, quae a principio usque ad finem perdurarunt, nempe surditatem, urinae varietatem, & gustus amissionem. Coeterum de notis, eas interpretatur Galenus quasi dicere uoluerit Hippocrates probabile esse deiectionibus suppressis vigesima prima fuisse mortuum; at qui dubito vehementer de veritate, quoniam si marasmo torrido mortuus est, ut antea dixit Galenus in hoc morbo alui fluxus succedens, ut ferè semper solet, eliquatis, & pinguedine cito aegros perimit, priusquam possit deire, atque hoc est quod dicebamus antea ex Hipp. 5. aph. 14. profluvium alui superueniens tabidis proximam mortem significare; tanquam causam, & tanquam signum. Accedit & illud, quod nonnulli dicunt Hippocrate non consueuisse nouis quicquam alui d. significare, quam quod in narratione historiae dictum fuit in historia uero de suppressa aluo nil dixit; unde quod aliqui interpretes ueteres, & recentiores probant, magis mihi placet, ut notam, ex interpretemur non *πρωτοῦ* seu suppressis, sed *πρωτοῦ*, i. exuentibus, sic enim & Hippocratis orationi, & ueritati consona dicemus Hippocrati consonat, quia primo pror. 31. huius pene casus totam senem breuiter, & dogmata repetit; ibique alui fluxus mentionem facit, qua dicit Hermippam obisse, & forsitan aut hic Hermippus, aut ibi Hermocrates legendus est. Sed illud vitium adscribit Galenus auctori pror. ut ex uno, uel altero exemplo incertos aphorismos constituat. Iam uero de curatione, quae potuerit huic morbo accommodari, pauca quaedam adiciam; & primum a morbo, qui fuit iocinoris inflammatio indicationes hauriendas, quae cum sit interperies cum materia, seu morbus in intemperie incompositione uitiata, & continui solutione, indicatur ut interperies corrigatur, aucta magnitudo tollatur, eiusque incrementum prohibeatur, nec non uinitatis soluto curetur. Pro quibus scopis attingendis rationi consentaneum est primum uiuentem tenuem, & exquisitam rationem fuisse institutam, scilicet abstinentiam uini, pituitiae cremorem. Forsan aliquis decima-

decima quarta die, aut paulo post quando a febre uisus est liberatus, & uinum indulisset, & uictu pleniorè; at qui medicus prudens, & peritus id minime debebat facere, quod Hipp. secundo acut. monuerit haudquaquam uictum mutandum, nisi post tridie a indicatione, ut scilicet certo cognoscatur an crisis bona, uel mala fuerit; cum enim dicat Hippocrates circa diem decimam septimam rediisse morbum, par est existimare paulo post decimam quartam praeludia reuerfionis comparuisse, quae potuerit medicum solertem commonefacere haud fuisse ueram crisis; ac propterea minime uictum fuisse mutandum, uel saltem paruum mutationem acuti durante, imò etiam crescente fuisse faciendam. Sed cum perpetuo fuerit sine gustu, quid uerisimile est fuisse actum, aut quid erat agendum. Certè cum indicatione uitalis omnium maxime referat, debuisset medicus omnia agere ut cibum sumeret, gustui etiam aliquid praeter rationem concedere iuxta id Hippocratis secundo aphor. paulo deterioribus, aut potius, suauior autem &c. Hac etiam ratione fuisset extrinsecus ori uentriculi subueniendum, & linguam emolliendam, & humectandam mucilaginis, uel aliis ingenis, Medici Arabes & Corn. Cels. in his casibus dicunt esse nutriendos aegros per clysteres ex contusa carne, & ouis, & iuribus optimis comparatos, qui non statim reddi debent; unde sine sale sciendi sunt, ac tepidi iniiciendi: Arabes etiam faciunt balnea ex uino, & iuribus, natura enim per arterias tunc attrahit alimentum. De sanguinis mis-

sione haudquaquam dubitare oportet si Hippocrates statim, uel quispiam alius grauis medicus fuit cecus, quia prae euacuatione clystere intestinis (scilicet primum basilicam, seu interni cubiti dexteri, uel sinistri; deinde iecorariam; ita enim postulabat dexteri hypochondrii affectus, atque adeo ipsius iocinoris inflammatio ut statim sanguis, nec exiguis mitteretur, quo facto fuisset illud iecori oleum rosaceum cum succo cichorii, uel hepaticae, & cereae modico, sic quoque, & auribus potuisset instillari propter illam perennem surditatem oleum ex amigdalibus amaris, irinum, & laurinum; & quia urinae fuerunt perpetuo crude aetate industria coctioni humorum fuisset studendum, ita ut simul etiam haberetur magna ratio, iocinoris flagrantis, quod dicebat Galenus ob suae substantiae naturam moderatis emollientibus indigere, decoctum cichor. silicis ad iecur sine calefactione deobstruendum, ualde potest postularum similiter quas ait Galenus loco citato modice adstringere, & secundum totam substantiam ipsi uisceri familiares, & proprias esse; hepaticae, agrimoni decoctum fuisset in id accommodatum, & quaecunq; alia auxilia ad laborantes inflammatione iocinoris iocinoris ueteribus proposita. Hepar lupinum proprietate cunctis affectibus iocinoris conuenire uideatur credidisse Aesclepiades apud Galenum octauo de med. loc. ca. octauo, at ipsemet Galenus alibi dixit se eius remedii nullum certum experimentum habuisse. De aluo soluenda nulla erat habenda sollicitudo.

## HISTORIA DECIMASEPTIMA.



VI decumbat in Dealcis horto capitis grauitatem, & tempus dexterum dolorosum habuit tempore multo. cum occasione uero febris magna corripuit; decubuit; **SECVNDA** ex sinistra paucus, sincerus effluebat sanguis: ab aluo autem stercorea honeste prodierunt: urinae tenues, variae, ena corema habentes, minutum, instar farinae semengentiale referentis. **TER TIA.** febris acuta; deiectiones nigrae, tenues, spumosaef: subsidentia liuida deiectionibus: subsoporata est: moleste habebat circa exsurrectionem: urinis sedimentum liuidum subuiscidum. **QUARTA** uomit biliosa, flaua, pauca, intermittens parum, vitulenta, ex sinistra paucus, sincerus effluxit: deiectiones similes, urinae similes: supersudauit circa caput, & clauicalam lien intumuit: febris dolor secundum rectitudinem; hypochondrii dexteri contentio submollis; nocte non dormiuit, delirauit parum: **QUINTA** deiectiones plures, nigrae, spumosaef: subsidentia nigra deiectionibus, nocte non dormiuit, delirauit. **SEXTA** deiectiones nigrae, pingues, uiscidae, foetentes, dormiuit: intelligebat magis. **SEPTIMA** lingua praearida, sticulosus; non dormiuit: delirauit, urinae tenues, non boni coloris. **OCTAUA** deiectiones nigrae, paucae, compactae, dormiuit, mente constitit: sticulosus non ualde. **NONA** superriguit; febris acuta, sudauit: refrigeratio: delirauit: dextero oculo peruersus est. **DECIMA** circa eadem. **VNDECIMA** intelligebat per totum omnia sine

febre: dormiuit: urinae tenues circa iudicationem: duobus diebus intermisit sine febre: redijt DECIMA QVARTA, deinde vero nocte non dormiuit. omnino delirauit. DECIMA QVINTA. vrina turbida, qualis eorum quae cum subfederunt, conturbantur: febris acuta: omnino delirauit: non dormiuit, genua, & tibias dolentes habuit: ab aluo autem glande apposita, nigra stercora exierunt. DECIMASEXTA vrinae tenues: habebant autem enacorema nubilosum. delirauit DECIMASEPTIMA mane extrema frigida, contegebatur: febris acuta, sudauit per totum: alleuiatus est: sapiebat magis, non absque febre: siticulosus: vomuit biliosa, flaua, exigua; ab aluo autem stercora prodierunt: paulo post uero, nigra, pauca, tenuia, urinae tenues, non boni coloris. DECIMAOCTAVA non constabat mente: comatosus. DECIMANONA per eadem: vrinae tenues. VIGESIMA dormiuit; intelligebat omnia; sudauit absque febre, non sitiuit: urinae uero tenues. VIGESIMAPRIMA parum delirauit; substitiuit. hypochondrii dolor: & circa umbilicum palpitatione usque in finem. VIGESIMA QVARTA vrinis sedimentum, intelligebat omnia. VIGESIMASEPTIMA coxae dexterae dolor. vrinae tenues, & habebant sedimentum; alia autem habuit placidissima: circa uero VIGESIMANONAM oculi dexteri dolor, urinae tenues, QVADRAGESIMA secessit, alba subcopiosa: sudauit multo per totum, perfecte iudicatus est.



**V**I IN DEALCIS decumbebat orto. Praefens aegroti nomen proprium non apponit Hippocrate, sed tantum habitationis, vel quod ignorauerit, vel quod ignobilis admodum esset; quod enim Hippocrates nomina propria eorum quos curabat ignoraret, haud mihi videtur eius humanitatem, & diligentiam decuisse; siquidem in primis uidentur ciuiles, & humani mores, postulare, ut cum quibus uertantur, sicut faciunt medici cum aegris, in primis nomina propria dicamus, eo magis, quod ab Aristot. proditum est secundo, Reth. cap. de ira homines irasci contra eos, qui ipsorum nomina ignorant quasi non curari sese ab iis, sed contemni ex eiusmodi ignoratione colligant; Quod etiam Hippocrates haec scripserit ex aliorum relatione nec affuerit curationi nunquam credam, quia ut uidebitur, nulla forsitan habetur his libris historia, in qua enarranda sit maior diligentia, & iudicio usus, quam in hac, quare tacuit forsitan nomen, quia ex sola habitatione celebri poterat facile sciri, quis esset. Sabinus ut Galenus testatur, existimauit Hippocratem proposuisse habitationem statim, quasi haec fuerit occasio saltem morbi, nempe esum herbarum, & fructuum, quibus large ueluti consueuerunt illi, qui habitant in hortis huiusmodi rebus abundantibus, qualem fuisse Dealcis hortum uerosimile est; nam narrat Laertius in uita Heracliti eum incidisse in hydropem ob herbacea edulia, quibus fuerit antea diu usus, & Galenus secundo de alim. fac. cap. de eum. scripsit abstinendum esse ab huiusmodi edulis, quod ex iis paulatim colligantur mali succi,

A qui deinde oblata, uel minima occasione febres malignas pariunt. Addit Sabinus ad herbas edendas haudquaquam natum esse hominem; quod in natura corrupta, & post diluuium forsitan uerum est, atqui ante diluuium omnes a carnibus abstinebant, terraeque fructibus uesciebantur, qui nondum corrupta terra, & iucundissimi, & ad alendum potentissimi erant; ut hoc Plut. in orationibus de abstinentia carnium ualde improbarit esum carum & extulerit fructus terrae, quod pariter a Porphyrio traditum est in li. de abst. ab animalib. Atqui haec pro Sabini interpretatione, qua Galenus tribus rationibus confutare laborauit, quas non ingratum erit expendere postquam & ipsemet interdum in huiusmodi rebus non multum ad artem pertinentibus uigilans est; Prima ratio fuit, quod Hippocrates non dixerit hunc agrum habitasse, sed decubuisse in hortis Dealcis, quasi potuerit, ut faciunt aliqui dum aegrotare coepit, aut paulo ante sese a propria habitatione ad hortos transferre, maioris amoenitatis gratia. Non diffiteor sane id quod Galenus dicit potuisse contingere, attamen uerisimilius uidetur etiam eos hortos incoluisse, postquam ex naratis, patet ibi coepisse aegrotare, et Hippocrates alias consueuit per decubium intelligere incolatum: seu habitationem. Secunda ratio fuit, etiam si uelimus ipsum habitasse in hortis haud necessum fuisse ut iis uesceretur, quemadmodum habitantes prope macellum ubi uenaeunt carnes caprillae, & ouillae, eam deuorare minime sequitur, ut faciunt athletae. Sed & haec ratio satis friuola est, licet nec necessitas in Sabini expositione reperitur; solent tamen plerumque ij, qui in hortis perpe-

perpetuo versantur faciliter capi delectatione fructuum, & herbarum, ut Adamum in Paradiso postum fructus uetiti delectatione captum uoluisse illum edere narrat Moyses. Tertia ratio fuit aerem hortorum potius damnandum esse, quam commentandum, tum ob latrinas, quae in eos repurgantur uariis quae foetorem inducunt, tum quia ibi saepe sunt arbores, quorum uel umbrae corporibus humanis noxiae sunt, ut brassica, caria, & buxus. Quod pertinet ad primam, tertiae rationis partem, forsitan aetate atque in regionibus ipsius Galenus cloacae in hortis expurgabantur, ut ij stercorarentur, atqui nec tunc fiebat in cunctis, & nunc in paucis obseruatur, imo uero solent plerique id cauere, ut omnes lacinae & fordities ab hortis arceantur, ac mundities semper in sit, quod multo magis facere student, ij qui hortorum habitationibus oblectantur, & nec Hippocrate nec Vitruuius nec Columella, nec Oribasius, qui de habitationum salubritate sunt locuti, uiridaria hac ratione imbroasse comperiuntur. De altera parte rationis tertiae cur brassicarum aerem damnet Galenus non satis uideo, de cuius laudibus uolens integrum edidisse Chrysippum medicum, Pythagoramque, & Catonem non parcius celebrasse perhibuit Plin. lib. 20. cap. nono. ubi licet dicat eam uitis & uino proprietate quadam esse inimicam, haud tamen dicit locos ubi feruntur, ita insalubres esse. De carea sciendum est graeci legendum esse *καρπύας*. i. nucis, de qua loquens Plutar. tertio symp. quae est, prima scribit ueteres uocasse nucem *καρπύας*, quod spiritum quandam grauem, ac soporosum inducat, sicque laedat illos, qui sub ipsa recumbunt, ut ob hoc uel morbus *καρπύας*. i. sopor ab arbore, uel arbor a morbo sumpserit appellatiorem, sic etiam dixit uocatum esse naricum *καρπύας*. i. a torpore, quod neruos laedat, & dormientes sub ipsa torpore tententur, ut ob id sophocles uocari Naricum ueterem magnarum Deorum, id est manium coronam. Idem etiam de buxo uere proditur arborem esse fuisse. Sed haec omnia intelligenda sunt de iis, qui morantur, ac dormiunt sub iis non autem quod aer totus hortorum ab ipsis contaminetur; quamquam qui fludet facienda hortorum salubritati huiusmodi herbas & arbores sugere consueuerunt. Sed de his haec tenus non inutiliter forsitan licet praeter rem a Galeno propocatus diximus. Nunc narrationem Historiae aggredior. Praefens commemoratus aeger cum diu capitis grauitate, atque dexteri temporis dolore fuisset tentatus tandem igne, id est febre magna captus decubuit. Certè plerique non solent ob simplicem capitis dolorem, imo uero nec ob quamlibet febrem, sed tantum ob grauem decumbere; quod forsitan hic multo magis fecit, quia plebeius erat, & fortè colendis hortis deditus, cuiusmodi uiri solent initio semper quoslibet morbos negligere ut ob id Plato in libro de Republica. Hero diuinem medicum criminatus est, qui diaeteticam medicinam artificibus, & egenis inutilem nimis exerceret. Quemadmodum ergo solent morbi initio spreto tandem augeri, & in magnos euadere, sic proposito aegro contigit, ut contem-

tem in magnam febrem tandem incidit: quomodo autem hoc factum sit, sic ego sentio hunc uirum iocinore calido praeditum natura fuisse, proptereaque dexterum tempus dolore potissimum fuisset tentatum, quod externa occasione, scilicet labore, & esu prauorum eduliorum, ut aliorum, coepit, raphanorum, ac similium in hortis nascentium in dies magis auctus sit calor, ob quem in capite, & praesertim dextera parte grauitate, & dolorem habuerit. Cum autem dicit Galenus secundo de med. loc. primo. dolorem capitis fieri posse triplici de causa, uel ab intemperie cum materia, uel a pura intemperie, uel a pura materia dolor huius uiri erat a sola materia, id quod ex grauitate capitis facile conici licet, tum etiam quia dolor non erat magnus; quod necessarium fuisset, si cum intemperie fuisset; Erat autem ista materia pituitosa, & melancholica, ut indicauit diuturnitas, sopor, & stilla a nare dextra. Crescente uero calore, & bile febris magnae fuit data occasio, nam ut ait Hippocrates quarto de morb. & Galenus secundo de alim. fac. cap. de eum. morbi haud statim gignuntur, sed paulatim, & negligentia concepti, coaliti, & aucti affatim erumpunt: Et propterea sapienter dicit Galenus potuisse hunc aegrotantem sese tueri a morbo, si statim atque sensit dolorem, & grauitatem capitis permanere, & crescere medicum ascuisset, atque sese ipsi curandum obtulisset in eo enim tota uis praefeuatricis facultatis est collocata, ut illico nascenti morbo occurratur, cuius vires adhuc imbecillae non multo negotio franguntur, sicuti difficiliore sunt superatu, postquam incrementum aliquod effatum dignum susceperint. Circa hanc particulam (ocasio) Galenus in com. & primo Epid. comimen. primo. tex. decimo. dicit tria significare apud Hippocrates uel causas spurias, uel euidentes, cuiusmodi sunt sex res non naturales; uel omnem causam in uniuersum tam externam, quam internam, dicit igitur Galenus Hippocratem accipere occasionem pro causa externa, quae, scilicet fuit ille labor, & error in uictu; ut dictum est. Itaque PRIMA die id fuit obseruandum, quod febris magna suborta est, quam existimandum est prima die fuisse diariam, cum constitutum sit eam a causa externa occasione habuisse, sed crescente calore in putridam uersam esse, sicuti saepe fit. At SECUNDA comparuerunt symptomata tantummodo ad mutatum exiens pertinentia, nimirum a sinistra nare modicus sanguis profluxit merus, aluus stercora recte deiecit, & urinae tenues cum uariis enacorematibus dispersis, ac ueluti farinae crassiores geniturae similes. Coeterum ante alia dubitabit aliquis, quomodo potuerit febris magna cum sanguinis stilla, & vrinis prauis, esse absque aliis symptomatibus praesertim capitis iam antea affecti; etli affuerint alia symptomata, cur Hippocratem haec tantummodo retulerit; Cui respondeo dolorem quidem, & capitis grauitatem perdurasse, & forsitan etiam creuisse sitim, & aliquam inquietudinem ad fuisse, uerum nil usque adeo memoratu dignum contigisse, quemadmodum tria propocata, & primum;

quod ad sanguinis fluxum è nare sinistra pertinet; A mirum sanae uideri possit iocinore potissimum flagrante parteque capitis dextera antea dolente non fluxisse potius sanguinem a dextera, quam a sinistra nare: quam mirandi occasione uidit quidam Galenus, sed ei satisfacere uel neglexit, uel impetu scribendi oblitus est. Ego uero puto id contigisse, quoniam simul cum iocinore, lien quoque fuerit affectus, & incensus; unde sanguis niger quem dicit Galenus frequenter nomine mei significari a natura sursum propulsus per locum directum, nempe sinistram narem prodiit, sed exiguis ob crassitatem merito cuius detinebatur, quominus efflueret copiosus; neque mirandum est potissimum, sanguinem alioquin crassum in partes supernas fuisse sublatum, quod antea caput esset affectum, & occasione in solatio in horto uel laboris adhuc magis in caluerit, proptereaque & ad trahendum, & ad recipiendum fuerit paratissimum dicente praefertim Hippocrate in aphor. in ea parte soleremur decumbere, quae prius laborauerit. Sed ad quid Hippocrates addit alium recte stercorea deiectione, nam hoc est quid naturale, non morbosum, nec symptomatum ut propterea non debuerit referre cum accidentia tantum morbi narrare proposuerit; nisi dicamus id tanquam mirum quid retulisse, scilicet quod in magna febre, aluus naturalem deiectionem seruauerit, secus quam & usus, & ratio postulant. De urinis tres differentias commemorat tenuitatem, suspensiones dispersas minutim, nec non farinam crassiorum genituram aemulancem referentes: Tenuitatem urinae materiae cruditas efficiabat, suspensiones similiter crudam, est flatulentiam materiam arguebant, quae tamen uaria erat, & cum combureretur a febrili calore, non modo minutim sparsa erat, uerum etiam crassioris farinae, & tenuis imaginem quandam praesentabat, atque propterea mala erat, siquidem Hippocrates huiusmodi urinae genera in prog. & in Coac. ualde damnauit: praedicit Galenus quarto aphorism. 77. scribit urinas farinaceas sicum urinae tenui fiant, è uenis prodire sin cum crassa uitium aut renum, aut uelicae monstrare.

TER TIA DIE dicit febrem acutam fuisse non quod etiam prioribus diebus non foret acuta, quando prima die dixit inualisse, febrem magnam, sed quod esset acuta sic enim consuevit Hippocrates saepe numero loqui, ut cum uelit dicere acutam febrem, dicat ipsam fuisse acutam, quod autem deiectiones fierent nigrae, tenues, & spumosae, quaeque in ipsis relidebat essent liuida, minime mirum erat, cum ab ingenti aestu cuncta illa fierent, perinde atque urinae subdientia liuida, & subuiscida; at quod simul Caro, & ad surgendum imbecillitate teneretur, quae symptomata frigidis morbos comitari solent, maiori admiratione dignum est. Atqui neque, hoc absque causa, & ratione efficietur; etenim diuturnus capitis affectus, qui morbum antecesserat necessario humores frigidus, ut solent omnes uetusti morbi peperit, qui humores donec non admodum incalescerent nec putredinem conceperunt solam grauitatem in capite fecerunt, post-

quam autem calor febrilis totius corporis coepit etiam in caput redundare, pituita putrescens, & consequenter eliquata, coepit cerebrum irrigare, ex quo secutum est ueternum, in quo solet praepoeris fieri impotentia quaedam mouendi corpus, non quia nerui, ac tendines irrigantur, nec possunt firmitate motrici facultati famulari, tum quia principium neruorum pituitoso humore crasse factum haudquaquam facultatis motricis illustrationem admittit, ac transire liberam permittit.

QVARTA DIE complura alia symptomata apparuerunt, quae omnia dicit Galenus mala fuisse praeter lienis tumorem, & sinistri foemoris abscessum, quaeque iure debuissent quemlibet uerfatissimum medicum perterrefacere, ni uires aegrotantis, ut par est existimare fuissent robustissimae. Iam uero symptomata fuerunt omnis generis, & primum quoad actiones laesas animales nocte non dormiuit, & aliquantulum delirauit quoad exentia mutata è nare sinistra aliquantulum sanguinis meri effluxit, uomuit pauca primum biliosa flaua deinde uirulenta aluus eadem quae prius fudit, & urinae similes prioribus exierunt, sudor fuit circa caput, & clauiculas; quod ad qualitates mutatas lien intumuit foemur sinistrum doluit, & hypochondrium dexterum submolliter intende-

batur. De his omnibus antecedentibus, & consequentibus cur adeo pauca dixerit Galenus haud satis uideo. Studebo tamen ipse ubi defecit is, aliqua nec poenitenda supplere; si prius dixerit cur ipsemet Galenus dicat coetera symptomata quartae diei fuisse mala praeter lienis, & sinistri cruris abscessum, nam uidetur, & id ipsum haudquaquam fuisse bonum, quod nil decretorii in materiae cruditate, & absque ullis coctionis signis unquam probetur; nisi dicamus propter tres causas non fuisse malum huiusmodi abscessum una, quia erat in parte inferna, atque infra morbum. Alteram quia erat in uiscere, & parte ignobilibus. Tertiam, quia sic materia, quae alioquin magno impetu sursum esset sublatam alio abducebatur: unde licet non esset huiusmodi abscessus toto genere bonus erat tamen ualde minus, malus, quam coetera symptomata. Porro uigilia, & delirium successerunt iure, quoniam cum caput antea ut uisum est, uehementer fuisset passum, eo ferebatur impetus tenuiorum, acrium, & feruidorum uaporum, qui postquam pituitam ex parte consumpserunt, loco soporis, qui antecesserat, uigilia, & delirium successit; sic enim in prorr. dicebat Hippocrates ex lethargicis & soporosis fieri saepe uigiles & phreneticos, sicut è conuerso interdum contingit, ut phrenetici euadant lethargici. De uomitu bilioso, & uirulento dicendum est maximam fuisse in hoc aegrotante humorum biliosorum & exustorum redundantiam, non tantum quod prius in ipso fuissent ij genituri, uerum etiam quod quotidie ob immensum aestum totius corporis, & praefertim iocinoris, atque gignerentur; at qui partim ad uentricum, partim ad aluum partim ad uentriculum effunderentur, & iure primum flaua, deinde uiruleuta exhiberent, quoniam illa semper sunt copiosiora, & exitu paratiora, quod propter acredinem magis stimulet facultatem

facultatem uentriculi ad expellendum, quam haec. Cum autem bilis aeruginosa dupliciter fiat, vel ex mixtione pituitae & bilis atrae, vel ex combustione bilis flauae; in hoc aegro fiebat propter uisionem. Sanguis similiter & iure è sinistra nare fluxit paucus, quoniam lien afficiebatur, sanguisque crassior minimè copiosus poterat exire, & quia quarto die exhibit erat maximè dammandum secundum Hippocratem secundo progn. sudor uero, qui fuit circa caput, & clauiculas pessimus erat, secundum regulas nobis ab Hippocrate in progn. relictas, nã ostendebat caput maximè affici, quia ut is ait quarto aphorism. 38. ubi sudor ibi morbus; & certè haec omnia signa erant exitalia; uerum tamen quia natura tentabat uide quae expellere, nec usquam deficiebat ob uirium iam antea constitutum robur, non uique adeo fuisset desperatum. Porro lienis tumor factus fuit, quia crassus, multus, & adustus sanguis ad eum trahebatur, & pellebatur: scimus enim illud esse egregium lienis munus, ut sanguinem, atque adeo ipsum iecur a crasso, ac tetro sanguine depuret, quod dum facit ipse tumet, ut ob id Hippocr. lib. de carn. necnon Plato in Timaeo & Gal. saepe dixerint dum floret lien, corpus contabescere, & è contra florente corpore lienem ipsum tabescere: Coxae etiam, & foemoris sinistri dolor sequutus est lienis tumorem cum id fit frequentissimum ut laborante splene, quemadmodum Hippocr. significat sexto Epidem. sectione secunda, 39. partes sinistrae infernae maxime coafficiuntur; haud fecit adeo patiente iocinore uidemus dexteram partes tã superiores, quam inferiores compati, & certè forsitan in hoc aegrotante non passae sunt partes infra iecur dexterae, etiam ipsum intestinum esset; tum quia erat cum mollitie, hoc est non ualde affectum, tum quia magna pars materiae calidioris, & acrioris in hepate genitae sursum ferebatur, ubi delirium, atque uigilias inducebat, alia uero pars ad aluum demissa deiectiones plures nigras & spumosas reddebat, quales unacum uigilijs, & delirio factas fuisse QVINTA die tetatur; & quales etiam perdurasse & deteriores euasisse sexta die subiungit. Verum dubitare posset aliquis quomodo Hippocr. loco nuper citato dicit, laborante liene partes infernas incallescere, caput uero refrigerari, uidebatur igitur refrigerato cerebro potius somnum, quam uigilias, & delirium induci debere. Cui respondeo hoc tunc factum fuisse nisi adfuisset iecur inflammatum, à quo postea illa gignebantur. SEXTA DIE inquit melius intellexisse, atque dormiuisse, nec mirum, eò quod prauis corrupti, & foedi succi per aluum excreti abducebant secum quicquid uaporum; & humorum alias in caput sublatum illud laeдебat, & propterea nec dormire, nec sapere sinebat. Sed si ita est, cur ergo in quinta die quando aluus copiosa, & praua deiecit, nihilominus delirauit nec dormiuit? An quia is motus cum esset tumultuosus agitabat; qui uero factus est sexta non modo agitabat, uerum etiam euacuat, prauamque materiam consequenter imminuebat. SEPTIMA DIE. Quae autem septima die contigerunt, haec fuerunt, quod lingua erat arida cum siti insigni, cum delirio, & uigilijs, necnon

urinis tenuibus, nec boni coloris. Vtrum uero aluus fluxerit, haud quicquam dicit, at tamen uerissimè videtur defuisse ea die fluere, quòd sicuti profluente & octaua & sexta die dormiuit, neque delirauit, quasi ad id contulerit (ut dicebam) euacuari prauos humores per ipsam aluum, pari pacto probabile est non fluxisse septima, ac propterea rursus delirasse, neque dormiuisse. Quae tamen omnia praedicta signa dicit Galenus fuisse fallacia, tam pro morte, quam pro salute praedicanda; tum quia haud permanebant, sed permutabantur, tum quia nulla coctionis, neque etiam contrarii coctionis euidentia signa comparebant. NONA & C. Porro nona & decima successerunt aliqua noua, aliqua eiusdem generis; Noua, accidit refrigeratio, sudor, dexteri oculi distortio: perseverauit autem febris acuta delirium, uigilia, linguae ariditas, sitis; quòd enim duraret sitis, linguae ariditas, & delirium planè in causa erat febris uehementia, necnon alui compressio; cū enim humores combusti non expurgarentur per aluum, ij ad superiora conuerli tot mala inducebant; quòd uero superueniret rigor, seu perfrigeratio cum sudore factum est, ut optimè conuicit Gal. ob uirium aegrotantis robur, quo natura conabatur noxios humores à uenis extra uenas, atque adeo ad ipsam cutem propellere. De peruerfione oculi, nil aliud dicit Galenus, quam eam esse unum ex symptomatibus, quae solent fieri ante iudicationem. Verba autem quibus Hippocrates utitur in hoc symptomate narrando sunt haec *δελτιδ ἰδαυει, uocem autè ἰδαυειν & ἰδαυειν*, ut Hippocraticam explicant & Galenus in linguis, & Pollux & Phauorinus, qui omnes interpretantur huiusmodi uitium esse, *τὸν ὀφθαλμὸν διὰσπορῶν*, id est oculorum peruerfionem. Sed uti non est ita frequens affectus, sic oportet existimare aliqua peculiari ratione illud sibi contigisse, nimirum quia ante morbum non modo capitis grauitate diu est conflictatus, uerum etiam dexteri temporis dolore tentatus fuerat: solent autem diuturni dolores capitis in coecitatem finiri, & praefertim à melancholico humore, ut Hippocrates sexto aphorism. 56. & in lib. de inter. aff. & in Coac. atqui tunc promptius quando sedes doloris est proxima ipsi oculis, ut Hippocr. quarto aphor. 33. cum enim dolor semper attrahat, atque oculi apti sint ad suscipiendum, facile factum fuit, ut humores, & uapores in caput rapti, atque in ipsum tempus dexterum iam pridem affectum non modo neruosi, & musculos mouentes oculum dexterum conuulsione, ac propterea distortionem affecerint, uerum etiam ipsummet oculum non parum turbauerint: dicebat autem Hippocr. in lib. de iudicat. quod in febre ardente si superuenierit oculi distortio, aut coecitas & ceter. febre soluit, quod non ut causa, sed ut signum uerum esse potest: illud autem est uerissimum, & ad rem nostram accommodatissimū quod scribit Aristoteles 31. probl. quinto. ubi quaerens cur coeci à natiuitate non fiant caeci, dicit ideo esse, quoniam ubi in capite multa est humiditas laedit oculos, continuoque gignendis pilis humiditate suppeditat. VNDECIMA DIE dicit omnino mente constituisse, quasi antea nunquam omnino consisterit; à febre fuisse liberum, necnon sudasse;



fudasse; attamen urinas tenues circa iudicium habuisse; non quod prius mente constaret, quam sudaret; usus enim est Hippocr. uti saepe solet histologia quadam: cum delirio autem credendum est alia symptomata cessasse, nominat uero Hippocr. tantummodo delirium, quasi per excellentiam comprehendens alia symptomata. Sed percunctabitur aliquis cur Hippocr. qui antea etiam urinarum tenuium meminerat, uoluit iterum eas repetere in enarratione symptomatum undecimae diei? Certè non absque ratione, & summo iudicio id fecit; liquidem quae antecesserunt nona & decima die, videbantur signa iudicii futuri, ut sudor, refrigeratio, distorsio oculi, similiter quae undecima contigerunt, alioquin & ipsa decretoria die existente uidentur fuisse iudicialia, ut febris abscessio, quae etiã usque ad decimam quartam diem perdurauerit, delirii integra cessatio, necnon sudor: nam haec omnia tam ante undecimam quam in ipsam facta poterant pollicenti firmam salutem, atque morbi finem; uerum quia coctio non aderat, sed cruditas ab urinae tenuitate monstrata, propterea; morbum longum, atque reciduum superuenturam necessitudo erat expectandum, cum Hippocr. in aphorif. & secundo Epidem. scriptum reliquerit crudam materiam cum virium robore morbum longum significare, & quae apparent sine signo coctionis infida esse, reciduique promittere. Igitur ne quispiam existimaret undecimam factam esse firmam crislis, uoluit addere bonis signis urinae tenuitatem. Id autem fuisse uerum euentus probauit, quoniam DECIMA QUARTA die, in qua debuisset magis bona crislis confirmari si fuisset, febris rediit, & una cum febre eadem penè accidentia, nimirum uigiliae nocturnae & delirium, quae non ob aliud redierunt, nisi quia materia adhuc multa supererat in corpore, quae putrescens maligno, uel falerem intenso quodam modo caput similiter laedebat, ac insomnietatem, & delirium producebat; uoluit autem Hippocr. hanc reciduum noctis indicare per delirium, & inquietudinẽ, quia nil est, quod euidentius nocte molestiam significet ac ista duo, quia nox est dicata quieti; cetera uero symptomata nocte potius obscurantur; tum etiam quia nocte magis delirant aegrotantes, quam die. Iam uero ista duo non modo perdurarunt DECIMA QUINTA, uerumetiam iis alia non meliora sunt coniuncta, nempe urinae turbatae, quemadmodum illae, quae postquam subsederunt, agitantur, genium, & tibiurum dolor. Addit postremo hac eadem die subiectis balanis alium reddidisse stercora nigra. Circa quae nonnulla sunt animaduersione digna, & in primis de urinis turbatis uerisimile est eas fuisse tales redditas ob agitationem factam à febre, quae cū rediisset, & acuta fuisset cum materia cruda, coepit humores in uenis agitare; unde serum quoque & urina turbata sunt, & iure eae urinae coniungebantur cum delirio, cum dicat Hippocrates similes significare capitis laborẽ, aut praesentem aut futurum 40. aphorif. 70. Genium uero, ac tibiurum dolores, quos Galenus dicit omnes tum esse bonos, inde nati sunt, quòd natura ualidior, & ueluti leuior facta humores coepit depellere ad pa-

tes longinquiores, atque hoc sic fore indicantur urinae tenues iuxta Hippocratis regulas in aphorif. traditas. Sed quod dubitare licet est, quare genium, & tibiurum dolor non abstulerit delirium, cū Hippocr. sexto aphor. 21. & Arist. quarto probl. 21. dicant à varicibus solui maniam, & idem Hippocrates tertio Epidem. sectione tertia, aegro quinto, narrat historiam cuiusdam Calui, qui cum coepisset statim dolore foemore dextero obiit quarta die. in quo obseruauit, quòd quamdiu dolor fuit in crure dextero, nunquam delirauit, postquam autem paulatim decessit dolor ille, coepit delirare. Nisi dicamus hunc dolorem non fuisse abscessum, ut sunt varices, sed leuem admodum, ita ut non potuerit diuersionem ullam effatu dignam facere: aut dicere possumus quod dicit Galenus in comm. f. varices iuuare insaniam à melancholia non à bile. Quod uero hoc in loco dicunt nonnulli delirium praesentis aegrotantis fuisse ueram phrenitidem haudquaquam iis assentiri possum; tum quia cum sit cerebri inflammatio non potest ullam febris intermissionem habere, nedum duorum dierum, tum quia phrenitici ueri habent inmanissimos motus; Hippocr. autem hic nil plus dicit de hoc delirio, quam de aliis simplicibus; tum quia phrenitis cū sit acutissimus morbus aut in septima die finit, aut finitur, quod certò clarum est huic aegrotanti non accidisse. Notandum postremo est dum Hippocrates dicit decimam quinta die administratos fuisse balanos, duo nos dõ cuisse; unum est antecedentibus diebus auctum fuisse suppressam, & ob id delirium redidisse, quemadmodum ipsa fusa sedabatur, quod certum indicium erat fuisse delirium per consensum, non aut ueram phrenitidem. Alterum est Hippocr. consueuisse usum postulante non semel tantum, sed iterum atque iterum eadem die balanis uti, quasi ut aliàs docuit secundo acut: haudquaquam exigant robustas uires, atque clysteres. Notat autem Gal. stercora nigra balanis deiecta fuisse mala propter colorem; unde colligi potest in quacumque re sit nigredo semper eã esse malam, postquam est mala in stercore alioqui naturali, & causa est, quia fit vel propter mortificationem caloris natui, uel propter ingentem uisionem. DECIMASEXTA die delirauit adhuc, & cum coeperit quarta delirare, si tunc uera phrenitis inchoasset, quae quo pacto potuisset tot dieb. protrahi; habuit tamen haec dies illud peculiare, quòd licet urinae quoad liquorem, & substantiam essent tenues, inerat tamẽ iis nubilosa, id est nec clara, nec obscura suspensio, quae aliquam coctionẽ inchoare significabat. Sed li hoc uerum est, & Galen. primo de cris. duodecimo, dicit coctionem auspiciari à coloris mutatione, quare dicit in decima septima, quae est dies indicatoria urinas fuisse adhuc tenues neque boni coloris? Dico aliud esse dicere urinas esse mali coloris, aliud non boni; id enim monstrat adhuc esse crudas simpliciter, hoc uero non esse perfectam coctionem, quae demonstratur à coloris urinae bonitate, sed rudem quodammodo, & inchoatam; quòd autem inchoata, atque etiam aliquantisper esset progressa coctio, significatur quoque cetera, quae die eadem eueniunt, s. ingens extremorum refrigeratio, ob quam

ob quam coactus fuit sese magis cooperire, quam erat, etenim & Hippocr. sexto Epid. sect. tertia, 19. & secundo Epid. sect. tertia, 24. & quinto aphor. 69. & Arist. secundo probl. 26. dixerunt uiris incipere semper ab extremis rigores, sicuti uulueribus à humis, ob quod loco citato Arist. scribit medicos studere, ut pedes in aegritudinibus maximè operiantur, quod facit Hippocr. qui secundo de acut. scribit semper esse curandum, ut pedes quammaximè caleant: tum calefactio ingens, quam significare uoluit Hippocr. febre acuta, post sudor uniuersalis, qui toto corpore factus alleuauit aegrum, ita ut melius saperet, minus febreret, sed sitiret. Vomitus biliosus, flauus, & paucus, qui etsi connumeretur post sudorem; aequum tamen est existimare antecessisse, hocque factum fuisse, vel in ipsa refrigeratione, vel paulò post, quemadmodum quotidie contingere experimur, scilicet quando natura expellens humores è uenis extra eos in ventriculum mittit: imo Arist. octaua probl. in fine 13. dicebat rigorem sequi vomitum propter euacuationem, cum semper corpora euacuata. ut frigidiora: quo etiam tempore uerisimile est aliquam eorum portionem in intestina fuisse praecipitatum, quae ipsa stimulans primum fecit stercora egeri, deinde nigros, & paucos, ac tenues succos qui aderant; sic enim frequenter fit, ut ubi aluus sit cieda; primum crassiora, quae in extremis intestinis continentur, exeant, deinde subsequantur tenuiora, atque haec omnia fuisse signa iudicatoria licet imperfecta ob coctionis perfectae carentiam ab urina indicatam, satis apparet ex sudore, qui licet non esset optimus cum morbum penitus non abstulisset, erat tamen optimo proximè secundum Hippocr. sententiam nobis primo progn. relicta, s. quia erat uniuersalis, calidus, & morbum alleuabat in die decima septima, quae indicatoria saltem est, si non uel iudicatoria, ceterum decretio coctio, cum urinae essent tenues nec boni coloris. Et certè illud est hoc in casu uerisimè obseruandum per singulos quaterniones fuisse factas mutationes ingentes, & nonnullas iudicationes imperfectas, quae tandem ob uirium conseruatarum robur suppleuerunt pro bona, integra, atque perfecta crisi. DECIMASEPTIMA &c. Quòd porro decimae, septimae diei iudicatio fuerit imperfecta, praeceteris docuerunt, tum fitis relicta quam dicit Hippocr. sexto Epid. sect. secunda, tex. 20. significare reciduiam, & quam intelligendum est debere esse immodicam alioquin post euacuationes modica, semper est bona, ut colligitur ex Hippocr. quarto aph. 19. tum quae decima octaua & decimanona eueniunt in qua licet minora forsitan extiterint quam paulò antea; attamen aliquid etiam graue affuit, quod potuit testari, nondum esse morbum penitus expugnatum, atque id fuit delirii perseverantia, & comatosus affectus, hoc est nimia in somnum profundior propensio quae fiebat, quòd magna portio succorum biliosorum, ac tenui decima septima erat euacuata: unde tametia aliquid adhuc eorum esset relictum, quod faceret delirium, copia tamen quoque pituitae supererat, quae leuiter putrescens in cerebro, sicque per totum ipsum fusa obstruebat, quo

minus spiritus ad subministrandum facultati motrici, & sensu truci transire possent, quae est ratio generationis somni nimij, praeternaturalis, & laborem facientis, de quo loquitur Hippocr. initio secundae aphorif. hoc autem dicit Galenus id bonum habuisse, quòd significaret facultatem cum morbo certare, ac forsitan uictoriam esse obtenturam. VIGESIMA. Dies uigesima quae per coniunctionem est quarta à decima septima habuit, & ipsa aliquid iudicatorij licet non exacti. Etenim in ea aeger in primis dormiuit, & prudenter hoc dicit Hippocr. quia multum differt inter somnum comatosum, & somnum naturalem: in comatoso aegri, aut non excitantur, aut aegre excitantur, mox iterum in somnum labuntur, obloquuntur, non mouentur, & alia faciunt, quae in naturali non fiunt, & ob hoc iure Hippocr. hunc naturalem significat uoce ( dormire ). Praeter somnum alia fuerunt etiam iudicatoria uigilia non antecedentia, sed subsequẽtia, nempe tenentis constantia, sudor, liberatio à febre, & fitis abscessio; quae meliorem iudicationem monstrabant antecedente. Sudorem namque fuisse copiosum, calidum, uniuersalem, & ad huiusmodi euacuationem esse consecuta cetera bona non est dubitandum. Verumtamen cum adhuc urinae tenues essent, ac propterea coctio nondum esset consumata, haudquaquam potuit fieri perfecta, atque tuta crisis, quemadmodum docuerunt accidentia uigesimaepri-mae diei, quam & ipsam, interdum inter decretorias fuisse ab Hippocrate connumeratas, utpote quae sit septima, per disijctionem à decima quarta aliàs docui. Fuerunt autem accidentia exiguum delirium fitis, sed mitior, hypochondrii dolor, & perpetua ad umbilicum palpitatio, quae omnia uirum durauerint usque ad uigelimam quartam haudquaquam expressẽ dixit Hippocr. nihilominus quia de uigesima secunda & uigesima tertia nil dicit habita ratione diligẽtia eximiae, qua uidetur usus in hac historia enarranda existimandum est propterea fuisse, quia in his diebus eadem perseverauerunt; etenim delirii, & fitis imminutio satis indicabant paulatim coqui, & minui morbum; id certè habent morbi, qui soluendi sunt longo tempore, & per crises imperfectas, ut paulatim minuuntur, prout paulatim fit coctio, & cocti humoris, uel sensibilis, uel insensibilis expulsiõ. Ceterum cur hypochondrium doleret, & perpetua esset ad umbilicum palpitatio, aliunde uidetur indaganda occasio. Hypochondrium fuisse dexterum non est dubitandum, siquidem primum ante morbum doluit dexterum tempus, quarta die dextrum hypochondrium submollior contendeatur, nono dexter oculus conuulsus est, uigesima septima dextera coxa dolebat, & uigesima nona dexter oculus, ita ut certum sit partes dexterarum magis ceteris fuisse passas, ac propterea ferè necessarium esse, ut quando dicit uigesima prima hypochondrii doluisse, intelligendum sit de dextero, ut sic intelligendum esse, non sine ratione dixerit retro Galen. in Hermocratis historia. quod iccirco tunc doluit, quia ad eam partem ut primum affectam, atque debiliorem detrusa sit à natura materia morbificae aliqua portio, quae continui solutionem, & consequentur

quenter dolore attulerit. De palpitatione uero utrum fuerit uera palpitatione an potius pulsus, quoadmodum prae ceteris loqui consuevit Arist. in lib. illis de spiritu, & respirat. videtur hanc dubitandum. Ego autem sum eius sententiae haudquaquam de uera palpitatione, sed de pulsus esse interpretandum, sicut etiam in Sileno; atque ad hoc existimandum duae prae ceteris me impellunt rationes, una est quod uera palpitatione fit à flatu, ut ubique docet Gal. affectus autem flatulenti momentanei sunt, non autem perpetui, qualem dicit fuisse propositi aegrotantis, atque Sileni Hippoc. neque enim ualet, quod interdum quoque fiat palpitatione a sanguine feruente, ut significauit Galenus quarto de loc. aff. exemplo illius iuuenis, qui sanguinis missione fuit ab ea vindicatus, quoniam neque is affectus multis horis perseuerare potest, nempe qui violentissima passio est: cuiusmodi violentiam nequit cor sustinere diu. Altera est, quia pulsus circa umbilicum solet fieri, ubi arteria illa magna, quae subius umbilicum perreptat dorsum, patitur aliquod incendium, quemadmodum uerisimile est in praesenti casu euenisse, in quo hepar incensum, potuit feruorem illi arteriae communicare, ob quod aucto illius motu facile postmodum declarabatur circa ipsum umbilicum; quemadmodum saepe numero dicit Gal. initio lib. de pulsibus, ad tyr. obseruari in extenuatis corporibus, & quemadmodum quotidie obseruamus in ijs melancholicis, in quibus pylorus flagrat, & in quibus euidentissima pulsatio praedictae arteriae circa umbilicum perpetuo percipitur. Iure itaque cum huic aegro iecur esset incensum, pulsatio perpetua circa umbilicum percipiebatur. Sed dubium est, quia Hippocr. tum in Coac. tum in sine primi Procr. docet huiusmodi palpitationem umbilici, atque ventris insaniam facere. Nisi dicamus saepe etiam tunc delirasse, licet parum à vigesima prima usque ad vigesimam quartam, quo tempore semper habuit palpitationes. At vigesima quarta procedente coctione urinae subsidentiam habere coeperunt, ac delirium ita sedatum est, ut amplius non reuerterit; quando etiam uerisimile est cessasse palpitationes, quasi uero, & hoc etiam quaternione aliqua crisis fuerit facta, quae eò maiorem securitatem pollicebatur, quod si non perfectè, saltem multò maioris quam antea coctionis indicia apparebant. VIGESIMOSEPTIMO, dicit Hippoc. dexteram coxam doluisse, urinas tenues cum sedimento habuisse, ceteraque mitissima sibi fuisse. Iure fuerunt sibi mitissima omnia, quoniam iam properabat materia ad coctionem, ut ostendebant urinae cum sedimento, quod rationi consonat fuisse laudabile ob remissionem symptomatum; quamquam substantia, & liquor tenuis esset, nec dum redactus ad eam mediocritatem, quae necessaria est in perfecta materiae coctione. Sed si symptomata dum fit coctio, semper augentur, ea uero consumata abscedunt, quo pacto potuit hic materia non dum plenè cocta, sed adhuc natura eam coquente, ita habere cetera mitissima? Respondendum est duplicem esse coctionem, aliam quae fit affatum, & ut ita dicam uno impetu, aliam uero quae paulatim; in illa fiunt sym-

ptomata, & de illa Hippoc. loquebatur lib. secundo aphorif. 47. in hac uero minime fiunt, sed potius diminuuntur, quoniam ut insensibiliter bene coquitur materia, qui motus dolorem non facit, ut dicebat Galen. primo de loc. aff. sic expellitur, ad quam expulsionem accidentium remissio sequitur. De coxae autem dolore perseuerante illud memoria est repetendum, quod ab Hippocrate traditum est secundo Epidem. sect. quinta, s. si caput doluerit descendere ad pectus, deinde ad hypochondria, postea ad coxam: est enim illud naturae proprium, atque familiare ut longè a partibus nobilibus, praesertim a capite & a corde causas morbosas, & offendentes depellat ad partes extremas, maximè quando materia est grauis, adeo ut proprio impetu infra ruat, sed quia a capite ad pedes ire nequit, nisi per medias uias, & praesertim aptiores ad suscipiendum, quales sunt ventres, & articuli, hinc fit, ut primum in pectus, qui medius est venter, deinde in infimum ventrem, quae sunt hypochondria, postremò in coxam, quae inter articulos omnes est aptissima ad susceptionem materiae. uentris descendat; hoc autem naturae artificium valde elucet in praesenti aegrotante; in quo primum materia caput laesit, deinde hypochondria, postremò coxam; in qua firmata cum sit, non immerito diutius perseuerauit; quod si de pectoris laesione nil dicit Hippoc. est, quia hic vir robustus existens, & praecipue in partibus vitalibus, ab ea regione statim depulsa est in hypochondrium locum materia; nec quicquam obstat quod uigesima nona etiam dolor dexteri oculi, qui nona est conuulsus apparuerit cum urinae tenuitate, quoniam cum fuisset antea conuulsus, uerisimile est tunc non habuisse dolorem, quia facta contractione dolor non percipitur, sed dum fit; declinante uero morbo, & consequenter distorsione ablata, restituitoque parti ipsi sensu factum est, ut percipiens affectus praeteriti reliquias aliquantisper doleret; quem etiam uerisimile est eadem die fuisse finitum, utpote cuius non amplius meminit. Quae à vigesima nona usque ad quadragesimam contigerint haud commemorat Hippoc. uel quia ipse tunc non amplius diligenter uisitauerit, uel quia nil noui, quod relatu dignum esset, eueniret, sed in eadem cuncta perrexit inclinatione. Ceterum QUADRAGESIMA die, quae fuit finis totius morbi natura totam iudicationem expleuit duabus euacuationibus, s. alui, & sudore copioso uniuersali, quae sanè optimum fuisse ex eo constat, quod quatuor illas condiciones, quas proponit Hippoc. habuerit, nimirum fuit per totum, fuit copiosus, fuit consequenter calidus, & (quod caput totius rei est) morbum poenitus abstulit cum coctione. Alius uero pituitosa, copiosa, subcrebra; etenim adfuisse pituitam, ut fit in morbis longis, docuit comatosus ille affectus, qui comparuit decimo octauo usque ad uigesimam primam; ea propter si seruandus, & à morbo liberandus erat, oportebat, ut ea euacuaretur, non quidem mediocriter, nec semel, sed copiosè, & saepius; Atqui dubitare licet, cum duae fuerint euacuationes alui, & sudoris, quae potissimum iudicationem effecerit, Galenus tertio de crisi crebrius, & facilius

facilius fieri crises per aluum, quam per sudorem dicit; unde & ob hoc & quia longitudo, & cruditas morbi indicauit pituitae dominum ea expulsa videtur rationabiliter ab ipsa facta crisis. Atque hic fuit finis aegri praesentis, & exemplum morbi eorum genere, qui acuti per decidentiam nuncuntur, & quadragesimam diem terminantur. Galen. in postremo comm. multa dixisse puto, quae desiderantur; quod autem adnotari meretur, est iudicium clarum, & manifestum quod facit librorum tum praed. tum Coac. in quibus libris quicquid ueri, & boni reperitur, id totum esse: ex aphorif. & prognosticis exceptum asserit; cetera uero esse plerumque erroribus plena, & ob id errare eos medicos, qui ipsis tantam auctoritatem tribuunt: quod etiam repetit Galen. in comm. hunc immediate sequente. Iam uero aliquid secundum institutum de curatione dicam, quam par est aequè diligenter fecisse Hippocr. atque diligentissimus fuit in tota historia referenda. Cum idea morbi huius fuerit initio febris putrida continua, & acuta cum magnis symptomatibus, nec sine aliqua malignitate statim fuit victus non tenuissimus, sed tenuis institutus, pituitosa, s. cremor, aquae hordeaceae potus uel simplex uel mixta succi aurantiorum, uel limonium modico, uel granatorum cum saccharo, similiter succi seminum melonum, uel recentium, uel aqua maccratorum, ius etiam paruae pullae, saltem post quartam poterat conuenire, atque hic in tanta morbi uarietate diu fuit seruandus. Instituit uictu prima die, secunda erat de missione sanguinis cogitandum, & quia alius secunda die sponte stercorea deiecerat, haudquaquam fuisset uilla de ipso sollicitudo habenda, sed statim deueniendum ad sanguinis missionem, tum quia (ut optimè animaduertit Galenus) cuncta ferè initio praua fuere in morbo magno, tum quia vires erant robustissimae, ita ut non modo permitteret auxilium, uerum etiam hortarentur, ut copiosè mitteretur, quemadmodum est aequum fe-

cisse Hippocr. etsi nil dixerit more suo tacèdi, quando si res per se clara est: Locus mittendi sanè fuit in dextero cubito, tum quia hic magis euacuatur plenitudo, ut saepius dixi, tum quia si rectè animaduertitis, maximè omnium pars dextera fuit affecta, praesertim caput, atque iecur, ob quod rationi consonum est conuenire etiam usum cucurbitularum, & vesicantium infernis paribus, maximè quando comatoso affectu coepit tentari. Quod spectat ad alia remedia, humores fuissent praeparandi & corrigendi oxymelite, uel aceto. simpli. si habuissent ueteres illi saccharum cum suis accommodatis decoctis, tandem expurgandi leni medicamento saltem post decimam quartam, cum si alio suppressa necesse fuit eadem die pluribus glandibus uti. De symptomatibus quoque cura non modica debebat habere; in primis leni, & iocinori mollior tenso debebant emollientia citra insignem caliditatem remedia, quod si tenioni occurreretur, cuiusmodi est oleum amygd. dul. cum puluere sandalorum pro cinore, & pro splene oleum idem cum oleo de caparibus, & scolopendrij puluere: Aduersus delirium similiter certandum erat cum frictionibus lenibus, atque ligaturis, tum oxymelitis, quae comatis tempore extenuantia, & dissipantia magis sunt administranda; addendo oleo, & aceto, uel aquam, uel pulueres nepetae, origani, maioranae, thymij, atque aliorum similibus, quemadmodum si coma fuisset pertinax ualde, non erat omittendum quin & excitando aegrotanti omnia opera daretur strictis ligaturis, punctionibus, sternutatoriis, aliisque similibus, quae profundo ueterno detentis excitare apta sunt; & quoniam morbus fuit diuturnior, fuissent repetendae praeparationes humorum, & uiaurum cum iis, quae magis aperiant, ac repetenda quoque maior purgatio cum subsidentia in urina apparebat, quod forsitan factum fuit in illis diebus, de quibus nil dicitur ab Hippocrate, scilicet inter uigesima nonam quadragesimam.

## HISTORIA DECIMO OCTAUA.



N Thaso Philistes capite dolebat tempore multo, & aliquando etiam subsoporatus, decubuit: ex potationibus uero febribus continuis factis, dolor exacerbatus est; nocte supercalefactus est primum. PRIMA die vomuit biliosa, pauca, flaua primum, postea aeruginosa, multa: ab aluo autem stercota prodierunt: nocte molestè: SECUNDA fudit, febris acuta: hypochondrium dexterum contentum est. repebat ad interiora; urinae tenues, diaphanae: habebant enaeorema semini simile; parum furebat circa meridiem. TERTIA molestè. QUARTA conuulsiones: exacerbata sunt omnia. QUINTA mane extinctus est.



N THASO CAPVT Philist. &c. Hoc in loco qui partiti sunt, & Hippocratis libros, & Galeni commentaria inchoant librum, seu commentarium secundum libri tertij Epid. & qui hic proponitur aeger quartus est; multa autem dicit Galenus in praefatione huiusce comment. quorum primum est se non fecisse libros uillos, nisi ab amicis requisitum, & in interpretando Hippocr. semper germanissimos elegisse: Illud utrum uerum sit Deus nouit; hoc

lib. 3. hist.

hoc tamen ipsemet limitat, & prorr. & alia non ita germana interpretatus dicit amicorum & necessariorum hortatu sese ad id contulisse. Alterum quod dicit est ex libris Epidem. primum ac tertium germanissimos esse, in secundo uero, & sexto nonnulla circa finem minus germana esse adiecta, sicut & libris aphorif. quibus omnibus Theſſalus Hippocratis ipsius filius clarissimus nonnulla addidit forsitan ex ore Hippocratis familiariter differentis excepta, & ut de lib. praedict. aliquod exemplum referat falsitatis eorum proponit dictionem hanc, scilicet (febres ex hypochondrijs malignae) quam in aliquibus, non autem uniuersaliter verum esse ex eo probat, quod in lib. Epidem. inueniuntur aegri, qui euaferunt ex huiusmodi febribus, & minime verum esse omnes febres hypochondriorum esse malignas, nisi vel iecur sit inflammatum, vel lien, vel septum transuersum, quo in loco etiam illud licet adnotare omnes febres, quae consequuntur graues cuiusuis praecipui visceris, & partis nobilis affectiones ab eo vocari malignas. Tertium quod dicit Gal. est sese residuum librorum Epidem. esse interpretaturum eo pacto, quo est usus in interpretando primo. Nunc ad historiam deuenio Philistae de quo illud primū dicendum est, quantum ipse puto hunc fuisse virum celebrem, & notissimum in Thalo, postquam ipsius solum nomen apponit, & forsitan notus erat ob aliquod vitium, & praesertim bibacitatis, ut saepe contingere solet eos à cunctis cognosci, qui ob insignem aliquod uitium praedicantur, quos plurimos commemorat Athenus lib. dipnosoph. atque in hanc suspitionem potissimum inducor, quod dicat Hippoc. hunc Philistam diu secundum caput doluisse, ut nonnunquam ueternofum aliquā uispe decubuisse tandem ob immensas, & continuas potationes in febre incidisse cū nocturno dolore grauiore, quam antea. Et certe illud minime negari debet, quod scribit Hippocrates in lib. de affectib. tantam esse vim errorum, ut non modo corpora aegra uel in longas uoletudines, uel in magna discrimina, uel in exitium deducant, uerum etiam sana in prauos morbos & ingentia pericula praecipitent. Vnde fieret diuturnus ante febrem dolor capitis non dicit Hippoc. putandum est tamen à materia crassa & pituitosa ob errores in uictu, & maxime in potu commissos in capite cumulatā, à qua etiam, cum funderetur per cerebrum, ueternofus ille affectus oriebatur. Quae uero symptomata febrem sunt consecuta, haec fuerunt, quod primo incaluit, deinde biliosa pauca, primum flaua, deinde uirulenta, plurimaq; alia euomuit, alio stercora excreuit, & noctem habuit molestam. Atque haec fuerunt, quae primo die uisa sunt; circa quae utiles & iucundae sese offerunt contemplationes; & primum quod pertinet ad uini potationem, uidetur dubium aliā etiā propositum, quomodo ex ipsa possit febris acuta generari, siquidē Arist. tertia sect. probl. primo, & sexto, necnon Gal. primo de temp. dicunt uinosos tentari morbis frigidis, eo quod humidum nimium calorem superat, eoque uictu refrigeratur; in quo Arist. loco aliā monui malè legi pleuritidem; quae est morbus calidissimus; sed legendum esse uel paralyfism, uel

arthritidem, quod & literae aptatur; & res ipsa docet, cum experiamur quotidie uinosos in resolutione neruorum, & arthriticis morbis incidere. Respondendum est uerum esse, quod scribunt Aristot. & Gal. si per se intelligantur; at qui non inueniunt, quin per accidens, s. uel per uini qualitatem, & quantitatem, uel propter motum sibi aduictum, aut aliam quampiam causam etiā calidissimi oriantur morbi, ut uidemus ulcera, scabies, facieq; deturpationes ebriosi saepenumero contingere; atque id forsitan accidit Philistae, ut potatione calidioris uini humores, qui in ipso antea fuerant cumulatī, ualde incaluerint, sicque putredini, & febris occasio oblata sit, etenim ebriosos etiam ueterno, & graui somno ob immensam humiditatem tentari, & usus, & ipsa ratio docent satis. Possunt etiam respondere & forsitan melius uinifos, i. eos, qui continuo operam dant potationibus a frigidis morbis tētarī; at qui non semper, sed aliquando nimium potant, & praesertim una generosa calidis, imo etiam calidissimis occupari queunt; iam uerò quod dolor capitis exacerbatus sit, fuit causa eadem nimia uini potatio. quod quidem propter duas causas caput maxime laedit, una est quia uinum ob nimiam caliditatem in causa est, ut multi uapores in cerebrū attollantur, quod peruerentes dolorem pariunt. altera est uini proprietates quaedam, etenim Aristoteles 30. probl. primo, quaerens quomodo fiat ebrietas a uino, dicit eam fieri ob proprium uini temperamentum non ob calorem simpliciter alioquin aromata complura id multo magis facere deberēt. Sed quae fuit ratio ut statim noctes coeperint esse graues, & quomodo biliosa, & uirulenta, aliaque plura euomuit, postremo ad quid Hippoc. in hoc aegro adnotare uoluit eum prima die stercora eiecisse? De primo dicendum est id praecipue habere eos, qui nimio uino stomachum aggrauant, ut quiescere noctu nequeant, sed uentre grauiato huc, atque illuc sese uertant, quod situm mutantes leuentur, quasi putantes se posse molestiam oneris effugere litus mutatione, eo pacto quo illi, qui anxiosi sunt, & morsu uentriculi laborant, qui continuo situm mutare cupiunt licet in uanum, ut testatur Gal. primo de mot. muscul. cap. ultimo. Quod porro uomuerit biliosa, & pauca uaria fecit indigestionum multitudine, licet enim nil est, quod aequè indigestiones frequentes inducat, atque eximiae potationes; ita nil est quod similiter uarios morbos, & humores producat, ac indigestionum frequentia, ut uerè Auicenna dixerit indigestiones esse aegritudinum matres, neque mirari oportet bilem à uinofitate fieri, quoniam & obstructiones à cruditatibus indyctae, ut ipsemet uini calor iecur accendentes generationi bilis occasionem praestant; quinimo si Hippoc. tertio de uic. acut. 39. & tertio de fract. circa finem, & Alex. cap. de pleur. dicunt aquam uerti in bilem, multo magis id potest facere uinum. Vomuit autem primum biliosa flaua, quam uirulenta, quod bilis flaua, ut aliā dixi, sit ad motum facilior. Quod postremo Hippoc. uoluerit adnotare aluum reddidisse stercora, puto fuisse eam causam, quoniam qui uomunt non solent aluo quicquam excernere, aut paucum quid.

Vnde

Vnde Philistae qui excreuit prima die stercora, i. copiosè non potuit id fecisse, nisi quia etiam portio bilis fuit ad intestina transmissa, qua sunt excitata ad exercendum, praeter quam quod in petus ille, & uis uomendi quae etiam intestinorum expultricem excitare, eo quod & illud uerissimum est quod scribit Aristoteles tertia probl. quinto, scilicet aliquibus à uini potu copioso fieri aluos faciles, nempe quod intestina etiam largè humectentur. SECUNDA DIE alia symptomata grauiā accessibile dicit Hippoc. nempe surditatem, & circa meridiem insaniam: uirinas tenues, pellucidas, suspensionem paruam geniturae assimilem habentes, acutam febrem, id est maiorem dexteri hypochondrii contentione, atque intro inclinationem. Certè exitialissimum fuisse huius uiri morbum magnitudine symptomatum, quae statim apparuerunt, satis docere potuit; & primò de surditate, cum antea caput dolore diuturno vexatum fuisset, uerissimè est aurium meatus assiduo dolore fuisse non modo labefactatos, uerum etiam proximè ijs collectam esse pituitosam materiam, quae deinde febrili calore eliquata in ipsum auditoriū meatū fusa sit; unde is oppletus haud poterat externū aërem, qui tympanum percuteret, admittere, atque ita ne soni perciperentur, efficebant. Insania pariter subsecuta est, quod caput prius affectum facile receperet uapores biliosos, qui eo magis delirium inducebant, quod iam ebrietates antecedentes, & multae illum maxime simili malo suscipiendo dispositum & paratum reddidissent. Cur autem potius circa meridiem ingens insania facta sit, aliā diximus hoc saepius adnotasse Hippoc. nec absque ratione eo tempore potius, quam alio fieri, quoniam meridies pars diei calidissima est, & iccirco iure in eo fiunt morbi calidi, quale est delirium, & febris, quam probabile est eo etiam tempore acutiorem, & maiorem fuisse redditam; & quod hic Hippocrates ait de insania, poterat facile expectari ab eo qui didicisset in primo praed. uomitus aeruginosos cum dolore capitis, & surditate portendere cito futuram insaniam. Uirinae tenues erant ob cruditatem, pellucidae ob bilem, & cum ingens aestus partes internas torreret, habebant suspensionem geniturae assimilem, hoc est bullosam, & spiritu plenam, quale solet esse semen, quod ideo superficiei uirinae supernat, quia elaboratum, & spiritu plenum est, unde Venus à Graecis dicta est ἀποδύτη ἀπὸ τῆς ἀφροῦ, id est à spuma, quam refert sperma, ut Aristoteles dicit secundum de gene. anim. secundo. ubi etiam improbat Etesiam Cuidium medicum, qui dixit Elephantis semen siccum usque adeo durari, ut electrum referat, sic etiam fit in uirinis, ut carnes à febrili incendio colliquatae, & uirinis immixtae suspensionem qualem dicit Hippocrates reddant. Ceterum de hypochondrio contento, & intro inclinante, quid Hippocrates dicere uelit haud ita perspectum est. Galenus enim ait fieri huiusmodi hypochondrium ubi à septo transuerso uicinae partes uelluntur, ipsum uerò septum tendi inter eum in pleuritide ob magnitudinem inflammationis membranae costas succingentis; in-

terdum ob originem neruorum, ad se neruos, qui ad septum transuersum pertinent attrahentem, interdum uerò ob propriam siuipius inflammationē. Vtrum autem horum modorum factum sit, quod dicit Hipp. placuit Galeno potius ob neruorum tensionem septum attrahentium, & consequenter hypochondrium ipsi Philistae fuisse retractum, quod siue de utroque latere, siue de vno tantum intelligatur perinde esse dicit. Famulantur autem Gal. conuulsionones, quae die quarta contingunt. At alii putant Hippoc. hoc non intellexisse de septo transuerso, sed potius de iocinore, quippe cuius uenae cum sunt planae, ut erant in Philista, atque turgent in superiora feruntur, sicque retrahi faciunt sursum hepar. Ego uerò neutrum horum intelligo significasse Hippocratem, siquidē laesa in ambobus fuisset respiratio praesertim affecto septo, quod tamen non affuit, alioquin Hippocrates non illud siluisset, quemadmodum etiam alias respirationis uitae haudquaquam solet tacere: neque dici potest, ut Galenus loquitur secundo ac tertio de diff. resp. saepe tacere difficultatem anhelitus, quando clarum est necessario adesse, quoniam haud ita est in praesenti casu. Eapropter potius dicerem Hippoc. pro contentione hypochondrii intellexisse duritiem aliquam iocinoris, quae bilicibus saepe contingere solet; pro eo autem quod dixit intra illam intentionem inclinasse, nil aliud significare uoluisse, quam illum tumorem, seu duritiem potius internam fuisse, quam ut clarè exterius, uel perspiceretur, uel contrectaretur. De TERTIA DIE, nil aliud inquit Hippocrates nisi eam aegrum difficiliter tuisse; perinde ac si diceret, quae symptomata immania sibi contingunt secunda die, ea non modo tertia etiam perseverarunt, uerum etiam ita creuerunt, ut ea die nullam requiem habuerit. Etenim, ut aliā dixi ex Hippocrate secundo progn. inter signa laethalia primum locum habet *δυσσππία*, id est difficultas ferendi morbi, quae exitialis est, cum nunquam desinit, sed perpetua est, qualem fuisse Philistae iis paucis uerbis significare uoluit Hippoc. nam habere accidentia facua malum est, sed pessimum ubi nec intermittunt, nec quicquam boni sibi habent coniunctum. QVARTA DIE adhuc omnia exacerbata esse dicit, atque amplius conuulsionones apparuisse. si uillus est, qui facile conuulsionibus tentetur, sanè sunt illi, qui uino, & ebrietatibus dediti sunt, ut propterea Aristoteles octauo de historia animal. in fine dixerit ueteres medicos uetasse nutricibus uinum, ne lactentes pueri conuulsionibus caperentur; ferunt etiam Mahometem epilepsia, quae est conuulsio totius corporis laborantem hac ratione, & sibi, & sequacibus uini usum interdixisse. QVINTA DIE dicit summa luce obuisse, nec dubitandum est usque ad mortis horam perdurasse conuulsionones, ita ut si pro matutino tempore intelligamus finem quartae diei necesse sit ipsum in quarta perisfisse, in qua solere ebriosi mori conuulsos docuit Hipp. quinto aph. quintae sect. quemadmodum par est contingisse Philistae, qui ex potationibus aegrotationis occasionē habuit, et si initio conuulsionones minime apparuerit, ut forsitan debebant,

I statim

statim post nimum vini vsum id contingit, quia febris superueniens coxit quodammodo humorem vini eo pacto, quo inquit Hippocr. secundo Epid. sect. sexta, crapulam meri potione sanari, & Arist. tertia probl. vinum merum minus laedere caput vi no modicè diluto, quoniam suo calore seipsum coquit; sic ergo febrilis calor initio coxit nimum humorem, quo deinde exhausto, exsiccatq; neruorū principio alioquin debili, non mirum est si conuulsiones sunt secutae. Quae debuisset huic morbo curatio adhiberi non est arduū conijcere, tum ob breuitatem morbi, tum ob subitam acutiem, quae statim apparuit, nam ut ait Celsus lib. tertio, cap. primo, in acutis morbis temporis exiguū spacium est, intra quod si nullum remedium prodest, aeger exinguitur, vt hinc certissimum esse queat' debuisset quamprimum viuendi rationem tenuissimam institui; tum quae erāt cruditates in primis cauitatibus, atque intestinis excerni, vel clystere, vel aliquo à veteribus *amdro*, i. subductorio à nostris lenitio medicamento appellato; etenim in illis, qui potationibus, & crapulis dediti sunt, abundare semper cruda excrementa certum est, vt ob hoc in hisce omnibus necesse sit semper aluum soluere, priusquam ad sanguinis missionem deueniatur; nisi tamen sufficienter sponte id fiat, quod tamen non potuisse in Philista, et si prima die exierint sterco-  
ra tantum, aluo paullisper soluta, nil cunctandum

A fuerat, quin sanguis mitteretur, primum à comūsi dexteri brachij, deinde a cephalica nuncupata; mis- so sanguine extinguendo feruori febrili fuisse incumbendum aliqua ex iis refrigeratoriis potioni- bus, quas in fine tertii de morbis descriptas nobis reliquit Hippocr. deinde contendendum erat aduersus symptomata, & primum ad iocinoris internam ten- sionem, & duritiem externo lenimento agendum erat, vt oleo amygd. dul. masticino, & suc. cichor. simul cum cera mixtis, & notandum est in viscerib. duris, ac tumidis emolliendis minimè solis laxanti- bus esse utendum; sed iis semper aliquid coniungi debere, quod familiaritate visceri illi conueniat, vt cichorium hepatis, scolopendria lieni; & quod corroborare queat, vt mastix; Aduersus autem capi- tis affectus surditatem scilicet, insaniam, haudqua- quam tamen poterat in tanta morbi immanitate iamdiu intus ob errores uitae concepta, & con- nutrita liberari: vnde fuisse statim praedicendum non modo periculum, verum etiam mors propin- qua, quod ubi initio in corporibus prauo, & copio- so humore plenis apparent signa exitialia, vix vniquam seruantur, quod (vt dixi) id fiat à prauitate multo antea in corpore genita, atque aucta.

## HISTORIA DECIMANONA.



HAERIONEM, qui decumbebat apud Demaenetum ex potatio- ne febris magna corripuit. statim autem capitis grauitas dolorosa: non dormiuit: venter conturbatus tenuibus, subbiliosis. TERTIA febris acuta: capitis tremor: maximè vero labij inferioris: paullo post autem rigor, conuulsiones: in omnibus delirauit: nocte moleste.

QVARTA quiete, modicum dormiuit; obloquebatur. QVINTA laboriose: cuncta exacerbata sunt. delirium; nocte moleste; non dormiuit. SEXTA per eadem. SEPTIMA superriguit, febris acuta, sudauit per totum, iudicatus est: huic vsque in finem ab aluo deiectiones biliosae, paucae, sincere; vrinae tenues boni coloris, enaeorema nebulosum habentes: circa OCTAVAM minxit melius, & magis colorata, habentia sedimentum album, exiguum: mente constabat, sine febre intermisit. Circa vero DECIMAM QVARTAM, febris acuta: sudauit. DECIMASEXTA vomuit biliosa, flaua, subcopiosa. DECIMASEPTIMA superriguit: febris acuta: sudauit sine febre; iudicatus est: vrinae post recidiuam & crissim melioris coloris, sedimentum habentes: neque delirauit in recidiua. DECIMAOCTAVA calefactus est parum: sitiuit: vrinae tenues: enaeorema nubilosum: parum delirauit. Circa DECIMANONAM sine febre: collum dolorose habebat: vrinis sedimentum. perfecte iudicatus est VIGESIMA. P. M. B. V. V. S. hoc est, probabile multitudine biliosarum vrinarum vigesima sanatum.

CHAERIO.



HAERIONEM, qui apud Demaenetum. Et hic aeger, vt antecessens ex occasione potius aegrotare coepit, cuiusque historia satis exactè recitetur ab Hippocrate, mirandum est, quomodo Gal. ita parcus fuerit, atq; seiuus, vt dixerit tatum hunc aegrum ex abundantia biliosorum humorum aegrotasse, atq; in ipso conspici veritatem dierū decretoriorum, & vrinarum iam traditam. Sed morem iam susceptū sequar. Si nominis etymon praesentis aegrotantis spectare placeat, significare potest hominē laetum, festiuum, quales esse solent potatores; in vino hilaritatem posuisse veteres praeter Plutar- chum in sympo. id dicentem etiam Plato lib. primo de legib. testatus est, vbi dicebat vinū hominib. datum esse ad depellendos timores & hilaritatem in homine efficiendam; vnde postmodum Poeta nescio quis apud Athenaeum vocauit vinum curarū iugulatore: & Diuinus etiā Poeta David cecinit vinum laetificare eor hominis. Hic itaque Chaerion, vt ego puto, non erat admodū notus, nec forsan loquax, sed in domo Demanati viri illustri habitabat; atq; ipsi ita charus erat, vt voluerit Hipp. ad ipsum curandū accersari; id. n. facere solent plerique magna- res, vt quos habent penes se charos, & spectatos ui- ros dum aegrotant, eos faciant omni diligentia; & studio curare. Sed haec parum attinent ad artem. Hic autem Chaerion cum sese potu exhilarasset nimio, ab igne. r. febre vehementi correptus est, & vsque ad tertiam diem exclusiue dolore prauituo capitis, & vigilia uexatus est; aliusq; tenuia, & sub- biliosa cum turbatione fudit. Quod enim attinet ad dolorem capitis grauatiuum scimus ex Galeno primo de loc. aff. cum orri à copia; & crassitie humo- rum soluentium continuum; vnde uerisimile est ex potu nimio caput sibi fuisse valde repletum. Arist. enim apud Athenaeum in fine libri primi scribit remulentos ex vino decumbere capite prono ob grauitatem, quam inducit. Ebrios autem ex zytho capite supino decumbere, quia facit soporem, & veterum; atq; iade spiritus primum vehementer in- caluisse, mox calore febrili humoribus iam paratis communicato febrī putridae efficiūdae occasionem esse datam. Sed dicit aliquis cum vinum potius so- porosos homines reddat, cur factum est, vt ex potu incurreret statim in vigiliis? Respondendum est du- pliciter. vno modo ut dicit Arist. tertia probl. 15. sci- licet unum alios retardos, alios concitatos, & maniacos facere, non ratione fuis, sed ob uarietatem cor- porum, quae ipso utuntur. Vel dicendum est forsan meri, hoc est uini generosioris, & uulsius potum fuisse, ab hoc autem uino immensè corpora calefieri, & consequenter vigiliis induci testatus est Gal. secundo de loc. aff. in fine exemplo pueri illius si re- ctè recordor Grammatici, qui cum latenter merum haussisset copiosum, in uehementes uigilias incidit. Nec obstat quod scribit Arist. tertia sect. probl. 24. uinolentis somnum orri non posse, quoniam ijs de- est, humor calidus, qui facilliter concoqui possit, si- quidem ea sententia suspecta est, cū aliis decreuerit Arist. somnum fieri ab humidis vaporibus obstruen- tibus cerebri meatus, quominus eos spiritus anima-

les penetrare queant, atq; tādū durare somnum, quoad vapores illi coquantur, atque dissoluantur, quasi uero facilis solutio humoris calidi potius ad uigilias, sicut difficilis ad somnum efficiendum confes- rat, secus quam in praedictis probl. docet; nisi dica- mus ibi intelligere non solutionē, & dissipationem consumatam humoris; sed potius eliquationem, & fusionem; etenim nisi humores, qui sunt in cerebro soluantur, & fusi claudantur meatus cerebri, eiusque corpus irrigent; haudquaquam somnus suboritur. Porro de excrementis tenuibus, & subbiliosis iura- rem hanc fuisse cruditatem uidorosam ex immodi- co potu, quas cruditates in corporibus paratis accē- dere primum diariam febre; deinde putridam, si- mulq; aluum cieri, & fundere crudos, aqueos, & sub- biliosos humores quotidie experimus, atq; ratio ip- sa dicit, quod si corrupti in uentriculo succi non mo- do in aquosas superfluitates, sed etiam acres conuer- tantur, à quibus deinde irritata expultrix intestino- rum facultas eos assatum per aluum effundit. Sed di- cet aliquis Gal. in lib. de cib. bon. & mal. suc. cap. se- cundo; dicit, quod ubi fit cruditas ex copia potus, vel cibi, si sequatur alui fluxus, quiescendum esse, ex quo colligi posse uidetur hunc fluxū in Chaerione- debuisse iuuare. Dico istud uerum esse si fluant hu- mores ipsi crudi, sin autem non, necessarium est ac- cidat quemadmodum contingit Chaerioni; qui non cruditates, sed biliosos humores fudit. TERTIA die cuncta acerbiora fuerunt, in primis aucta est fe- bris, simulq; caput praeter dolorem grauius coe- pit alia sentire symptomata, nempe tremorem, & praecipue labij inferioris primum, deinde rigore sus- cessit, & a rigore conuulsiones, atque manifestū de- lirium, ita ut etiam nocte sequente morbum distinge- liter tulerit. Cur tertia die quae est impar, sympto- mata saeuiora comparuerint, non tam est tribuen- dum imparitati diei, qua solet magis natura irrita- ri, quam ipsi materiae biliosae, quae sic à natura mo- uetur, & quā in corpore Chaerionis fuisse sumu- latam copiosè iam diximus; ab hac eadem materia- sursum tum ob capitis dispositionem, tum ob febre, sublata factus est primò tremor capitis, qui dubita- ri potest an fuerit uerus, tremor, & ex una parte nō uidetur, quia uerus tremor proficitur ex debilita- te facultatis sustentis membrum, vnde non tre- mant membra nisi erecta, iam uerò Chaerion de- cumbat. ex alia parte non uidebatur esse conuul- sio: erat enim motus; & Hipp. infra recensitbit conuulsiones, quare esset ueluti repetitio. Dicebam ita- que neque uerum tremorem; neq; propriè conuul- sionē fuisse, sed motum quendā conuulsorium: fuit autem potissimum conuulsio in labro inferno, quod praesertim neruū eam partem mouentes laederen- tur, vel quod aliquid bilis in uentriculo continere- tur; & mirū est non uomuisse biliosā; nisi sextadeci- ma die, cum inter signa futuri proximè uomitus ab Hippocrate, atque à Galeno referatur tremor infer- ni labij; nisi dicamus non uomuisse citius, quoniam maior portio bilis in caput, exigua in uentriculum ferebatur; aliqua etiam in totum corpus missa, par- tesque sensibiles uellicans rigorem peperit, atque totus conuulsiones, simul & delirium, quibus ma-



lis admodum grauib. existentibus, quomodo poterat non grauiter, & difficiliter noctem tranligere? atque etiā quarta & quinta, in quibus dicit primum delirium perrexisse & vigilias mox omnia esse exacerbata, delirium, difficultatem ferendi morbi, vigilias, atque sicufque ad septimam perdurasse, & certē si magnitudinē, & prauitatem symptomatū spectemus, debebat hic aeger perire, & cito, verū remore facultatis factū est, vt victus sit morbus, sed nō ita cito liberatus, quin peruenerit ad ultimū terminum acurorum, s. vigesima. S E P T I M A verō die rigore superueniente, & post rigore calore succedente, atq; deinde sudore facta est crisis, vt iure antecedentū diurnum mala ostenderint, cito aliquā iudicationem futuram siue bonā, siue malā; Et certē potius mala erat expectanda; nisi (vt dixi) vires ualde robustae fuissent, & maximē verum est qd Galinnuit, nimirū vim diurnum impariū maximē in praesenti casu elucere; quōd in iis factae sint exacerbationes: quāquam nec vera crisis fuit, cū paulō post redierint symptomata, nec vrināe coctionē perfectā ostenderent, nempe quas dicit sibi antea fuisse tenues boni coloris; cum suspensione nebulosa. i. tenui, sicut deiectiones biliosas, paucas, & mēras. i. neque serosae aquositate, nec alijs humorib. commixtas. Nec miretur quispiam me dixisse ab vrinis non fuisse perfectā coctionem indicatam, quoniā etsi color esset bonus, nec contentū malum, aderat tamen tenuitas substantiae, quae semper alicuius cruditatis est comes, cū coctio, vt saepe dixi, sit quaedam redutio humorū ad mediocritatem inter crassitiē, atq; tenuitatem; praeterea habebant nebulam, nō sedimentum. OCTAVA die cooperunt maiorae coctionis iudicia apparere, & iure; quia euacuata per rigore, & sudorem magnabiliori succi parte, multo facilius deinde fuit reliquū concoquere, quod tamen statim fieri minimē potuit; etenim meliorē coctionem non est dubiū indicasse meliorem vrināe colorem, simul coctentū, nempe quōd vt antea erat solū enadorem nebulosum, sic octaua fuit seramentū; atq; illud alibi, quae sunt coctiones optima coctionis vrināe: illud forsā poterat dānari, quod esset paucū, vt hoc quoq; appareret non dū fuisse consumatam coctionē, sed eā tamē, ob quā iam febris intermiserat, delirūq; cessauerat: quae febris NONA die redijt, quoniā adhuc fomes febrilis, & materia semi putrida erat, qua accēsa nona die excitata est febris, etenim id manifestē visum est in Chaerione semp exacerbationes fuisse dieb. imparibus. At cum Hipp. di mittat narrare, quae cōtingerint a nona vsq; ad decimā quartā, quem putandū est aegri fuisse statū hisce diebus? Ego sanē suspicor nullā insignem mutationē fuisse, & forsā febriculā, quae reuera est nona die, sic perdurasse cū remissione aliorum symptomatū: ita. n. videtur consonū fuisse post iudicationē si non perfectā, saltem mediocrem. Quōd verō ita fuerit videtur colligi posse ex eo quod subiungit Hippoc. D E C I M A Q V A R T A die febrē fuisse acutā, licq; decimasexta etiā perseuerasse. quasi quae antea erat mitior, tūc facta sit maior, tum ob vim decretoriae diei, tū quia materia relicta, atq; fomes febrilis paulatim auctus tandē; maiore flammā eruperit. Quā

tamen credibile est fuisse rennissam, tū quia decimasexta die biliosa, flaua, subrubra euomuit, quibus imminuta materia mitiorē quoque fecit focū, tum quia ipsemet Hipp. testat decimasextimā, s. die indicatoria fuisse febrē acutam cū rigore praecedente; & cū sudore subsequente, adeo vt a febre postmodū sit decretoriē liberatus: Iure autē euomuit decimasexta biliosa, quiaerat dies praecedens iudicationē, quā dicit Hipp. esse semper grauem: vomuit autem potissimū biliosa, qd bilis abundans in ventriculū laberet. D E C I M A S E P T I M A igit die superriguit, adfuit febris & sudauit, & iudicatus absq; febre est. Mirum certē, qd eodē penē modo facta est iudicatio decimasextima die, ac facta fuit septima: in qua etiā superriguit, sudauit, febris aucta est, & iudicatus est; interest tamen inter hanc & illa iudicationē, qd in illa sudorē fuisse copiosum, dicit Hipp. in hac verō nō: praeterea in illa dicit iudicatu esse, in hac verō absq; febre iudicatu esse: sudor. n. decimasextima die non fuit adeo copiosus propter vomitū copiosum praecedentē, per quē humores multi euacuati sunt; addit decimasextima die absq; febre iudicatu esse, non qd etiā septima die liber a febre non fuerit, sed non ita euidenter; Iure autē Hipp. addidit particulam illam. *ἐπιθὴν ἀρρωστος*, quia decimasextima dies minimē est verē decretoria, sed in ea fieri possunt mutationes non verē iudicantes, at verā iudicationē quodammodo aemulantes; quod verō *ἐπιθὴν ἀρρωστος*, s. sit visus liberatus, probat, quia vrināe coloris boni, & cum sedimento, semper post recidiuā vltimā fuerunt, hoc est coctio nē perfectē saltem proximā significauerunt; Ad haec praedictō similiter tēpore nō apparuit amplius delirium, quod quidē certissimum erat argumentū materiae morbificae iam adeo cōsumptae, vt amplius caput petere nequiverit. Sed hic oritur nobilis dubitatio, quia Hipp. in lib. de affect. & Ait. quartā primis scribit recidiuā esse peiorē sua radice, quomodo ergo Chaerion in recidiua melius se habere potuit? Aduertendū est duplicē esse recidiuā, propriam, & impropria: propria est quotiescūq; prior morbus ita discessit, vt aeger per aliquod tēpus verē sit sine febre, impropria verō, in qua aegrotantes melius quidē se habent, sed nō in toto liberātur, quemadmodū contigit Chaerioni, qui nō fuit ex toto a febre liber: Est autē deterior illa recidiua, quae est propria, quia ubi semel morbus est absolutus, nō potest nisi aliqua ingenti causa iterū redire: quando autē non perfectē tollit morbus, qualibet causa reuerti pōt, cum adhuc in corpore fomes morbi adit: solent. n. duplici de causa aegrotantes in recidiuā incidere, vel quia magna portio materiae relicta in corpore sit, vt dicebat Hipp. vel ob errorē in victu. D E C I M A O C T A V A. Mirum sanē est cū decimasextima tot bona paruerint, attamē decimas octaua die ferē cuncta recruduisse, quando calor, & sitis aliquantisper ipsum vrgebant, paulum delirabat, atq; vrināe adhuc tenues cum suspensione erant nebulosa. Dicit autem incaluisse, quia febris erat exigua, materia praua iam per duas iudicationes penē tota euacuata. Caeterū de siti dubitari potest cur nunquam antea ipsam commemorauerit, etsi non adfuit, quae nam fuerit causa, sicuti etiā cur decimas octaua die adfuerit.

Non

Non adnotauit Hipp. sitim ante decimas octauam diē, quia non adfuit, & forsā eo tempore leui quadam, & insensibili destillatione laborabat, quae lingua & palatum irrogans sitim mulcebat, id quod colligi potest, quia multū potauerat, adhaec dolorē capitis grauiatū habuerat qui ex copia materiae oritur, & Hipp. in Coac. & in Aph. scribit tussiculas, & destillationes in febrilib. ardētibus sitim extinguere. vnde cū decimas octaua die finita esset destillatio, non misisset, alui fluxum habuisset, & bis sudasset, quod mirū si exiticatis faucib. situit? Atqui circa vrinās dubitabit aliquis quō pacto, quae antea subfidentia albā habebant, iterū ea carentes loco eius suspensionē, & eam quidē nebulosam habuerunt. Cui respondeo potuisse hoc fieri, vel altera, vel duab. de causis, vna quia noua aliqua materia, sed tenuis, & exigua putredinē conceperit, quae parū adfuit, & delirū induxerit, quaeq; ad vrinās portionē aliquam succi dirigens simile contentū fecerit: vbi. n. non sunt ue rae crises semper aliquid succorū relinquunt, quod recidiuā facere solet. Altera causa potuit esse, qd aeger confidens sese decimas septima esse liberatū paulo licentiosius vixerit, vnde factus aliquis crudus succus flatū pepererit, qui postmodū, & vrinās tenues, & cū nebuloso enaeo remate reddiderit; Et notandū saepe medicos falli, qui putant semper contenta vrinarū esse portiones humorū putredinē, cum saepenumero a vitioso victu ea fiant, quod tā de nebulosa, quā de hypostasi intelligendum est; quae ob id saepenumero in primis dieb. cōspicitur, fallamq; in exercitatis medicis propinque salutis spem affert. Ergo cū exigua, ac tenuis materia putredinem concipiens vel ob victū prauum, vel ob aliquid relictum febrē, atq; delirium modicū pepererit decimas octaua die, iure decimanona febris soluta est cū aliquo dolore colli, qui ex dolore capitis antecedente relictus fuerat, nō quod fuerit decretoriū signum, quia debuisse, & alia adesse. Et quia vrināe subfidentia habuerunt, & maturā coctionem indicauerunt, inde factū est, vt 20. quae est vltima decretoria die actōrū sit integrē iudicatus. Ad dit Hipp. notis probabile esse per vrinās biliosas, & copiosas sanatū fuisse: Circa quae verba sunt duo quaerenda, vnum est cur potius voluerit Hipp. notis hoc suū iudicium, quā litteris explicatis relinqueret. Secundū est quomodo Hipp. & quibus cōiuncturis id iudicauerit. Ad primū dicere oportet veteres in rebus dubijs consueuisse characterib. vtq; & veluti hieroglyphicis notis, ne in mēdacijs faciliē deprehenderentur, quod tunc magis fecisse Hipp. aequum est, cum abesse ab aegris, nec ita fideret aliorū relationibus: hunc. n. Chaerionem forsā postremis illis diebus, quando erat certus de aegri salute, nō amplius visitabat, sed ab adstantib. de eo percunctabatur, atq; secundū aliorum relata scribebat, quāquam potuit etiā breuitatis, & magnarum occupationum gratia sic cursim scriptitasse. Ad secundū dicendum est cum Chaerion 20. liberatus sit, non coctione, vel solutione, quae maiori tēpore egent, sed excretionē id sibi cōtingisse. Iam verō excretiones, quibus solent iudicari morbi, sunt sanguinis fluxus, alui excretio, sudor, & vrinā. De sanguinis fluxu certissimū est nō potuisse eo iudicari, quia

morbus potius a succis biliosis fiebat, nec vmqūā vlla ad eam euacuatorē visa est naturae propensio, quemadmodū videri solet semper per quas vias faciēda est euacuatio iudicatoria, eō paulatim inclinare. Non potuit etiā per vomitū, quia tamen decimasexta vomuerit biliosa, flaua, subferebra, antea tamē nil vomuerit, neq; post amplius vomitu ciebat. De alio potuisset sanē dubitari cū dixerit Hipp. vsque ad septimū sibi fuisse biliosas deiectiones paucas, & mēras, at quia septima die vsq; in finem haud cōmemorantur amplius similes deiectiones non est vt ambigatur. Accedit quia si fuisset iudicatus morbus per alui biliosas deiectiones, oportuisset multā eiusmodi materiā vsque ad illud tempus in corpore cōseruari, quae cur nō fecisset febres & deliria, aliāq; symptomata saeva, quae tamē non apparuerūt; imo potius cuncta prope finē mitiora fuerunt. De sudore pariter forsā rationabili existimari posset per eū fuisse Chaerionem iudicatu, siquidem cum duas habuerit ante vigesimā iudicationes imperfectas nimirū septima & decimas septima die semper prius sudauit, vt ob hoc verisimile videatur, etiā tum sudasse cū perfectē liberatus fuit: at sudor factus septima & decimas septima semper secutus est rigore, qui in vigesima haud narratur adfuisse, praeterquā qd decimanona caruit febre: sudor autē iudicatorius sit in febre, sed ab ea liberat, vt Hipp. docuit secūdo progn. Itaq; superest huiusmodi ratiocinio factio nō potuisse praesentē aegrum vlla alia ratione, sen excretionē iudicari, quā vrinarū biliosarum copia, atq; eo magis quoniā ab initio vsq; in finē visa est aliqua naturae in eam partē inclinatio, ac ipsae vrināe semper fuerunt tenues, cū suspensione, & aliquando cū sedimento. Videamus modo aliquid de curatione, pro qua quoniam morbus fuit continuus, & acutus, quis victus conueniat, iam saepius est definitū: a victu instituto deliberandū fuisset de sanguinis missione: verum dubitari poterat nūquid conuenisset, quia si ab initio morbi vsq; ad septimā diem, vt ait Hipp. deiectiones fuerūt biliosae, & sincerāe nō videbatur conuenire, quoniā monuit Gal. primo ad Glauc. cap. 14. vbi fuit alius non esse cogitandū de alia euacuatione, quoniā vna sufficit, periculumq; est ne si sanguis mittatur vires nimis hebetentur. Verum hac in re maximi momenti sic ipse constituissem, vt quia deiectiones erant exiguae omnino mitteretur, sed in minori quantitate, quā ipse morbus postulabat, & saltē die tertiam id fecissem, sed vena communī sanguinē mittendum curassem: cūque caput non modicē tētaretur ab eo diuellere, & repellere omni studijs sem ingenio tam oxyrhodinis, quā fructibus, ligaturis, cucurbitulis, & vesicantibus: intus vero incumbendū erat in humorum praeparationē, & coctionem decoctis refrigerantib. modicē, aperientibus atq; vrinam cientibus; etenim si quo vergit natura eo duci oportere docet Hipp. primo aph. sanē praestabat in proposito casu urinā mouere, ad quā euacuationem semper visa est inclinasse natura, etsi priorib. diebus vsq; ad septimā nulla eius fiat mentio, praeterquam quod humores biliosi, atq; serosi, qui in hac aegritudine exuberant multo facilius lotio, quā vlla alia euacuatione consumuntur.

## HISTORIA VIGESIMA.

**E**URYANACTIS filiam virginem febris magna cepit: erat autem sine siti perpetuo: cibos non accipiebat: ab aluo autem pauca exiebant; vrinae tenues, paucae, non boni coloris: inchoante autem febre circa sedem dolebat. In **SEXTA** die existens sine febre non sudauit, iudicata est. Quod autem erat circa sedem modicè suppuratum est. ruptum est cum iudicatione; post vero iudicationem in **SEPTIMA** die existens riguit: parum supercaesata est. sudauit: post vero iudicationem in **OCTAVA** existens riguit non multum: in postremam autem extrema frigida semper, circa **DECEM** post sudorem factum delirauit: & rursus cito ad mentem reuersa est: dicebant autem eam, postquam gustasset racemum, haec pati: intermittens uero. **DODECIMA** rursus, multum delirauit; aluus turbata est biliosis, paucis, & sinceris, tenuibus mordacibus; saepe exsurgebat. aqua autem delirauit, postremo perijt. **SEPTIMA** haec incipiente morbo doluit faucibus, & semper ruborem habuit; gurgulioque retractus est: fluxiones multae, prauae, acres; tussiebat: coctum nihil reiciebat: abhorrebat omnes cibos toto tempore; neque appetebat quicquam: sine siti, neque aliquid bibebat effatu dignum: silens, nihil loquebatur: moeror, & desperatio statim ipsam habuit: erat autem aliquid & congeneum tabe obnoxium.

**E**URYANACTIS filiam virginem &c. Cuius aetatis esset haec uirginis filia Euryanactis haud aliud quicquam dicit Hippocrates, quam fuisse virginem, & quamquam aequè prouectiores, atque iuniores possint esse, & appellari uirgines, quia tamen haec erat filia, s. patrem habebat uirgineum, probabilis est non fuisse admodum adultam. Quod autem dicitur in fine historiae habuisse quiddam natuum tabidum, nil aliud significare uoluit quam ipsam fuisse habitu gracili, longumq. collum, pectus arctum, & spatulas prominentes habuisse, cuiusmodi habitus solet fluxionibus, maximè omnium esse obnoxius, ut Gal. primo in primum Epid. tex. 18. Cur Hippoc. menstruum nihil meminerit, forsitan fuit, quia uel pro ratione fluebant, uel quia nondum erat in ea aetate, qua fluere pleriq. solent, quamquam fieri etiam potuit, ut essent suppressa, postquam initio fuit sine appetitu, tristis, tacita, & cum desperatione; quae symptomata solent comitari uirgines, & eas omnes, quibus menses non fluunt, ut Hipp. adnotauit lib. de uirginibus atq. de natura mul. Sed ad historiam ueniamus, in qua narranda tamen Hipp. primum particularia quaedam, deinde quae uniuersaliter in toto morbo contigerint proponat, ipse tamè conabor distinctius singula suis diebus assignare; & certè Hipp. hic solita diligentia non uideret esse usum, imo si aduertatur quae dicit Gal. in extremo cap. secundi lib. de diff. resp. id quod est in fine historiae debet esse in principio, secus quam dicit initio praesentis comm. nisi quoque dicamus, quòd forsitan assiduum ipsam non uisitaret; etenim mulieres, & praesertim uirgines

frequenter pudet mala sua recensere, ut dicebat Hippoc. primo de morb. mul. ac uiros minimè familiares adspicere. Sed utique sit primis diebus usque ad sextam haec uirgo à febre tentata est sine siti, sed cum magna inappetentia, ita ut nil gustare posset, melancholica erat cum dolore, & rubore faucium, nec non columellae reuulsione fluxionibus. acerbis multis interdum, exiguis nonnunquam, propter quas etiam interdum cocta cum tussi reiciebat; interdum nil excreta. Vtrum haec omnia singulis diebus fierent, an uero quaedam quibusdam non constet ex notatis. Certum est dolorè ab initio febris usque ad sextam diè durasse. Et quantum pertinet ad morbi ideam, puto febrè acutam, & continuam fuisse, quae originem habuerit ab illis destillationibus, calicibus, & acerbis, ut uidetur etiam placuisse Gal. cum enim esset natura tabida, propterea quòd ut dicebat ob iocinosi calore destillationibus calidis, & iugibus subiceretur, factum est, ut destillationes eiusmodi partim in fauces delapsae pepererint dolores, & rubores, partim in sedem praecipitatae, ibiq. firmatae tumorem effecerint; Cur autè ibi potissimum firmata sit materia, forsitan in causa fuit, quòd mulieres sedentariae cum sint, eas partes, sicut & crura, solent habere crassiores, laxiores, atque suscipiunt destillationibus ualde obnoxias, ut non immeritò dicit Gal. aph. 2. à sede communicari facile uentri calidam & frigidam, quemadmodum etiam dicit nono de med. loc. cap. sexto, sedem esse multo sensu praeditam. Igitur cum haec uirgo talis habitus, atque temperamenti esset, destillatio acris, calida, & copiosa non modo in fauces, & in sedem, uerum etiam in uenas

& arte-

& arterias delapsa ibique putredinem concipiens, & massam sanguinis contaminans febrè attulit; quemadmodum quae in uentriculum descendebat sua humiditate sitim extinguebat, atque inappetentiam faciebat, & ciborum abominationem, quae mala eo deteriora erant, quòd aluus pauca egerat. Galenus enim septimo Moth. scribit ubi destillationes calidae in uentriculum frigidum labuntur, multo deteriores euadere si adstricta aluus iis coniungatur. Itaque una haec destillatio, quam scribit Hippocrates libro de glandulis per septem vias solere fieri in palatum, uentriculū, pectus, sedem, hypochondria, necnon inueuas delapsa omnium malorum, quantum ipse existimo, causa fuit: imo uero etiam illa desperatio, tristitia, atque taciturnitas, non aliunde proficisceretur; quam quod uirgo existens & forsitan menstruis purgationibus orbata, simulque tot grauibus aegritudinibus affecta minimè poterat non tristis, & melancholica esse. Certè si nostrates mulieres similibus infirmitatibus occurrant, statim effascinationes esse praedicant, ut exorcistas potius, quam medicos accersant. Sed dicit aliquis quomodo fieri potuit, ut destillatio in stomachum flueret, & non faceret alui fluorem: est enim sententia Hippocratis libro de affect. ut fluente de stillatione in stomachum fiat alui fluxus: Non fiebat alui fluxus propter ardorem febrilem iam uero Hippocrates id intelligebat, quòd non aderat febris. Urinarum tempus, paucitas, nec bonus color demòstrabant omnino morbum esse crudum. erat autem tenuis, quia erat uirgo, & carebat mēstruis quae etiā ratione erat pauca, quia pueri, & uirgines propter modestiam parum bibunt: Dixit autem Hippocrates potius non boni, quam mali coloris fuisse urinas quòd nil aliud mali haberent, quam puram carentiam coloris.

**SEXTA DIE.** Circa sextam diem tria quae rere oportet primum, quomodo ea die, quae non est decretoria, immo plerumque solet esse infida, fuerit sine febre, adeo ut Hippocrates dicat ipsam esse iudicatam. Praeterea ad quid Hippocrates dixit ipsam minimè sudasse? Postremo quia fieri potest ut statim usque adeo abhorruerit cibos. Ad primum dicendum est neq. febrè fuisse uerè solutam, nec propterea uirginem uerè iudicatam; sed ita sibi relatum ab adstantibus adnotasse, nam infra dicit eosdem dixisse affectam ita fuisse, quòd racemum gustasset, quasi uero Hippocrates minimè asseruit aegrotanti uirgini, sed quae narrabantur ab adstantibus scripserit, qui consueuerunt ubi aegrotantes ex morbo paulum recreantur, statim spem certam salutis concipere. Iam uero unde orta sit tanta recreatio, ut potuerit suspicari absentes mulierem esse iudicatam, & a febre liberam, puto fuisse, quia mala quae a destillationibus oriuntur, augentur, atque fouentur, cuiusmodi sunt, ut prout illae modo fauiores, modo placidiores sunt, sic ipsa inde orientia mitiora, uel atrociora apparent. Ad secundum dicendum propterea Hippocratem praeter morem addidisse non sudasse ne aliquis suspicaretur illam a febre fuisse liberam quòd sudorem, ac. ob id fuisse perfecte iudicatam, quamquam etiam po-

tuit id dixisse, ut ostenderet iure secutam esse recidiam, quia cum non factus sit sudor qui fieri debebat probabile est nullas alias euacuationes decretorias ad fuisse: praeterea ex dictis apparebat non potuisse habere uomitum, quia nil cibi sumebat, non alui fluxum, quia pauca ab aluo prodierant non urinae fluxum, quia erant paucae; non sanguinis, quia tumor sedis indicabat potius ea naturam inclinare, sicut & rubor faucium ad ipsas, unde supererat solo sudore potuisse iudicari, quem etiam ab fuisse dixit, ut doceret non fuisse bonam crism. Cur porro, quòd erat extremum positum; usque adeo statim cibos abhorruerit Galenus tres differentias facit, eorum qui male sese erga cibos habent, una est eorum, qui quòd uis genus ciborum, & eorum, qui olim sibi placebant fastidiunt, nec quicquam appetunt, sumunt tamen aliqua; aliud eorum, qui coetera edulia abhorrent, praeterquam ea quibus delectabantur antea, quibusq. oblatis uescuntur: aliud uero eorum, qui nec appetunt, nec oblata olim grata sumunt, sed statim ipsa auersantur, atque hoc postremum genus extremam facultatis appetitricis extinctionem significare tradit: sicque praesentem mulierem intemisse, cui sententiae facile quoque ipse assentior, illudque ad do huiusmodi extinctionem haud quaquam potuisse contingere, uel ob insignem aliquam intemperiam, uel ob consumptionem, seu tabescentiam longitudine, & magnitudine aegritudinis contrariam, sed potius ob pestiferum uirtutum, quòd propter pestiferam constitutionem contraxerant humores; sic enim habebimus hoc in libro com. tertio & ab Hippocrate & Galenus relatum nonnullos ea peste tentatos ita corruptam, atque amissam habuisse appetentiam, edendique facultatem, ut potius eligerent mori, quam cibum sumere, eosque tantum in simili calamitate fuisse seruatos, qui uelut uim sibi ipsis inferentes alimentum capiebant. Itaque habemus, quo pacto Euryanactis filia habuerit iudicationem, cui eo minus ut dixi fidendum fuit, quòd facta est in die sexta, quae tyrannica est, & in qua dicit etiam tumorem sedis ad suppuratum esse & ductum parum, atque pus ipsum existisse. Sed dicit aliquis curiosus, cur Hippocratis paucis uerbis repetit nomen iudicationis, dicens aegram esse iudicatam, atque suppuratam esse cum iudicatione. Cui respondeo idcirco addidisse illam particulam (cum iudicatione) ut emphasim quandam ad demonstrandam rem non uulgarem nempe quòd in sexta facta sit cum iudicatione puris eruptio, & certè infida fuit uere iudicatio, postquam morbus statim rediit, ut mordicet, quòd quidem haudquamquam spectatur in ueris iudicationibus, de quibus intelligendus est Hipp. quando scripsit in lib. 6. Epid. sect. 3. text. undecimo. quòd suppuratum est non reuerti, quoniam in ipso est coctio, abscessus, & iudicatio. Post iudicationem ergo subiungit Hippocrates septima die, atque octaua riguisse, in alui se, sudasse, atque in postremum semper habuisse frigidam extrema; quòd enim riguerit, & incaluerit factum est, quia materia aeris adhuc & calida remanerat, quae propter uirtutis imbecillitatem expul-

tritis

tricus haudquaquam potuit cum impetu & copiosa extra venas trudi, sed exigua, & paulatim, unde & parum riguit, & parum incaluit, & parum sudavit, & consequenter extrema frigida sunt reddita, & ita permanerunt ob caloris nativi infirmitatem; quomodo enim aliter esse poterat cum iam haberet facultatem naturalem appetiticam, ut diximus extinguitam; Res autem illius in deterius semper labi ostenderunt, quae circa DECIAM contigerunt, nempe post sudorem delirium, & rursus reliquias; quae symptomata dicebant idcirco sibi accidisse, quod gustasset racemum uvae; a decima usque ad DVODECIMAM nil aliud commemoravit Hippocrates quia forsitan nil aliud obseruatum dignum contingerat, uel quia ab aliis non audierat fat est delirasse decima aegram, & tota undecima mente constitit; De sudore an perdurauerit ab octaua, usque ad decimam non satis manifeste colligitur: verum si aduertantur uerba, non videtur sudor continuasse, nisi octaua, siquidem dicit (a sudore, quem habuerat) nam suffecisset dicere post sudorem: nisi uoluisset significare, ante aliquod tempus, non immediate sudorem deliuisse: fide potest etiam esse, ut perduraret sudor, uel non fieret decima. Cur uero delirauerit, & statim respuerit a sudore, puto causam fuisse quoniam sudor exiguus erat, quod cito desinebat, & cum natura agitaret humores, nec plenè eos posset euacuare pars tenuior, & acrior remota in capite delirium peperit, donec consumebatur. Coeterum quod dicit Hippocrates de racemo duo habet obseruatione digna, unum est id quod retro dicebam, nimirum hanc virginem non esse uisam ab Hippocrate, sed ex aliorum narratione fuisse notatam quemadmodum suspicor aliàs euenisse. etenim sicut nos consueuimus saepe absentes consiliis iuuare, atque singulis, uel alternis diebus res aegrotantium audire, pariter & Hippocrates faciebat; & forsitan tunc magis, quando aegrotantes erant uirgines, ut sunt nostrae moniales, quas non ita licebat uisus spectare. Alterum est de racemo, quem potuisset caput laedere etiam adstantes suspicabantur, ut ob hoc facile intelligere ualeamus uehementer eos medicos errare; qui ita faciles sunt inconcedendo vino aegrotantibus, quia si racemus laedit caput, imo etiam secunda ipsa loca, ut scribit Gal. secundo de alim. fac. multo magis timendum est a uino ipso, quod promptius, & efficacius sursum, atque in uniuersum caput fertur. Nonnulli putant hunc errorem racemi fuisse commissum ante morbum a Virgine, atque hic sine ordine fuisse interserutum uel ab Hippocrate uel ab aliis: ego autem potius sentio fuisse commissum eadem decima die, atque ob id ab Hippocrate notatum, ut moneret minimum quemque errorem in ipso morbo esse grauem, ac propterea uirtutum: quis enim usque adeo grauis error fuisset racemum solum ante morbum gustasse; cum etiam Galenus primo ad Glauc. concedat in febris, ut fructus gultentur, id est parum quid ipsorum edatur? Quare uerissimum puto in ipsa decima die racemum gustasse, id est parum quid edisse; tum quia solent uirgines similia appetere, tum quia mulieres adstantes, imo etiam uiri indulgent facile aegrotantibus

aliquid optantibus, ubi parum rei optatae offerendum est. nam erat racemus quem tantum gustauit, neque multum escitauerat, & putatum fuit laelisse. Sed pote est dubitari quomodo racemus potuerit laedere caput tantum, ut delirium induxerit, siquidem Galenus secundo de alim. fac. & lib. de cib. bon. & mal. dixit uuas omnium fructuum esse innocentissimas, nec unquam se ab iis abstulisse; Praeterea si ut Arist. dicit tertia sect. prob. multum non inebriat multum, minus potest racemus uuae laedere mentem non scribit id Arist. 20. probl. 2. 3. uuas uindemiatas euadere ueluti multum. Dicendum est Hippocrate loqui ex aliorum relatione, aut si uolumus id ab ipso esse probatum, possumus dicere aliud esse loqui de sanis, aliud de aegris, & praesertim acuto morbo laborantibus; in iis haud nocet uua, sed hisce qui habent cerebrum iam a febrili calore labefactum, ut minimus quisque error offendat. Cum ergo intermisisset delirium rediit rursus delirauit, uenterque turbatus est, nec non biliosa, pauca, mera, tenuia, morcadacia eiecit, crebro surgebat, tandemque septima die qua postea delirauit, extincta est. Fuit haec dies totius morbi decimanona, circa uigessimam siquidem coepit primum delirare decima & postremo duodecima. Cur autem Hippocrates a duodecima usque ad uigessimam nil commemoraret, dici potest mala huic miserae esse usque adeo aucta, ut nil ferè peioris addi posset, uel ut retro dicebam, eam his diebus non uisitasse, quia erat uirgo. Verum subit dubitare quomodo fieri potuit, ut excretionibus illis non sedatum sit delirium, ita ut uideretur potius auctum, si enim uerè est id quod scribit Hippocrates quarto aphor. 28. 60. surditatem curari alui fluxum multo magis delirium curari, uel saltem leniri debuisset. Praeterea cur Hippocrates praeter morem suum dixit ad significandam huius virginis mortem potius die septima a delirio postremo, quam die decimanoa obiisset. Demum uidentum est quo genere mortis obierit, quandoquidem Hippocratem eam tantum intermorat expirasse. Ad primum dicere oportet illas excretionibus id habuisse potissimum ut fuerint paucae, ex quo multa existens materia biliosa, & aeris partim in caput ferebatur, & delirium perpetuum usque in finem, & forsitan phrenitidem uerè peperit, partim uero transmissa ad intestina fluxum dysentericum, & ut suspicor, tenebrosam induxit, quandoquidem cum crebro ad deiciendum surgebat non ob aliud id agebat, quam quia excitabatur assiduo uis excretrix extremorum intestinorum ab humoribus biliosis, acris, & paucis; & quaquam non essent uerae illae cupiditates egerendi, & exsurrectiones, quemadmodum fieri solet in ueris tenebris, habebant tamen non exiguum cum eo similitudinem: uerè enim tenebrosus, ut ait Hippocrates libro de morb. & de aff. est quado egerit mucosus & sanguis cum dolore; & interdum in dysenteriam delinit. Ad secundum responderem Hippocrate id circo sic esse locutum, ut doceret etiam secundum sibi relata hanc aegram petuisse die decretoria, & impari iuxta id quod alias scripsit secundo Epid. aegros necessario die menle, & anno imparibus fatotungi, licet etiam dicere hanc mulierem phrenit-

neticam duodecima die esse factam, & quia phrenesis est morbus uerè acutus, qui ad summum septima die interimit, ne quisquam ea de re dubitaret ob antecedens delirium, uoluit sic loqui, perinde ac si dixisset eam, ex quo facta est phraetetica, petuisse die septima. Circa tertium nonnulli dicunt interuisse propositam aegram tabe, atque in hanc sententiam ducuntur ex postremis uerbis totius historiae, in quibus Hippocrates ait ipsam perpetuis & acrisbus destillationibus, columellae reuulsionione, faucium rubore necnon tussi irrita, & frequentim esse exercitram; praeterea dicit Hippocrates habuisse quiddam natium rabidum, ut ob hoc etiam multo magis augeatur suspicio tabis. Praeterea ita rem sese habere multo efficacius probant, ex iis quae habentur in prima sect. primi Epid. ubi describens generamortis aegrotantium illius tempelstatu, appositissime uidetur describere praesentem historiam, dicitque tabidos mortuos esse. Ego uero non refragor hac mulierem consumptam ex inedia esse; & forsitan etiam ob natium dispositiorem, ita ut potuerit tabida, ueluti torrido marasmo affecta mori, uerum prauitate, & pessalitate febris una cum phrenitide immediatam potius mortis causam fuisse reor, tum quia ab hac fuit inducta illa omnis generis eduliorum abominatio, tum quia tabidi, & tabe pereunt haud ita cito uitam finiunt, tum quia Hippocrates ut nuper dicebam, non temere dixit septima die a postremo delirio uita finiuisset, sed ut doceret uis febris, & phrenitidis ipsam fuisse diuuis exemplam: etenim quod dixit duodecima multum etiam delirasse uidetur significare ipsam tunc coepisse tentari phrenitide. Sequitur Hippocrates narrans quae omnibus diebus contigerunt, quaeque singulis diebus narrare omiserat, ne taediosior euaderet. Haec autem licet complura essent una tamen erat omnium origo, nempe destillatio, atque ea acris, tenuis frequens, & parua, id est non admodum copiosa, quae partim febat ob natium calidioris iocinoris, & cerebri humidioris intemperiem, partim ob menstruorum defectum, quaeque in fauces delabens, calore, & motu dolorem, ac ruborem inducebat, replens uero columellam ut contraheretur, & reuelleretur efficiebat, in pectus delabens tussiculam faciebat, quae nil coctum reiciebatur, tum ob materiam coctioni rebellem, tum maxime ob prauam pectoris constitutionem.

OMNES CIBOS. Non diffiteor potuisse destillationem in stomacum praecipitatum destruerè appetentiam, ut saepe accidit, uerum quia omnes cibos abhorrebat etiam antea sibi familiaria, & gratos, hinc puto a prauitate febris facultatem appetiticam esse penitus euerfam, quae admodum conrigisse plerisque in ea pestifera constitutione dicit, in sequentibus & Hippocrates & Galenus.

SINE SITI. Sunt multi, qui etiam si non fiant, bibunt tamen, imo dicebat Plin. id nos a uini inuentione esse lucratus, ut etiam non sitientes bibamus, atqui haec uirgo nec sitiebat, nec quicquam effectum dignum potabat, non tantum ob facultatum insignem laesionem, de qua loquens Galenus primo in primo Epid. dicebat carentiam sitis

in febris ardentibus, esse exitiosissimum signum, atque prauitatis maxime indicium, quantum ob tussim, ob quam modica humiditas in fauces illabens, eaque irrigans sitim tollebat ut interdum euenire etiam in ardentibus & usus, & Hippocrates docent. TACENS qui tacet, certe non loquitur, ad quid ergo Hippocrates dicit tacens nil loquebatur; nisi dicamus Hippocratem hac forma loquenti uoluisse significare aegram consumptam, & integram taciturnitatem habuisse, etenim dicuntur etiam ab Hippocrate tacere qui latenter obmurmurant ut phrenetici, nam Hippocrates in Coac. uocat *ensidias* *strophos* mentis emotiones, quibus tacite obloquuntur aegri, idem etiam in prorr. & Galenus in linguis dicit opponi hanc uocem *strophos* id est cum silentio, dictioni *strophos* id est cum multo, habebat & aliud, quod desperabat, atque hoc solet euenire Viduis, & Virginiibus melancholicis ubi menstruis carent, ut dicat Hippocrates lib. de morbis Virg. sese nonnunquam strangulare, & in puteis demergere.

ERAT INNATA. Affectiones, aut saltem promptitudines ad affectiones nobis innasce ex uitio paterni seminis nemo dubitat & Hippocrates secundo Prorr. inter morbos *strophos* enumerat secundo loco phthisim, seu tabem, quod etiam habetur apud Plut. in lib. de ser. num. uind. ubi dicit ueteres consueuisse natos ex parentibus tabidis statim curare. scilicet detinere pedes patrum in aqua, donec mortuus combureretur, cauentes haerentibus, ne morbus paternus ipsis communicaretur: In curatioae uerisimile est ab Hippocrate sicut ab aliis medicis institutam fuisse uictus rationem circa quam cum peccauerint magnopere ueteres, ut Hippocrates monuit lib. de uic. acuto, seu ut citat Plin. de Pristinae laudibus. Et ut constat ex lib. de morb. & aliis qui circumferuntur sub nomine Hippocratis & doctrina illa uetusta Chridiorum damnata plenisunt; ea propter non est sectanda ea ratio uiuendi, quae in iis legitur, sed illud semper memoria tenendum est, in acutis uictu tenui esse utendum, atque praecipue a uino abstinentium, quoniam si racemus uuae duntaxat gustatus tot mala peperit filiae Euriae, multo certe maiora intulisset si uino esset usa. In reliquis cum gustum deperdidisset cuncta agenda, & permitienda fuissent, ut aleretur; alioquin frustra tentantur remedia ubi aeger sine cibo ad certam tendit mortem. Post usum de fectione uenae fuisset cogitandum, aut saltem de sanguine mittendo aliqua alia ratione: etenim si menstrua non processissent secundum rationem uena poplitis aut tali, primum incidenda fuisset, uel non existente ullo in menstruis purgationibus uitio a uena dextri cubiti erat sanguis demendus iuxta perpetuum Galeniregulam, & Hippocratis qui uoluerunt inflammationis partibus supra renes sanguinem a superioribus mitti, sed non in magna copia, quia cibum non capiebat, & quia inflammatorius affectus circa fauces uitio fuit. Post missum sanguine eucurbitulae spatulis appositae conuenissent, sicut quoque ligaturae artuum, & frictions ob februm blandiuscule in aliis quoniam initio uenter pauca deiciebat ante missionem

*Sequitur consuetudo  
in febre multo fuit  
dit*

nem sanguinis fuisset clysteribus saltem sollicitandus: post autem aliquo laesi medicamento potabili ob fauces erat irritandus; tum coctioni humorum, atque praeparationi studendum, interim uero fauces dolentes, atque rubentes placido garga-

Lib. 3. de morbo hys  
m. i. d. o. h. q.  
L. 3. q. 1.  
L. 3. q. 2.  
L. 3. q. 3.  
L. 3. q. 4.  
L. 3. q. 5.  
L. 3. q. 6.  
L. 3. q. 7.  
L. 3. q. 8.  
L. 3. q. 9.  
L. 3. q. 10.

HISTORIA VIGESIMAPRIMA.

**A**NGINOSA apud Aristionem primum a lingua inceptit: obscura vox: lingua rubra: superexiccata est. **PRIMA** horrida, super calesfacta est: **TERTIA** rigor: febris acuta, tumor subruber, durus, colli, & usque ad pectus ex ambabus: extrema frigida, liuida: spiritus eleuatus, potum per nares effundebat; deglutire nequibat deiectiones; & urinae destiterunt. **QUARTA** omnia sunt exacerbata: **QUINTA** obiit anginosa. **P. Q. D. S. Q. M. I.** probabile est deiectionibus suppressis quinta mortuam.

**A**NGINOSA, QVAE IVXTA Saeuissimae anginae historiam nobis proponit Hippocrates breuiter quidem, sed diligenter, & perspicue fatis, aut solet (quemadmodum ait Galenus) in ijs morbis acutis, qui cito occidunt, additis in fine notis, quod soepe fecit, quae quoniam difficultis intellectu sunt, placet mihi in ijs Galeni interpretationem sequi. Fuisset hanc mulierem obscuram, & ob id haud nomine proprio, nec parentum appellatam, sed duntaxat habitatione prope Bitonem, quem fuisse uirum illustrem ualde suspicor, de scriptam arbioret Galenus autem in hac historia interpretanda profusissimus fuit; in diuisiis enim si quid erit speculatione dignum, non praeteribo. Et ne labore in intelligendis quae sum dicturus; prius nonnulla de tota anginae natura proponam; est. n. ut in uniuersum dicam angina inflammatio circa collum, cuius partes cum sint internae, & externae similiter variae, atque diuersae illius species nec non appellationes sunt, quae appellationes apud scriptores uidentur esse diuersae: si namque partes tantum externae, scilicet musculi inflammantur, affectus *παράσποννη*, uel *παρασποννη* uocatur, quasi dicamus non ueram, sed spuriam anginam; in uero partes infernae partes inflammationē patientur, quaecumque sint uel dexterae, uel sinistrae aut illi musculi qui sunt in larynge, nec oculis conspicui sunt, afficiuntur, atque affatus uocatur *κωμάσποννη* & a nonnullis *κωμάσποννη* eo quod canes, & lupi maximè huic morbo sint obnoxii, atque intermiantur, ut prohibet Arist. octauo de hist. an. cap. 2. aut inflammationem faucium musculi interni, qui oculis ipsis conspicui sunt: uocatur affectus & ipse *κωμάσποννη*, sed ab alijs *σποννησποννη*, seu *σποννησποννη* eo quod fues potissimum hac aegritudine laborent. Hunc puto esse illum, quem Arist. eodem libro cap. 2. nuncupat *σποννησποννη* Theodoros transfert rauedinem, de qua etiam loquitur

rismate oportuisset tractare, sed quia in fatis omnino erat ut moreretur, atque a principio signa tum naturalia, tum praeter naturalia fatis praua sese obtulerunt, ita omnia a medico erant agenda, ut tamen esse precituram dubitaret, atque alius praediceret,

**A**NGINOSA, QVAE IVXTA ille Plautius in Trinumo ubi quidam persuadere uolens ne alter aegrū nescio quem emeret; dixit in eo fues angina acerrima perire. Scio hac de re & Aretaeum, & Cael. Aurel. & Celsum dissentire; sed de nominibus ut frequentissimè Galenus monet haud est disceptandum, modo de re ipsa constat. Cur autem canes, & fues potissimum huic morbo capiantur, causam in canibus & lupis est tum uehemens baubatio; tum quia ossa edunt, a quibus exasperantur fauces luci negatio, post inflammantur. In fues autem fit suus morbus, quia facie ob constitutionem illo affectu subtus linguam tentantur, quatuor hippiatrī appellat *βαρρασποννη*, idest ranunculū. Coeterum qualia angina laborauerit nostra mulier facile est colligere. primum fauces internae coepisse inflammari; deinceps tumorem etiam partibus externis communicatum usque ad pectus fuisse propagatum adeo ut inmanissime vexata sit, quamquā non fuerit prima, & horrendissima illa species, sed potius secunda ex commemoratis ab Hippocrate tertio prog. text. **D**ixit expedit morbo circa singula aliquid utile contemplari, & quod ad scripturae quae fuit antiquitas diuersa, integritatem pertinet id statuatur eam esse penitus sequendam, quam ipsemet Galenus alijs cunctis antetulit.

**A**NGINOSA: Prope Bitonem. Hic Biton ut antea dicebam fuit uir nobilissimus; alioquin Hippocrates haud ipso designasset hanc mulierem, & forsitan fuit athleta celebratus apud Pausaniam & Herodotum, quem dicunt ex sacris certaminibus multas uictorias atque triumphos reportasse, quamquam nonnullique in codicibus loco Bitoni legitur Aristion, uel Ariston, ut etiam apud Galenum secundo de diff. resp.

**P**RIMVM a lingua incoepit. Cur hic morbus inchoauerit a lingua, ita ut fuerit uox *σποννη*, idest obscura; aduertendum est duos usus habere linguam in homine, unum sermonis confirmationem,

**n**em, unde longa, lata & rotunda facta est, alterum saporum gustus, tum potest itaque lingua utroque modo laedi & a saporibus, scilicet quando sunt nimis acres seu adstringentes, & a nimia loquela uero mulieres solent esse admodum loquaces unde fieri potest, ut lingua facile affecta sit; etenim ijs qui nimium loquuntur & clamant, fauces incenduntur atque a capite humor attrahitur, quo fit, ut ratione caloris partes illae laxatae non modo recipiant uermetiam quodam pacto inuitent partes ad mittendum eo sanguinem, qui postmodum a uenis in partem fusus, & collectus tumorem facit, & consequenter uocem & loquellam leudit, adeo ut etiam aliquando transeat, & deglutit uim impediatur, sicuti docet Hippocrates secundo Epid. & secundo de morb. sed potest etiam esse, quod haec mulier gustauerit aromata, ut piperem, coepas, porros, & alia huiusmodi alimenta calidiora, quae postmodum sua acredine & mordacitate linguam laeserint. Et certe in angina uera primae notae solent capi a lingua quippe quae a tumore compressa prominat, & ut ait Aretaeus 7. cap. lib. primi de acutis exerta a labiis & dentibus prodeat. Sed cur Hippocrates commemorat quae contigerunt prima, & tertia die, de secunda uero nil dicit? Fecit hoc Hippocrates, quia forsitan angina non est coepta nisi tertia die, quae enim prima, & secunda die apparuerint, fuerunt potius praeludia quaedam ipsius anginae, & fortasse si Hippocrates seu alter initio fuisset uocatus, facile huiusmodi malum euitari potuisset. Itaque collectus in facile sanguis & in tumore elatus, coepit putrere & ad sese humorem aliunde euocare, quo factum est ut statim prima die apparuerit horror (quo tempore materia adhuc pauca & benigna erat) quem statim secuta est calefactio, idest febricula tertia uero die, quae primae correspondet, & impar est, morbo acuto rigor factus est, & a rigore postmodum febris acuta fuit: etenim ubi morbi uel sunt a fluxione, uel eam saltem coniunctam habet, solent prout ipsa fluxio maior, uel minor per partes sensibiles labitur, sic modo horrorem, modo rigorem inducere; & sicut horrorem, qui est leuior passio, febricula sequitur, quam appellat nunc Hippocrates simpliciter calefactionem, sic rigorem, qui est motus horrore multo uehementior sequi debet non febricula, sed febris magna, & acuta, quam dicit tertia die factam **T**VMOR. Oedematis uox, quae uicitur hic Hippocrates & milies dixit Galenus & maximè quarto aph. 34. & quinto aph. 65. 66. interdum significat quemuis tumorem; interdum genus proprium a pituita factum; nunc autem pro tumore communiter accepto interpretari oportet, ut ostendunt, clarè nobis conditiones huius tumoris, quae fuerunt tres quarum prima fuit quod erat in collo, ab utraque parte, usque ad pectus pertingens, hoc est usque ad initium pectoris, qui est terminus colli & superiacet laryngi, ita ut locus affectus esset non modo faucium regio, uerum etiam ipsa larynx, uel saltem ipsius caput. Secunda conditio fuit, quod erat subruber, non enim a puro sanguine fiebat, alioquin fuisset ruber, sed a sanguine pituitoso, quae illis esse cōsuevit in mulieribus. Tertia conditio fuit,

**A** quod durus erat, quae durities non a flatu, non a frigore fiebat, sed a copia materiae sanguinae nimium repletis, atque distenditis, & haec erat morbi idea: ex quo perspicuum esse potest uere dictum fuisse a nobis tertia die ueram anginam inchoasse. Cum autem is horrendus, & grauis esset tertia ipsa die non modo praedictus tumor eam adeptus est naturam, uerum etiam plura alia saeuissima symptomata sibi fuerunt copulata, inter quae primum fuit, quod extrema frigida simul, & liuida sunt reddita, cuius euentus totam causam tribuit Galenus mortificationi, atque extinctioni ipsius caloris. Sed quaeret aliquis nec absque ratione, quo pacto poterit adeo citò nempe tertia die tanta, esse in calore natio ruina, ut facta sint, & frigida, & liuida extrema, quod uideri non solet, nisi in proximis mortis, & propterea iam multo ante a ui morbi fractis, & consumptis. Respondeo cum calor intreat pluribus modis, ut scribunt Arist. in prob. & libro de long. & breu. uitae, nec non libro de uita & morte. & Galenus libro de tren. rig. & palp. uel *σβίον*. i. extinctione scilicet a contratio, ut ignis ab aqua: uel *σπαρσο*. i. marcore, ut ignis paruos a magno, uel a siccitate, greci dicunt, & ipse Arist. *σπαρσο* uel *σπείρο*. i. suffocatione; nulla est mors, quae celerius propter, quam per suffocationem, ut ob id nullum genus mortis sit, quod frequentius a iudicibus in plectendis sordibus exerceatur ad accelerandam mortem, quam *σπαρσο* quae suffocans; & ratio huius est, quoniam quam diu uiuit calor noster, oportet, ut duos motus habeat, alterum sursum ad expurgandum seipsum a fuliginibus alterum deorsum ad attrahendum alimentum, quibus motibus correspondet respiratio: nis actio, si uel altero, uel amobus ex his calor peruenit, statim extinguuntur, unde fit ut dixerit Arist. standi uiuere animalia, quam diu spirant. In suffocatione hoc est in priuatione respirationis affatim interdum calor emoritur, prout est ipsa uehemens, interdum paulo tardius, quo fit ut tunc primum extrema remaneant sine calore, & consequenter ipso sanguine splendore orbatus, & sub nigre remanens ea liuida reddat, quae est etiam uera causa, ut qui pereunt suffocati, ipsorum corpora liuida, atque nigra reddantur; & qui carnes animalium edere candidas delectantur, solent curare, ne suffocenter, sed iugulenter, quod quoque ex praeccepto faciunt Hebraei, ne nullo pacto sanguinem ut pote secundum ipsos animae domicilium gustent, & certe ijs qui suffocatione intermuntur, sanguis extra uenas effunditur, qui extra proprium locum quasi congelatur, & nigrescit, & consequenter cutem ipsam maculat.

**S**PIRITVS sine *πνεύμα μετάρρον*. Multis uerbis uersatur Galenus & hic & in primo priorihet, circa hanc dictionem, ut secus quam ueteres inueniat uerum huius uocis significatum apud Hippocratem: sed summa est proprie hoc in loco significare difficultatē respirationem, qualis in peripneumonia, & orthopnoicis fieri consuevit; in qua cum magna uitantur musculi omnes ad mouendum thoracem, ut inspiretur, atque expiretur, spatulae & thorax euidentissime eleuantur: simulque ipsarum

lib. 3. de morbo hys  
m. i. d. o. h. q.  
L. 3. q. 1.  
L. 3. q. 2.  
L. 3. q. 3.  
L. 3. q. 4.  
L. 3. q. 5.  
L. 3. q. 6.  
L. 3. q. 7.  
L. 3. q. 8.  
L. 3. q. 9.  
L. 3. q. 10.

lib. 3. de morbo hys  
m. i. d. o. h. q.  
L. 3. q. 1.  
L. 3. q. 2.  
L. 3. q. 3.  
L. 3. q. 4.  
L. 3. q. 5.  
L. 3. q. 6.  
L. 3. q. 7.  
L. 3. q. 8.  
L. 3. q. 9.  
L. 3. q. 10.



rum narium alae mouentur; imo uero tanta est in-  
terdum respirandi difficultas, ut ipsi aegri cogantur  
sele sursum mouere, atque hoc totum contingit  
in anginosis potissimum, quia cum a tumore sit ualde  
impedita respirandi uia, nisi uis summa aegri obni-  
tantur ad emittendum, atque attrahendum aerem  
haudquaquam uiuere queunt atque hoc est pro-  
pter quod Hippocrates morbos huiusmodi uocare  
confueuit passim *πνιγδαίνας*, i. suffocationes. Habuit  
ergo proposita Anginosa huiusmodi spiritum, quia  
immanissima angina torquebatur. Verum dubita-  
bit aliquis cur Hipp. respirationis difficultatem,  
commemoret, cum tamen necessario hoc sympto-  
ma anginae semper consequatur; Cui dicendum est  
Hippocrates meminisse difficultatis anhelitus non  
tantum ipsius ratione, quantum ut doceret nos que  
potissimum species difficultatis anhelitus secuta  
sit hanc anginam.

POTVS. per nares exibat, addiscimus ex ana-  
tome foramen est in palato, quod ad nares pertingit  
a natura factum non modo ut pro eum caput  
expurgeretur, uerum etiam ut respirationi, quae est  
omnium maxime necessaria animalibus actio, famu-  
letur & quia deglutitioni maxime incommodat stri-  
ctura, tumorque, faucium, & gulae, hinc fit, ut quan-  
do tument illae partes ob angustiam neque cibum  
neque potus in stomachum ferri queant; quo fit ut  
cum spiritus per nares exeat, ab eo quoque potus ui-  
quadam per illud foramen pellatur, in nares, quemad-  
modum eueniebat huic aegrae, quae deglutire non  
poterat; & si bibere conabatur, potus ei per nares  
exibat. In tanta itaque caloris, ac facultatum pene  
omnium, & uirium ruina, mirum non est si eadem  
quoque die nec urinam, nec foeces potuit reddere  
scilicet iam calorem affatim pereunte, & expulsiua  
facultate emortua; ac ut illa dicam ipsamet anima  
tota in cor, & pectus ad ita tuendum collecta: Et no-  
tandum est cum dicat fuisse alium suppreffam  
TERTIA die signum esse, quod aliis diebus aluus fluxit  
saltem per consuetudinem; haec duo autem sym-  
ptomata ad foeces scilicet & urinas spectantia etiam  
si ex accidentibus propriis anginae non sint, tamen  
Hippocrates libenter commemorat, quia maximi  
inter est ad unumquemque morbum constituen-  
dum, quis sit status uelicae, & alui: si enim bene se  
habeant, bonus etiam est aegrotantium status; sin  
male malus. Haec omnia quae in tertia die sese  
ostederunt, multo maiora sunt facta in QUARTA ob  
illius uim; attamen quia erat iuuenis, ut puto, ac  
valde robusta, non ea die est extincta, sed usque ad  
QUINTAM producta fuit; & quamquam esset  
robusta: si tamen laborasset anginae prima specie  
ab Hippocrate tertio progn. commemorata haud  
potuisset tandiu uiuere; quoniam ut ipse ait, qui si-  
mili genere cruciantur prima, uel secunda, uel ter-  
tia, aut ad summam quarta die strangulantur; fuit  
uero potus tertia species commemorata ab Hippo-  
crate cum extra apparet rubor, ex qua scribit eua-  
dere: non euasit autem haec mulier, quia huic malo  
acceffit urinae suppreffio. Multa alia Galenus dicit  
in profuso hoc comm. de die mortis huius angino-  
sae quae ibi uidere licet inter coetera mittatur quo-

A modo poterit tandiu produci adeo graui angina  
correpta: & quod pertinet ad litteras in fine addi-  
tas, existimat non esse Hippocratis multa que alia  
dicit parum ad usum artis conducentia. Attamen  
quod putant aliqui illos characteres non esse abso-  
nos, quasi suppreffio excrementorum uere fuerit  
causa necis, uel saltem celeritatis eius, haud assenti-  
ri possum, primo quia ipsemet Hipp. ait QVIN-  
TAM mortuum esse anginosam, hoc est angina, alio  
quin illa uox esset superuacanea, cum & initio po-  
tuerit secundo, quia angina haec licet non fuerit illa  
horrendissima de qua Hippocrates tertio progn. 16:  
atramen & ipsa saeuissima fuit, ut poterit etiam ci-  
tius interire, nisi robur obstisset, quid enim ex-  
tialius tibi poterat contingere, quam liuor, & frigus  
extremorum cum ingenti spiritus difficultate, & de-  
glutitione impeditam. Igitur characteres illos delere  
magis rationi consonum est, quam retinere. Nunc  
de curatione aliquid dicatur; in qua illud primum  
statuendum est de uictu institutione, si quis mor-  
bus est, in quo tenuissimus uictus sit administran-  
dus; imo uero nihil dandum, plenè esse anginam;  
praeter quam quod id habet eiusmodi aegritudo, ut  
quod utile est, necessarium fiat, siquidem nec cibum  
nec potum deglutire possunt: ita ut in extrema ibi  
indigentia confugere oportet ad clysteres nutrien-  
tes; etenim posse clysteribus corpora nostra aliq; susten-  
tari, praeter Arabes Corn. Celsus libro tertio,  
cap. 19. & Rufus apud Orib. libro octauo cap. 24.  
testantur: sunt autem quae in hunc infunduntur  
pissana, tritici, & alicae cremor panatella, oua in ut  
re eliquata, & notat unum Orib. in hoc casu debere  
cornu, aliudue clysteris instrumentum si unquam  
alibi, esse quam longissimum, & manibus compellè-  
dum maxima uiclysterem esse, ut ad remotas su-  
pernalesque partes quam maximè contendant: Praete-  
rea monet, antequam immitatur clyster nutritoriu,  
ut praemitatur alter ad eucendas foeces. Institu-  
to uictu cum mulier esset, debuit Hippocrates aliuf  
ue medicus diligenter percunctari de menstruis an  
fluere, ut ille parce fluere; dixi enim diligenter  
hoc esse quaerendum, tum quia maximi momenti  
est, tum quia, ut dicit Hippocrates libro de nat. mul.  
& de morb. mul. eas pudet res suas narrare, nisi uer-  
bis, & quaculis compellantur ad id; Ergo his in ca-  
sibus si sanguis menstruus sit interceptus prima san-  
guinis missio facienda est a talo, uel a poplite, tum a  
cephalica, demum a lingua; sin fluant menstrua, sta-  
tim oportet deuenire ad sanguinis missionem a bra-  
chio, tum per cucurbitulas in dorso, demum ab ipsis  
uenis subtus linguam; & si quis morbus est in quo  
sit necessario statim sollicitandum in sanguine mit-  
tendo, planè est angina, ita ut medicus statim atq;  
uisitat anginosum, uel anginosam habeat praemisso  
acri, uel mediocri clystere, ut mittatur sanguis, eni-  
xè curare Cels. libro quarto. cap. quarto uult si ui-  
res patiantur, esse mittendum sanguinem. Secun-  
dum esse ubi sanguis non abundat, ducere aluum;  
similiter laudat cucurbitulam sub mento, & circa  
fauces admotam, ut id quod strangulat, euocetur.  
Coeterum quoniam tanta uis est in hoc praefidio,  
& tanti momenti est administrare, uel non admini-  
strare;

strare: nonnulla circa ipsa paulisper sunt expendè  
da. Vnum est an etiam non existente sanguinis  
abundantia sit mittendus; nam de uiribus requisitis  
semper non est dubitandum, & nostra haec mulier  
quam constitimus fuisse iuuenem, plane uires habe-  
bat, & rarum est, quin sufficiant etiam in senè; cum  
morbus praefertim robustis, & sanguineis accidat,  
statimque remedium administrare sit opus Alte-  
rum expendendum est, an cucurbitula a Celfo pro-  
posita conueniat. Tertium & ultimum an quoque  
utile sit, ut hodie faciunt practicae, uenam inci-  
dere subtus linguam. Circa primum dicendum est il-  
lud esse uerissimum quod prima, & naturalis indica-  
tio mittendi sanguinem est ipsius abundantia, quia  
euacuatio, & immutatio alicuius rei iuuans indica-  
tur ab abundantia illius laedente atque abundan-  
tia sanguinis, uel est, uniuersalis, in toto corpore,  
uel est particularis scilicet in aliqua tantum parte.  
Iam uero ad mittendum sanguinem haudquaquam  
semper exigitur illa uniuersalis plenitudo constitu-  
ta ex syndrome illorū propositorū signorū ab Era-  
sistrateis, tam qui Romae, quam qui Smirinae profi-  
rebantur, & hoc est quod Gal. contra eos semper in-  
tendens plerisque, in locis dicit haud esse necessa-  
riam plenitudinem, de hac scilicet loquens in mit-  
tendo sanguine; sed fat est si sit plenitudo in aliquo  
peculiari loco, cuiusmodi est in angina, in qua si sit  
uera semper adest copia sanguinis circa fauces at-  
tracta, atque transmissa ipsius inflammationis ui. Igi-  
tur ni aliquid adit graue impedimentum semper  
incurada angina est deueniendū ad sanguinis missio-  
nē, etiā si aliqua uirium debilitas adest suspicio.  
Circa secundum de cucurbitula Celsi dicendum  
non conuenire nisi facta diligenti totius euacuatio-  
ne, ut docet Galenus. i. 3. Meth. 19. Ad tertium Hip-  
poc. quarto de acutis, & secundo de morb. laudat  
omnino, ut post uenae sectionem pertundantur ue-  
nae subtus linguam, & sanguis mittatur: imo Arist.  
octauo de hist. an. c. 21. monstrat morem esse porca

A riorum, ut quotiescunque fues morbo simili tentan-  
tur, uenas sub linguam incidentes sanguinem detra-  
hant. Coeterum Coelius Aetel. siue potius Soranus  
Ephesus (nam ipsemet Coelius testatur se esse So-  
rani interpretem) lib. tertio acut. c. quarto. in duo-  
bus Hipp. damnare ut saepe facit, conatus est primo  
quod in libro ad Gnid. sententias, qui est liber de vi-  
ctu acutorum, seu ut Pli. citat de laudibus pissanae  
uoluerit ab amobus brachiis sanguinè esse mittend-  
um, quod ait periculum inducere animi defectus  
Secundo dicit, quod si uoluerit uenas subtus lin-  
guam secari, atque in hoc uentur tribus rationibus,  
quarum prior est his uenis sectis maiorem fieri ad  
partem affectam sanguinis attractum, quod perni-  
ciosum est. Secunda ratio est ad secandas has uenas  
oportere collum laqueo stringere, unde multo ma-  
ius suffocationis periculum impendit. Tertia quod  
sectis his uenis difficiliter sanguinis effluentis impe-  
tus cohiberi potest. Sed nugae sunt Coelii, primum,  
quia Hippo. non uult secari huiusmodi uenas, nisi  
prius diligenter euacuato sanguine a toto, scilicet  
sanguinis caueatur ad locum affectum attractus.  
Ad secundam, & tertiam rationem respondendum  
est, ea posse timeri ubi negotium ab imprudente  
Medico, & Chirurgo exerceatur; sed ubi uterque  
munere suo, ut debet fungitur omne eiusmodi peri-  
culum euitari. In hoc genere sunt frictions, liga-  
turae, atque omne genus reuulsionum in, quibus  
ualde sollicitandum est. Praeter remedia Chirurgi-  
ca sunt & alia, quorum quae sunt in principio in-  
trinsecus debent esse repercussoria, extrinsecus uero  
attractoria transacto principio repellantibus ad-  
miscenda sunt concoquentia, & post malo con-  
fecto ea tantum administrare oportet, quae uim  
habeant discutiendi. Extrinsecus attenuatoria  
ut emplastrum ex stercore canis, uel columbo-  
rum. Olea ex liliis albis, costi & similia. De  
quibus omnibus uidendi sunt practicanum,  
libri.

HISTORIA VIGESIMASECVNDA.

1610 ny. 8. lib. 3. sect. 1.




DOLESCENTEM, qui decumbebat in mendacum foro febris  
magna prehendit ex lassitudinibus & laboribus & cursibus praeter con-  
suetudinem. PRIMA uenter turbatus, biliosis, tenuibus multis: uri-  
nae tenues, subnigrae: non dormiuit: siticulosus. SECUNDA om-  
nia sunt exacerbata deiectiones plures, intempetiuiores non dormi-  
uit; mens turbata: parum subsudauit. TERTIA moleste: siticulosus, anxiosus: multa  
iacratio: inquietudo: delirauit: extrema liuida, & frigida hypochondrii tensio sub  
mollis ex utriusque. QUARTA non dormiuit, in deterius. SEPTIMA mor-  
tuus est, aetatem circa annum uigesimum PP. S. M. I. probabile peregrina aliqua  
caussa mortuum.



DOLESCENTEM qui in foro. Galenus in hac quoque historia satis  
profusus est, sed magna ex parte uersa  
tur in disputatione notarum, de qui-  
bus milies locutus est, atqui haec mul-

E ta dicendi libido potest faciliter illi condonari, qui  
tot aliorum bonorum author nobis fuit. Historia  
itaq; est adolescentis 20. annis nati, qui pestifera fe-  
bre correptus spacio septem dierum extinctus est.  
Atq; illud obseruandum uenit magistrum nostrum  
K in hi-



lib. 3.

in historiis exemplis nobis proposuisse omnis sexus, atque omnis aetatis, ut simul ostenderet praecepta, atque regulas artis esse in cunctis uerissimas, ac propterea qui circa has aliasq; erunt uersati, totius medicinae uera semina habituros. Sed iam examinare eam incipiamus, & primum circa nomen illud sciendum est, sicut ab Hipp. quoniam sibi ignotum erat quemadmodum etiam & domus: unde uoluit eum significare per habitationis regionem, quae appellatur medicorum forum, uel quod in ea conuenirent homines locuturi, atq; mendaciorum structores, ut fieri solet in plerisque urbibus, uel quod olim ab aliquibus publice mendacibus incoleretur, unde appellatio deriuata postmodum perdurauerit diu, quemadmodum, ait Galenus Athenis. fuisse forum *επιστάσιον*. id est ueteratorum. Nam & Eusthathius in com. ad Homerum scribit Athenis prope Helicam fuisse *καρχαδων ἀγοράν* ubi furta uenderentur eo quod Cerope fuisse furis, nimirum improbi illi, quos fabulantur mutatos esse in simias, atq; Pithechusis nomen dedisse. Professio huius iuuenis, ni fallor, erat forsan sellataria; cum narret Hipp. eum incidisse in morbum ex laboribus & cursibus praeter consuetudinem, quia in re non est praeter eundem quod animaduertit Gal. scilicet ad partem *πύλον* ab unum dare cum incursum in consuetis contineatur laboribus, aut loco *πύλον*, (quod magis mihi placet) *πύλον* esse legendum, quasi dicere uoluerit hunc iuuenem in febre incidisse ex lassitudinibus, potibus atq; cursibus infuetis, id quod etiam dixit primo Epid. comm. tertio de Sileno, quem etiam eiusdem aetatis hoc. s. 20. ann. fuisse testatur. Neque uero me deterret quod Gal. duplicat in fine com. haec mutatio *πύλον* in *πύλον*. quasi in eo nullae noxae a nimio potu apparuerint, quoniam licet neruofarum partium lassio euidens uisa non sit, attamen affuerunt deliria, & inflammationes, quae sunt non raro ab immoderato uini potu. Qui multum currunt eos quoque sitire non est dubium, quemadmodum non est dubium si quis uel intercurrendum, uel statim post cursum potest, magnopere laedi, & praesertim si frigidus potus capiatur, quo statim aliquos extinguit fuisse memorat Gal. & ratio est quoniam inter laborandum calor natius languescit, & corporum meatus ualde aperiuntur, per quos frigidus potus penetrans calorem natium alioquin penè exhaustum facillè aggreditur, & extinguit, quae ratione scribit Arist. 5. probl. 2. non debere quoque statim post exercitationem cibum capi, quod excrementa, & colligationes adhuc redudent; Cum itaque quis praeter consuetudinem uehementius laborat atq; potat, multis de causis laeditur, atq; lassatur, tum quia ut ait Hipp. primo apho. semper in assuetis labores ferre magis offenduntur assuetis, imo dicebat Seneca hoc dedisse praeclarum homini naturam, ut etiam miseriae assuetudine immuniatur, tum quia ut lassitudo ab exercitationibus prohiberetur, solebant ueteres quemadmodum ait Arist. 5. probl. 6. & 7. uti non sit, atq; unctioe ex oleo, & aqua quod minime fecisse hunc adolecentem alioquin oculos, & improvidum uerisimile est. Ergo cum ex cursibus atque potibus in lassitudines, incidisset, subsecuta

est magna febris scilicet *τοῦτο* uerum cum Hippocrates secundo apho. uideatur magis damnare lassitudines spontaneas, quam eas quae sunt a causis externis, cur factum est ut hic ob causas externas lassus factus nihilominus in febre, atque eam magnam incidit? Nisi dicamus dispositionem corporis antecedentem id fecisse, nempe quod ociosus existens, iuuenis, uel forsan natura, atque consuetudine bibas humores biliosos, atque pituitosos acrumularit, qui capta a cursibus occasione incaluerint, sicque putrescentes ingentem illam febrem induxerint, quam deinde uaria sunt consecuta symptomata, partim in genere excretorum immutatorum, partim actionum laesarum; Excrementa mutata fuerunt, quod uenter turbatus est excrementaque fudit biliosa, multa, tenuia & *παρὰ τὸν κόιλαν*, i. aluus turbata locutio frequens est Hippocratis quando scilicet cum tumultu & molestia alui excitantur ad excretionem. Celsus libro secundo c. 8. uertit resolutum uentrem, & in Coac. dicuntur uentres dolentes sine turbatione, qui dolent sed nihil fundunt; erant uero quae aluo fundebantur primum biliosa, tum ratione aetatis adolecentis, in qua ob calorem solet bilis sponte accumulari, tum prauis uictus & immmodicorum cursuum usu. Erat multa quia longo tempore facta erat ingens excrementorum colluies, erant demum tenuia propter cruditatem, quae non poterat non adesse in principio. Similiter inter excrementa fuerunt urinae, quae non tantum omni coctionis indicio carebant, uerum etiam signa coctionis contraria habebant, nempe tenuitatem, atque subnigrorè; tenuitas fiebat, quia erat pura materia potulenta nullo morbifico humori commixta. Coeterum dubitatur unde nam statim eiusmodi nigrotem sit adepta; nisi dicamus illam subnigrèdinem significare obscurationem quandam, quae dicitur ex humorum agitatione, & si quoque non inconuenit ex immodiis cursibus aliquos humores combustos eum colorem, peperisse, nec tamen tenuitatem obtulisse. Quod spectat ad laesas actiones, quae fuerunt sitis, atque somni carentia; sitis non potuit non adesse, cum febris magna esset, cumque aluus copiosa funderet, eaque biliosa, & multum currens. At quod statim non dormire coepit; uidetur alienum ab usu, siquidem potores tunc solent magis dormire, cum maxime a febre calefcunt; atqui hic oblaesum habebat antea cerebrum ob immoderatam cursus, siquidem scribit Theophrastus in lib. de lassitudo, & Aristot. quinto probl. nono cursum uelocem tam imbrutus, quam in hominibus afficere capita morbis quoniam, & si deberet alioquin excrementa a partibus superioribus ad inferiores trahi, ut in immodice ambulatibus contingit, quorum crura fiunt propterea tumida, nihilominus quoniam qui uelociter currunt, necessario spiritum retinent uehementem, inde fit ut pectora, & capita ipsorum repleta maxime calefcant, sicque internis, atque externis iniuriis disposita magis euadant. laesa autem capita, & nimis calefacta nisi humore multo abundant, somnum desiderare solet; ut contingit huic adolecenti, qui nulla die dormiens & prima die subnigras urinas mingens haud difficile erat,

erat, ut ait Galenus, cognoscere, eius morbum, non modo periculofum, uerum etiam exitialem esse. Atque haec de primae diei symptomatibus. Sequuntur accidentia SECVNDAE in qua dicit Hipp. cur etiam fuisse exacerbata, nempe excrementa alui plura fuisse, atq; magis intempeliua, non dormiuisse, turbationem mentis, paucumq; sudorem habuisse. De excrementis quomodo Hippocra. dixerit ea fuisse *αἰματώτερα*, i. intempeliuora dubitant nonnulli, eo quod non possit eiusmodi uox accommodari ad superiora; cum tales deiectiones, quanto citius appaerent, tanto magis importunae, & intempeliuae dici possint. diu de coparatiuum propositio Hipp. potuisse dicunt. Sed si res ita se habet, cur igitur in deiectionibus priori die non appouit eam uocem? siquidem si sint magis importunae priores posterioribus tanto magis debebat Hipp. ita appellare illas, & non secundas hasce? Igitur arbitrari eo modo hic recipiendas esse intempeliuas deiectiones, quo Gal. primo. in primum Epi. tex. 25. accepit. s. pro crudis; sic. n. Hipp. dicit *αἰματώτερα* urinae. i. crudum, & non coctum sedimentum, ut interpretatur Gal. quasi dicere uelit secunda die fuisse adhuc deiectiones plures & crudiores, quam priores; nisi quoque dicere placeat uoluisse significare priores habuisse quide alioquam occasionem ex erroribus; sed has secundas minorem habuisse, proptereaque fuisse magis intempeliuas. Quod uero SECVNDA die coepit habere mentem turbatam, & si aluus abundè flueret, quo in casu solent potius desinere priores mentis turbationes, quam incipere, fuit & illud quidem cum ratione, quia caput ut dixi ex cursibus maxime calefactum erat, fluxus alui assiduus magis exiccabat, sicut & uigiliae propterea calefacto & exiccato cerebro iure sequebatur metis turbatio: neq; n. est quicquam aequè delirium futurum praenunciat, atque praecoces & assiduas uigiliae, praesertim ubi sit delirium ex sola intemperie absq; humoribus. SVDA VII PARVM. Quod sudauerit paru, non est adeo mirum, quia multum deiciebat, raro. n. simul duae copiose euacuationes fieri solent: ideo hoc nomine haud fuit damnandus sudor, ut putant aliqui, quia esset exiguus; sed quia esset intempeliuus: hoc est neq; indecretoria die, neq; ulla apparente coctione ob quod Gal. dicit hoc signum quoque; inter laethalia fuisse TERTIA haudquaquam melior fuit in qua difficulter morbum tulit, quod ab Hipp. 2. prog. inter signa exitialia primo loco adnumerat: sed & alia malorum illas huic adiungit est: nempe sitis ingens anxietas, multa iactatio. i. *πύλον* *σβλητισμὸς* & *πύλον*. siue ambiguitas, delirauit, extrema liuida, & frigida hypochondrii tensio submollis utrimq;. Certè unum quodque horum signorum sufficiebat ad praesignificandam mortem futuram: unde omnia simul multo magis, atq; amplius ad eius celeritatem attestanda libenter assentitur Gal. qui aduersus alios interpretes conatus est probare exacerbationes fuisse dieb. imparibus, quemadmodum & mors; est. n. Hipp. firma sententia iisdem diebus siue paribus, siue imparibus fieri, & exacerbationes, & iudicationes. Quod pertinet ad anxietatem, sanè uidetur Hipp. hic praeter morem tribus uocibus usus, quae unam, & can-

de rem significant nempe *ἀσθένεια*, *ἐπιπύλον*, & *πύλον*. siquidem omnes significant inquietudinem illam corporis, quae aegri huc atq; illuc uertunt, locum, & situm inuenire nequeunt commodum; atqui Hipp. non consueuit ita nugari; neq; eandem rem pluribus uerbis eodem in loco, ac tempore significare. Nisi dicamus uerum esse, quod haec tres uoces significant quidem eandem rem, sed diuersas causas eiusdem, atq; id non inconuenit facere, nec Hipp. nec Arist. primum. n. *ἀσθένεια* seu anxietatis causa est oris uentriculi mordicatio, quam cupiens natura effugere, omnem situm frustra mutat; atq; haec mordicatio, praui, & pestiferis succis inducitur porro *βλητισμὸς* apud Hipp. saepe in hisce aegrotantibus usupatus significat ingentem illum motum, seu iactationem, quam ob insupportabilem aestum, atq; febrile incendium aegrotantes frequenter faciunt *ἀσθένεια*, uero significat angustiam & iactationem, ac ueluti desperationem, qua aegri ob pestiferos, ac malignos succos animum despondunt, atq; interdum in deliquium cadunt: iam uero hic adolefcens omnes huiusmodi causas intus gerebat oris uentriculi morum & humores biliosos, & acres: incendium ingens in toto corpore, praesertim in hypochondriis, adhaec febris malignitatem, ob quam animus & calor natius penè concidebant, adeo ut minime Hipp. uigilet, sed potius ut semper, nil absq; ratione dicat; Delirium fuit maius tertia die, quia in secunda tantum mens fuit *παρὰ τὸν κόιλαν* in tertia uero *πύλον*, i. delirauit: Delirare autè quid maius est, quàm mentem habere turbatam, de extremis uero liuidis, atq; frigidis dicit Gal. fuisse signum laethale in febre acuta, ut etiam Hipp. 4. aph. 4. scribit, ac praesertim in aetate 20. ann. si quis; uel ob magnitudinem inflammationis in uisceribus, uel ob extinctionem caloris natius, quae cum possit etiam fieri ob uehementiam inflammationis, par est existimare Gal. haudquaquam de ea intelligere, sed de alia, quae fit a pestilitate materiae, quae cum cor praecacteris petat, sanè ibi calorè natium ita ferit, ut corruat. Vtrum autè tensio illa utriusq; hypochondrii significauerit lienis & icteris ueram inflammationem, ut putant aliqui, non ab abauo; quāquam non uidentur integre adfuisse signa, quae ponuntur a Gal. 8. med. loc. c. 8. praesertim foedus ad uel fluxus, de quo nihil loquitur in tertia die; & qui non potuit esse, qui prima, & secunda die uisus est, quando. s. non dum erat illa tensio; certè ad fuit in illis partibus ingens incendium, & sanè sanè principium uere *παρὰ τὸν κόιλαν*. cui Gal. dicit fuisse illam tensionem submollè absq; tumore, ac demonstrasse non nullam ex musculis extrimis fuisse inflammatum, sed uel septimum transuersum, uel iecur uel lienem. De QUARTA pauca, & multa dicit; pauca quia nil aliud dicit, quam ipsū non dormiuisse & omnia peius habuisse: multa autem dicit, quia uerba illam *ἐπιπύλον* in prius significat omnia praeterita mala ad fuisse quoque; in quarta, sed cuncta in deterius fuisse lapsa, ita ut SEXTA die interierit; & puto Hipp. non commemorasse accidentia quinta, & sexta diei, quoniam cum uideret in quarta nullam amplius esse spem, timentem, que citissime periturum, amplius non accessit; & certè debebat in fine quartae uitam finire, nisi

robore virum usque ad septimam diem ipsum produxisset; atque hoc sane exemplum est acutissimi, & exitiosissimi morbi, ut verè quemadmodum ait Galenus praefulerit hunc titulum quo solebāt veteres uti ante historias, ad ostendendam casus magnitudinem, atque acutiem, quamquam de die mortis non exigua ex characteribus est ab Heraclide Tarentino quaestio et alios codices in quibus legatur ipsum quinta die interiisse. At quod Hipp. voluerit in fine apponere aegroti aetatem, nempe quod esset viginti annorum, uto causam fuisse, ut voluit ostenderet morbum fuisse violentissimum, propterea quod septima die iuuenem in iugulauit viginti annorum, i. robustissimum; & ut similiter indicaret habentem in quarta die signa euidentia propinqua mortis, nō potuisse ultra procedere ob aliam rationem, quam quod iuuenis, atque robustus erat. De characteribus in extremo positus multa suo more edisserit Galenus quae omnia quoniam pertinent parum ad usum artis & ea cupientibus cognoscere licet apud ipsum, libenter dimittam; At qui de curatione quae similibus morbis debetur, nonnulla ex instituto nostro breuiter dicam, primum enim morbus fuit acutissimus, atque ob id opus etiam fuit uictu acutissimo, qualem fuisse statim ab Hippocrate institutum minimè dubitare oportet: & si quis est, rhorbus, in quo opus esset statim sanguinem mittere, tum morbi magnitudinis ratione, tum ob uirū robur, certè hic fuit; uerum uetasse uidetur hoc auxilium fluxus alui insignis, qui prima & secunda die adfuit, & quo existente dicit Gal. primo ad Glau. 14. nullam aliam euacuationem moliri oportere: tertia etiam die haudquaquam anxietas, angustia,

A ambiguitas, & extremorum frigus, ac liuor permittebat ullam sanguinis missionem, adeo ut uerissimè sit huiusmodi potentissimum auxilium necessarium fuisse dimissum, atque ubi occurrit casus similis, omnino dimittendū esse, ut potius ui morbi, quam medici imprudentia aeger periret. Sed quoniam prauitatis morbi certa indicia statim sese obtulerūt erat quoque; statim aduersus huiusmodi prauitatem contendendum tum externis remediis, tum etiam internis, facta prius praedictione. Ut enim anxietati, quae fit uitio acrium humorum est occurrendum emplasticis, atque refrigerantibus potibus & cibis: sic aduersus incendium, & pestilentiam, a quibus fiebant inquietudo, & ambiguitas ualere aliqui poterant refrigeratoriæ tum potetia, cum actu potiones, atque bezzartica remedia, nunquam quid etiam adnotat Gale. dormiuit praefens propositus adolescens; & quoniam nil magis consternat, & animos & corpora aegrotantium, quam omnimoda somni priuatio; prae coeteris in somnum prouocandum omni diligentia incumbendum erat emulsionis, seminum pauperis, lactucae coctae, lotionum partium extremarum, inunctionibus temporum, cum diaopuleone adiecta Philonii portione, & obseruandum est in febribus ardentibus, atque in iuuenibus, & aetate, quo tempore hunc aegrotasse mihi persuadeo, non absurdum esse in consummata & iugi somni, priuatione, etiam ad magna opiata deuenire, qualis est Theriaca recens, quae etiam perdomanda pestiferata bo ualere potest: Philonium Romanum pillula de cynoglossa, aliaque similia, quam cum ualde sint frigida, possunt etiam extinguendo febrili calore non exiguum opem praestare.

## HISTORIA VIGESIMATERTIA.



**A** PVD. Tifamenum mulier decumbebat: cui uoluulosa moleste mota sunt: uomitus multi potum continere non poterat: dolores circa hypochondria: & in infernis: secundum aluum dolores, tormina continua: non siuculosa: super calefacta est: extrema frigida usque in finem: anxiosa; vigil: urinae paucae, tenues, deiectiones crudeae, tenues paucae, iuuare nihil amplius poterat: mortua est.



**M**VLIER quae decumbebat apud Tifamenum. Praefens historia, si quae uel alia est maxima admiratione & discussione digna est, non modo propter morbi acutiem ingentem, uerum etiam, quia Hippocrates de aetate nil dicit, de uita antea facta; minus, aut de quoquam alio, ex quo possimus colligere, aut saltem coniectere: quae faciunt ad uerum morbi statum; sed quod magis miror tantquam Hippocrati inuicissimum est, quod neque dies notat exacerbationum neque iudicationum: imo uero nullius diei mentionem facit: neque dicendum est ut Gal. secunda uel tertia die obiisse, ideoque ob morbi saeuitiam aegram interiisse, ut non fuerit necesse connumerare dies, neque diem mortis, quoniam Hipp. ut uidebitur & ut legitur primo Epid. in hist.

E Critonis, numerat etiam dies eorum, quia secunda die obierunt; quod saltem etiam hic facere debebat, nempe diem mortis adnotare. Neque etiam mihi placet dicere Hipp. non ad fuisse huic aegrae quoniam usque; adeo diligens est in recensendis omnibus symptomatibus, ut appareat illa ipsummet adnotasse: imo uero cum dicat nullam a remediis utilitatem percepisse inde conici potest etiam ab ipso mulierem hanc fuisse curatam, & propterea aliquot diebus uixisse; alioquin aut nulla, aut pauca fuissent adhibita remedia & consequenter non opus fuisset Hipp. ut diceret nullam utilitatem percepisse ex remediis. Itaque fieri potest, ut tunc Hipp. quando hanc historiam scribebat, fuerit multis curis, multisque occupationibus implicatus, ut dies adnotare oblitus sit: neque, n. in eodriguū magnos uiros, magnisque & multis

ne.

negociis detentos errores memoriae & incuriae committere, cum etiam quae sua ingenitas est quarto Epid. confessus liberè sit se interdum in commissuris capitis a uulnere distinguendis errasse; quae in re a Plutarcho, Basilio, Gregorio Nazianzeno commendatur. Verum adhuc maior, & pulchrior difficultas oritur, utrum morbus, quo tentata est proposita mulier fuerit uerus uoluulus, & uideatur appellare ipsemet Hipp. in quo, scilicet stercorea ore reiciuntur, & quem aliqui Barbari appellant (Miserere mei), job morbi exitiosissimas conditiones; an potius fuerit morbus colicus; nam quod Hippocrates nunquam memorauerit colicum morbum, eumque sub Ilei nomine intellexerit satis in variis lectionibus monstrauimus, nisi dicere uellemus, tunc temporis aut non fuisse huiusmodi morbum, aut ab Hipp. ignoratum fuisse quorum neutrum mihi placet asserere, qui forsitan primus aliorum hoc obseruauit. Praeterea Hippocrates neque meminit foetoris, neque uomitus stercoreis, qui est uerus ueri uoluuli character; Adhac deiectionum mentionem facit, quas tamen in uero uoluulo fieri omnes negant: imo neque etiam statum alui exire in uoluulo pro comperto habentur medicos, ut manifestè docet Hippocrates tertio de morb. ubi diligenter satis omnia symptomata ueri uoluuli proponit; dico autem ueri, quoniam in li. de aff. internis commemorat uoluuli arcuatum, & uoluulum aematitem, quemadmodum etiam secundo Epid. sect. sexta, uoluulum mollem, quorum neutrum conuenire cum descripto tertio de morb. uariis; satis manifestum esse potest: ut his rationibus uideatur potius colicum morbum describere solum post Tiberii Imperatoris tempora apud medicos celebratissimum. Et certè coniplura ex signis propositis uidentur ipsi conuenire, attamen quoniam Galenus sentit loqui de uero uoluulo, atque huc fieri tam in superioribus ac tenuibus intestinis, quam in inferioribus, & crassis Aretaeus dicit colicos saepe ileo iugulari, quasi morbi sint admodum similes; ipse quoque hanc sententiam sequar; & iccirco priusquam ad uerborum Hippocratis anatonem deueniam pauca quidam de huiusmodi naturali natura docebo; Qui enim uoluulus a Latinis, & Iliaca dicitur eo quod in sese uoluantur intestina, a Graecis Ileos nuncupatur; nec non interdum cordapsium. Cael. Aurel. tertio acut. c. 17. appellat tormentum acutum, & sic uocari ait; quod torqueantur intestina ob spiritus exitum negatum, atque ob dolorem, ob quem aegrotantes in sese conuoluantur & arcuantur; ob quod forsitan Hippocrates quaedam speciem uocat uoluulum arcuarum Silimachus apud eundem Coelum narrat quosdam Pythagoricos uocasse *πυθαγορίων*. i. sepimentum, quali in ipsis intestinis fiat, ueluti sepimentum. Vtrum dicitur sit ileos morbus ab intestino, an intestinum ab hoc morbo, parum refert discernere Galenus certe secundo Meth. c. secundo putat sic uocatum a symptomate, *ἐπὶ τῷ ἰλεῶσι* i. a conuolueno. De nomine autem cordapsi tria notanda sunt; est Cels. quarto lib. ca. 13. scribere Dioclem Caristium uocasse morbum crassioris intestini ileū tenuioris autem cordapsium: tempore uero suo contra crassioris intestini morbum uocatum esse colon, uel colicum, tenuioris

A ileum, ex quo loco colligi potest uerum esse, quod initio dicebam nomen colici non fuisse ante Celsi tempora, qui floruit circa Tiberii principatum unde etiam miror quō Gal. hoc in loco dicat ileum esse morbum tam crassiorum, quam tenuium intestinorum. Alterum adnotandū est Aretaeum lib. de acut. ponere differentiam inter ileum, & cordapsium, quod praeter tormina in cordapsio est tumor, qui si comprimatur, cedit, & quodam modo uidetur relaxari, quam etiam differentiam uidetur agnouisse apud Aetium Archigenes. Coeterum Diocles Carystius secundus Hipp. ab Atheniensibus uocatus possit aliam differentiam, scilicet in Ileo fieri eructationes, crepitus sine stercore tñ saepe sine tumore, ac duntaxat recipi clysteres, & dolores inchoare a superioribus. In cordapsio uero si mitis sit per os excerni humores. Sin uehemens excerni sterces, non recipi clysteres ueatrem durum esse, atque tumidum. Gal. autem sexto de loc. aff. secundo inquit uocatum esse cordapsium hunc affectum, quod in eo instat cordarū circumuertantur intestina ab antiquis etiam cordae uocata. Tertium notandum est ueterinarios medicos, qualis Absyrus ubi iumenta reiciunt cibos, uel per os, uel per nares uocare cordapsium. Verum dimisso nomine dico Ileum esse dolorem acutum, ut plurimum intestinorum tenuium, nihil deorsum permittentem labi; unde colligi potest Ileum arcuatum, & sanguineum, & mollem propositis alibi ab Hipp. non esse hunc. Est dolor acutus quia semper acerbissimus, licet Gal. secundo, & 6. de loc. aff. uideatur acerbiorē facere colicum, quippe quo aliquos sibi manus conuulsisse narrat: Dixi maiori ex parte intestinorum tenuium, quoniam Gal. ut dixi hic uult etiam fieri in crassis; sed illud est rarius, & per communicationem a superioribus, atque tunc uomuntur stercorea, quae ueram formam stercoreaceam tantum in crassis, & extremis, non autem in tenuibus, atque superioribus acquirunt. Causa autem propter quam frequentius patiantur intestina tenuia est, tū quia sunt magis sensibilia, tum quia angustiora, tum quia humorum sentinis sunt proximiora. Dicitur est prohibere nil exire extra, ad differentiam colici, in quo, uel sponte, uel ope clysterium educuntur foeces, & humores: imo plerunque hisce tantum curatur; cum in Ileo solum per superiores partes aliquid reiciatur. Est symptoma in genere tactoriae actionis deprauatae, est & expulsoriae laesae. Facultas autē tactoria, & expulsoria laedi possunt uel essentialiter, uel accidentaliter, uel utroque modo, ut & aliae, quae admodum scribit Gal. 3. de symp. causis. c. 1. Laeditur essentialiter laesa temperie, quae est facultatū substantia, ut ait Gal. initio lib. de fac. nat. laeditur accidentaliter, quā impeditur ab aliquo morbo instrumēti tali, ne possit operari, ut obstructione. Iam uero in Ileo utroque modo laeditur facultas tactoria, & expulsoria. Iob inflammationē, seu tumorem in flammatorium, nec non obstructionem, quam uocabant Pythagorici, ut ante dicebā sepimentum, etenim cum uel tumore, uel alio pacto conuoluta intestina nil permittunt infra exire, facultas expulsoria nitēs pellere uerit omnia ad superiora, unde intestina tenuia, & sensibilia distenta a flatu, & foecibus, necnon

ab inflammatione, & humoribus acerbis dilaniata incredibiles illos cruciatus inferunt aliaque symptomata tertio de morbo, ab Hippocrates commemorata, adeo ut causae internae huius affectus sint humores, & flatus facientes tumorem, obstructionem, & extensionem, externae causae sunt in primis tempus anni, ut Autumnus secunda Hippocrate tertio aph. 22. de quo etiam loquens Aretaeus dicebat Ileum fieri magis autumnum, quam hieme, & aestate, quam vere. Auic. etiam vult aerem pestilentem facere ileū, & videtur hic indicare Hipp. frigus, vehemens idem facit, ut aliqui cibi, qui proprietate quadam faciunt similes dolores; ut Cicero dicit sibi contigisse ex usu helueolarum, sic refert Aetius de atramento saepiae, siue succo nigro loliginis, potus, aquae frigidae, impulsio uehemens intestinorum in curandis herniis; ut nuper uidi in mercatore Pisano, qui sic factus est Iliacus ex bubone; Venena etiam aliqua hunc morbum faciunt, ut recitat Nicander de aconito, & argenti spuma: Fungos quoque interdum producere hunc morbum testatur Caes. Aurel. Modo accedamus ad Hippocratem nostrum.

M V L I E R. Graecè *γυνή*, utrum uirgo, an nupta an alterius conditionis esset non dicit Hippocrates, uel ob modestiam, uel quia ignoraret; attamen haud uirginem fuisse certe iurarem, quod proprie uocarent Graeci *παρθένω* sicuti latini mulierem, quae iam deflorata esset; unde refertur de Democrito, qui cum die quadam fuisset obuiam factus cuidam foeminae, quae antecedente nocte fuerat uitata sic appellauit *χαλρή γυνή*, id est mulierem salue cum ante semper uirginem uocasset. Cicero etiam obiurgatus, quod senagenarius uirginem duxisset respon- disse fertur cras mulier, id est, *γυνή* erit, sic uocabant *παρθένω* locum domus ubi defloratae; *παρθένω* uero ubi uirgines habitabant, ut est apud Plur. in Alex. DE CVM BEBAT apud Tisamenum, non quod in domo Tisamenus esset, sed quod domus, ubi erat aegrotans, propè domum ipsius Tisamenus esset; qui Tisamenus Eleus erat ex gente Lamideorum, qui & ipsi medici erant, & artem aruspiciam callebat, ac ob alia praeclara facinora ut scribit Herodotus lib. nono, omnibus notus, ut patet, qui que forsitan habitabat in Thaso, quamquam non inueniunt hos commemoratos ab Hippocrate haud omnes fuisse Thasios; sed circūuicinos etiam, quos eum uisasse haud absurdum est. Illud certum est, & Tisamenum de quo multa scribit Herodotus, uixisse Hippocrates aetate, ut is fuisse facile potuerit. Haec autem mulier quomodo in hunc morbum incidit, hoc est ob quas externas causas haudquaquam diuinari sufficio, nisi dicamus propter uictus errores, & praesertim ob aerem pestilentem, a quo etiam fieri Ileū ex Auic. sententia prius diximus: huic ergo statim Iliaca symptomata difficiliter mota sunt. Quae autē sint huiusmodi symptomata, pedetentim enarrat di- cens. *ἐμπύον μορβόν* quod enim quis uomat, non protinus est Iliacus, sed qui multus uomitus habeat, hoc est frequentes copiosos, atque uarios de eo dubitari potest. P O T V M continere non poterat. Cur Iliaci potum continere nequeant, est quia frequenter uomunt: sed dicetis nonne eadem ratione

haud continere possunt cibum? id quod si est, cur potius id dicit de potu, quā de cibo? An forsitan, quia facilius potum, quam cibum uomitu reijcere possumus; quamquam non diffiteor esse quosdam oesophagi, & stomachi affectus, in quibus facilius uomitur dura, & solida, quam liquida; sicuti animalia ruminantia, quae cum reuomant cibum in os, ut illū conficiant magis, haud tamen unquam reuomunt potum, & si interdum copiosissime poterit. Possimus etiam dicere nomine potus intellexisse sorbilem, cibum, quem sumebat, & quo Hippocrates aegros semper, & praesertim acutus detentos alebat: etenim & hoc pessimum est uomere continuo cibum, quod nutritio sic auferatur, sine qua non potest uita consistere. D O L O R E S. Circa Hypochondria) siue flatus contineantur in hypochondriis siue quispian tumor, sit dolor, scilicet ob solutionem continui, utrumque fieri solet in Iliaciis, ac propterea, nunquam est quip dolent circa praecordia, si malum sit intestinis superioribus. E T I N I N F E R N. Non solum in hypochondriis dolore habebat misera mulier, sed etiam in toto uentre inferiori; non quod totum abdomen uel tumeret, uel esset repletum flatu, sed intestina cum sint sibi ipsi continua uix una pars ipsorum affici potest, quin simul & aliae afflictae; unde ait etiam fuisse continuos dolores: Sed cum dolores continuo faciant fitire aegrotantes ob continuas querelas, quomodo inquit non fuisse siticulo(am) Haec, est una ex iis rebus, quae faciunt admirandam hanc historiam, causa autem huius euentus esse potuit, quod potus reijcitur, qui irrigans ipsas fauces prohibebat quominus illae exsiccarentur, & sitim facerent; nec ualet, quod uomitus quoque, sitim facere soleat, quonia id quidem uerū est, ubi reuomuntur humores super uacuae, dum reijcitur uomitu, haudquaquam madefaciunt, imo biliosi magis exsiccat, cōtra, cibis & potus madefaciunt, sic. n. dicebat Arist. 25. probl. 1. 2. aerē non madefacere superficiem, sed aquā. S V P E R C A L E S C E B A T. Voluulos omnes habent quidem febrē, sed quae uaria est, & iugiter auget, ac remitti uidetur; ea propter dicit hanc mulierem superca- luisse, quali calori febrili existerit alius superueniens; & cum febris esset praua, & maligna, haudquaquam magnitudine illam ostendebat. EXTREMA. Id habet ut saepe dixi, omnes internae inflammatio- nes, ut calor ab extumis ad sese trahant; idcirco inflammatione existente in praesentis aegri intestinis haud mirum si toto morbi cursu fuerunt sibi extrema frigida, ob quod etiam fuit & *αὐχμῆς*, & uigil, si quidem affecto grauius ore uentriguli, tum ob inflammationis uiciniam, tum ob iugem uomitū, haud quaquam dormire poterat, sed dicit aliquis ad quid Hippocrates commemorauit insomnietatem; quis unquam existimauit hunc tanta malorum col- luitio posse dormire? Ratione doloris certe dormire nullo pacto poterat, aderant tamē multa alia, quae somnum aliquem inducere posse uidebantur: qui quoniam non inducebatur; nil mirum si ab Hipp. hoc adnotata fuit. Cumque ad mali sedem confluerent cuncta penè corporis excrementa, non mirum est urinas fuisse paucas, atque tenues, Coeterum

dubitatione dignū est, quomodo dicat foeces fuisse crudas atque tenues liquidum, inter praecipua uol- uulidicia illud est ut ab intestinis neque flatus, neque foeces reddantur, sed omnia per os reijciantur quia ratione multo miserabilius efficit hoc morbi genus. Respondent alii, quod scribit Hippoc. deiectiones alui fuisse crudas atque tenues, ita intel- ligendum esse, quasi id quod exibat non esset opus expultricis facultatis; sed ueluti quidam tabus spon- tē exiens, & colliquatus vi caloris febrilis, & incen- dii iecoris. At hoc non tollit dubitationem, quia si neque flatus exire potest, aut quid aliud, ut dicit Hippocr. in lib. de affec. multo minus uulid alia materia. Itaque dicendum quod scribit Galenus diuersos esse tumores superiorum, & inferiorum intesti- norum, quia in illis reijcitur ore, & sterces, & mor- bus, est laethior. Iam uerò quae in hac muliere in- testina paterentur non dicit Gal. sed cum Hippocr. non memoret stercores exitum, existimandum esset potius fuisse malum in inferioribus. Sed adhuc dubitatur quia sterces propriam figuram accipiunt in inferioribus intestinis, unde non uidetur posse reij- ci nisi cum haec patiuntur. Praeterea cum intesti- na solum affecta sint, ad quid potest urinae contem- platio conferre? Ad primum dicendum uel Gal. no- mine *κοπρῶν* intelligere quicquid in intestinis con- tinetur tam superioribus, quam inferioribus; uel po- tius totum siccum primae coctionis excrementum, quod modo compactum, & durum est, ut appella- tum ab Hippocrate *σκληρῶν κοπρῶν*, uel recens & molle. Atque hoc est, quod etiam intelligere uol- uit Hippocrates in fine primae sect. secundi Epid. ubi dicebat ruptiones peccinis, ubi sunt supra um- bilicum in dextera parte esse dolorosas, anxiosas, atque stercores uomitum inducere. Quod autem dicit Hippoc. deiectiones fuisse crudas, ac tenues, cer- tē non est facile intellectu nisi dicamus id ipsum di- xisse de deiectionibus, quae ante morbum factum exibat, quas uel fuisse tales consonat rationi. Quod uerò dicitur apud Coel. Aurel. loco iam citato ali- quos putasse sterces exiens mali odoris esse melius stercore simplicis, non est praeter aliquam rationē, cum quae non habent tetrum odorem significant, incēdium ingens, quo exsiccantur, & inodorae foeces redduntur; nec ualet quod Hipp. in Coac. praed. & tertio proret. tex. 66. dicat uolulos foetidos nec- care statim, quoniam id dicit, ubi ileo coniungatur sine parotides. Ad aliud de uina luculentissime satisfact Gal. in comm. nempe in cunctis affectibus ualde praestare uinas ipsas obseruare, quoniam licet affectui principali cognoscendo nil, aut parum omnino obducant, ualde tamen interest utrum ipsi quispiam alius affectus coniungatur siue bonus, si- ue malus quod ex uinis cognoscitur, quae si bonae sint haud ad salutem attestandam multum conse- runt, sin autem prauae sint mortem multo magis significant; unde Hippocrates in praesenti cum dixit uinas, & excretiones alui fuisse tenues, & cru- das, quis non uidet haec signa auxillie necis futurae suspicionem? ita ut merito statim subiunxerit nul- lum remedium sibi contulisse, atque ipsam interiisse. Ex quo loco, ut optime notat Gal. conicitur huic

aeguae ab Hippocrate fuisse adhibita usque ad ex- tremum remedia, etsi ab initio moritura ab ipso pu- taretur; ut exemplum esse possit non deserendos esse aegros licet extreme periclitantes, quemadmo- dum nec Hippocrates deserebat, quamquā eorum remedium praeterquam sectionis uenae interdu- rarissimè meminere, quod nimis operosum, & ab ipsius instituto alienū fuisset singula praesidia ad- hibita recensere, quod si non nunquam (ut dixi) id facit, est quia remedium commemoratū habuit ali- quid rari ueluti in Anaxione, cui in octaua die mor- bi existenti secta fuit uena praeter morem medico- rum, & rationem, qui docent statim ubi exigitur, ad phlebotomiam esse deueniendum. Illud unum haud est sine animaduersione praeter eundem, hic Hippocr. appouisse ante mortē, praeter ipsius con- suetudinem, quod nullum remedium contulerit, tum ad ilei saeuitum declarandā, ob quam ut dixi a Bar- baris uocatus est, miserere mei, tum quia nullum su- turae mortis indicium certius habetur, quam ubi ui morbi cuncta humana praesidia uincunt, ut dice- bant Aretaeus, & Aetius de elephantiasi. Priusquā autem ad curationem descendam uo uidere ope- reprecium est, vnum quod die mortua sit haec mulier, cum Hippocr. de hoc nihil dicat. Alterum est circa urinas quomodo Hippocr. sexto aphor. 44. & in Coac. dicat stranguriae si superueniat ileus, pe- rire aegrotantem intra septimam diem, nisi super- ueniat febris cum urina copiosa, uel ut dicit Auic. 16. tertij trac. quarto, c. 29. sudor; Quem aphorismum interpretans Galen., dicit sese ignorare ueras causas illius sententiae; imo suspicatur an sit ger- manus aphorismus Hippocr. Ad haec uidetur Gal. negare fieri ileum posse ab humoribus frigidis, & crassis, fecus quam sentit Hippocr. in lib. de affec. Ego autem puto, quod interdum superueniat ileus stranguriae esse, quando eadem causa, scilicet hu- mor ualde glutinosus, & viscidus, qui facit stranguriam in intestinis cumulat, & stercorei obuoluitus transtrum impedit humoribus, & foecibus, ad aluum: in quo casu febreque accedente humor ille aut sol- uitur in sudorem, aut eliquatus, & in visicam cor- riuans morbum soluit, alioquin uerè dicit Hippocr. in Coac. iliaci superuenientem uirinae interseptio- nem cito interimere. Qua autem die mortua sit haec mulier, quod erat alterum; sunt nonnulli qui dicunt perisse statim eadem die, & propterea Hip- pocr. non commemorasse, itaque dies exacerbatio- nis, neque mortis. Verum haudquaquam mihi probari potest istorum sententia, propterea quod cer- tissimum est complura remedia ab Hippocr. adhi- bita fuisse, quandoquidem ipsemet fallus sit ea nil contulisse; adhaec, ut nuper dixi, Hippocr. sexto aphor. dicit, quibus ex uirinae stitillio diebus super- uenit septem diebus perire; ileus saepe natura est exitialis, multo exitialis est, si alteri morbo super- ueniat: si igitur quando ileus exitialis est non in- terimit statim prima die: multo minus potuit ileus huius mellae prima die ea interimere; sum itaque huius sententiae hanc mulierem perisse quidē cito, sed non adeo cito, ut non peruenerit ad tertiam aut quartam diem; non commemorauit autem Hippoc. diem,



diem, quia cum esset occupatissimus, forsan (vt alijs dixi) oblitus fuit, vel non habuit ocium. Modo de curatione huic dirisimo morbo debita aliquid dicamus, in qua insitendum primum opus est mali sedem dignoscere, an scilicet in extremis, an in summis intestinis posita sit, quia ex uariatione huiusce modi sedis, curationem quoque uariari non nihil necesse est. Itaque si vel inflammatio praefens, adsit in infernis intestinis, vel suspicio ne sit futura, statim deueniendum est ad sanguinis missionem à pedibus secundum Hippocr. & Gal. praeepta iubentium inflammatis infra renes partibus sanguinem mitti oportere ab inferioribus; sin vero inflammationis superiorum metus sit a brachio mittendus est sanguis, quamquam Hippocr. tertio de morb. vbi longus de his loquitur aliter decernat de sanguinis missione, vt Diocles apud Celsum. Tum studendum est intestinis ipsis apertis reddendis, atque conseruandis; idque fit vbi malum est infra clysterib. molliibus, vt succo maluae, ptissana, decocto capitis castrati, cum hordeo, quod remedii genus non modo ualet ad intestina mollienda, & referanda; verum etiam ad prohibendum ipsius inflammationis incrementum, vt autem recipiantur clysteres modum docet auctor ille tertio libri de morb. vt scilicet solle prius uento repleantur intestina, atque ijs distentis clyster iniiciatur, podiceque cum spongia obstructo aeger in aquam calidam deponatur, quamquam & hoc pariter Caelius improbat. Sin superiora intestina laborent, idem faciendum atque tendandum est potu iurium, atque succorum similiter emollientium & refrigerantium (quod monet Hippocrates tertio de morb.) leniter, vt est ius maluae, lapathii, capitis castrati, ptissana, similibus iuribus facta. Aliqui veteres vt Diocles uoluerunt pileam plumbeam esse deuorandam quò aperiantur intestina. Sed Coel. Aurel. tertio acut. decimo septimo damnat, quod fri-

A giditate magis intestina denset, & coarctet. Sicut etiam damnat quòd medicamenta purgantia exhibeat tãquam magis exasperent, & quo ad pillulam eã certè quãdo caetera remedia profunt abstinendum ab eius usu: at quando casus est desperatus, tunc licet aggredi quodlibet remedium. Extrinsecus quoque circa umbilicum, & circa pectinem eadem intentione est insidendum. Quod ad victum pertinet is debet esse, qualis in acutissimis omnibus, praesertim uerò curandum vt omnis cibus sit non modo forbilis, verum etiam maximè aquosus ne scilicet crassior cibus in intestina delabens ea alioquin malè affecta magis adhuc exacerbet. Hippocrates secundo Epidem. circa finem iubet dari multum uini meraci, atque frigidi donec formans vel dolor fiat crurum. Cael. autem loco citato ubi curationem totam Hippocr. vel cuiuspiam alterius auctoris illius lib. damnat, de uino dicit id concedere malis, sed sui similibus consilijs, eumque tribus eriminatur; quòd in dando uinum haud obseruandum iusserit mali declinationem: quòd plurimum dari iubeat, atque; mera cum, à quo etiam sanos mente alienari perspiciamus; quòd det frigidum, quòd à frigido omnes tumores augeantur. Sed cum Hipp. pro remedio ad cõcilium somnum maximè in hac curatione necessariũ, non pro victu praecipiat, haud ita videtur damnandus; praeterquam quòd de molli uoluulo, & à frigido humore facto loquitur; in quo sicuti scribit conferre febrem, vt etiam sexto aphor. 44. & in Coac. praen. sic par est existimare posse quoque uini meracum multum prodesse: Quod Caelius cũ methodicis suis uelit aegrotantes loco lucido, & medicriter calido esse detinendos cum requie, & silentio probò, sed imperare suam abstinentiam cibi usque ad tertiam diem, & post alternis tantum diebus cibatione uti, in morbo; in quo facillè uires omnes ruunt, haudquaquam commendare possum.

## HISTORIA VIGESIMA QUARTA.

**M**ULIEREM ex abortu infantuli earum quae circa Pantimidem, PRIMA febris magna corripuit, lingua perarida. siticulosa, anxiosa, vigil, aluus turbata tenuibus; multis, crudis, SECUNDA superrigit: febris acuta: ab aluo multa, non dormiuit. TERTIA maiores labores. QUARTA delirauit. SEPTIMA obiit, aluus semper humida deiectionibus multis, tenuibus, crudis; urinae paucae, tenues, febris caulis.

**M**ULIEREM EX ABORTU. Fuit itaque mulier quaedam habitans apud Pantimidem, quam febris magna ex abortu infantis corripuit. Quis fuerit Pantimides, apud quem complures mulieres habitabãt, non est adeo anxie quae rendum, sicut nec quae fuerit haec mulier, quam omnino ignobilem fuisse non dubito; & forsan Pantimides erat leno, apud quem multae mulieres pro illius saeculi consuetudine uenales prostabant, liquidem illius coniugis non meminit. Sed utcumque sit haec aborta est *πρωτογ.* hoc est infantè, in quo mense

non

non dicit Hippocr. quemadmodum dicit in sequenti, quoniam fortè hanc non uisitauit, neque id scitum, suspicandum est tamen non fuisse foetum grandiuiculum; siquidem erat *πρωτογ.*, sed (vt dicit Galen. in sequenti historia) vel unius, vel duorum, vel ad summum trium mensium: Dicitur autem Hippocr. *πρωτογ.* siue puerulus per metaphoram, vt Galen. in comm. atque tertio Epid. secundo & quarto aphorism. primo, foetus paruus ab initio usque ad quartum mensem ad summum, hoc tempore cum foetus eijcitur ab aliquibus Latinis vocatur abortus: sicuti abortus dum eijcitur non longè à legitimo partu; sed de nomine haudquaquam curandum est praesertim Latinorum; illud certum est omnes abortus ab Hippocrate uocari *αποθρηπεις*, id est corruptiones, vt hoc in loco, sicut & *αυληνδεις*, quod uerè tunc foetus corrumpanitur, & minimè vitales sint; simili pacto uocantur *αποδρηματα* ea medicamenta, quae grauidae mulieres sumunt, siue sua sponte, siue aliorum consilio ad perdendum foetũ, quaeq; Plin. lib. 28. cap. septimo, uidetur appellasse abortiua medicamenta. Etenim apud ueteres licebat foetus nondum animatos interimere, vt se fecisse in illa palstra testatur Hippocr. libro de genitura; at ubi uerò animati essent minimè licebat: ob idque Hippocr. in iuramento praecipit ne medicus propinaret abortiuum. At apud Christianos nullo tempore hoc licet; siquidem (vt dicebat Tertullianus in apologetico) properatio homicidii est prohibere nasci. Scribit Hippocrates lib. de septimestri partu fieri abortus frequentiores quadragesima conceptionis die quãdo uerisimile est praesentis *πρωτογ.* id est infantuli fuisse factum. Fit uerò abortus aut ab externis, aut ab internis causis; quae internae causae, aut sunt uitio mulieris, aut uitio infantis; de quibus omnibus, quoniam satis diligenter sum locutus in tractatu de morb. mul. ab iis amplius tractandis abstinere. A qua causa haec mulier sit aborta an scilicet interna, vel externa, haud satis constare potest ex ipsius Hippocr. uerbis; Verum quoniam statim ab abortu capta est morbo exitialis, atque symptomatibus saeuis, puto cum Galeno haud ab externis causis esse factum abortum, alioquin id Hippocr. dixisset; sed suspicor ante abortũ habuisse corpus maximè uitiatum, & pluribus crudis, atque tenuibus humoribus repletum, ita vt acetabula nimis laxa, & humida reddita foetum etiam paruulum sustinere nequieuerint. Omnem abortum esse grauem, & partu naturali multo grauiore satis uisum compertum est, & Hippocr. primo de morb. mul. probat, quia totus praeter naturam est, sicuti partus est naturalis. Omne autem uolentum semper naturaliter deterius, atque periculosius est: quare in hac muliere deterrimis succis replèta haud mirum est, quod ex labore abortus fuerit praeter naturalis calor accensus, atque inde putredo, & febris accessa. Fuisse autem propositam mulierem crudis, atque prauis succis replètam inde conicio, quòd statim atqui aegrotare coepit, humores multos tenues, & crudos aluo sudid, sicque toto morbi tempore durauit, quos non in morbo, sed ante fuisse, in ipsius aegrae corpore genitos, & accumulatos rationi est consentanea

neum. Etenim nisi ita fuisset, haud erat aequum, vt moreretur, quoniam et si abortus omnis periculosus sit, quia dilaceratis acetabulis facillè uteri ulcerantur, atque inflammantur, vt Hippocr. adnotauit, attamen multo minus periculosus est abortus, qui fit primis conceptus diebus, quando scilicet acetabula nondum benè coalita leui negotio scinduntur; praeterquam quòd non est diuturna facta menstruorum intermissio adeo, vt opus sit longa purgamentorum euacuatione. Hanc ergo mulierem postquam aborta est, illico febris magna corripuit. Galenus autem dubitat, nunquid haec febris initio fuerit ardens; quia ex vna parte uidetur fuisse, tum quia ipsemet Hippocr. in calce historiae id testatur, tũ quia statim apparuerunt indicia febris ardentis, nimirũ aestus ingens, linguae ariditas, sitis. Ex alia parte suspicatur dictionem illam *καυδός* haudquaquam esse Hippocraticam; quia si Hippocr. uoluisset docere genus febris, utique in cunctis historijs id facere debuisset, non fecit autem, quoniam supponebat leturos symptomata tantum a se obseruata aegrotantium ex iis fore cognituros genus morbi, a quo dependent. Quamquam autem ita dubitauerit Galenus, & forsan multò profusius quã decessit in eo sese elongauerit, vt probaret potestem illam uocem *καυδός* fuisse ab aliquo adiunctam; tamen haud uidetur negasse; qui potuerit etiam febre ardente initio laborasse; & quia uidebat obstare posse, quòd Hippocrates dicat, semper humores crudos ab aluo fluxos; ardentem uerò febrem fieri à bile putrescente; dixit potuisse bilem quidem exuberare in totius corporis ambitu, atque ibi putrescere; in primis autem uasis, in meseraeo, atque in concaua, & conuexa iecoris regione crudos succos latitasse, qui partem per uirnam, maxima ex parte per aluũ euacuantur. Sed miror sanè, quomodo dicat causum fieri posse ex bile putrescente in uenis ambitu corporis, siquidem ipsemet pluribus in locis docuit ardentem fieri a bile putrescente in uasis intimioribus, & secundo in primum Epid. tex. vigesimo; proponens differentiam ardentium febrium, atque tertianarum, dicit eas conuenire in materia, differre autè loco, quoniam si febres ardentem sunt, in uenis praesertim iecinis, & uentris bilis abundat: tertianae autem fiunt cum in totius corporis carnisibus dominatur bilis; quod etiam clarius dixit primo Epidem. comm. primo, tex. nono, & comm. secundo, tex. 20. & 73. ubi scribit fieri ardentem cum in uasis sanguinis mixta bilis putrescit; praecipue uerò in uentris, aut iecoris; aut pulmonis uenis tanquam cordi propinquioribus. Nisi pro Galeno dicere placeat non fuisse febrem ardentem ex quietam uerè, sed minus exquisitam. Nonnulli interpretes putarunt hanc foeminam ex abortu incidisse in uteri inflammationem; idque insinuasse Hippocr. quãdo dixit aegram doluisse, adeo vt potuerit febris ardens inde nasci, quando certum est secundum Galeni doctrinam a quolibet uiscere inflammato posse febrem ardentem oriri; & Hippocr. de morb. mul. ex abortu huiusmodi inflammationes, uiscerationes, aliaque mala fieri docet. Gal. quoque secundo de diff. respir. huius sententiae adhaesisse inuenitur, atqui nõ uideo necessa-

necessarium hoc esse, ut inflammationem passa sit, maximè cum iam fuerit constitutum fecisse abortum conceptus primorum dierum, quando acetabula nondum ita firma sunt, ut opus sit ea dilacerari, siquæ inflammationi occasionem praestari. Atqui praeparatio corporis potissimum fecit ad generationem febris magnae; nec ualet quod abundaret tenuibus, & crudis succis, quia possunt esse biliosi simul, maximè quando sit praeparatio a cibis prauis, ut allii, coepris, aliisque similibus, quibus Graeci solebant vesci, atque etiamnum vescuntur. Cum itaque facta esset in proposita muliere statim prima die febris magna, & ardens licet non exequilita, iure merito facta est & lingua arida ob aestum intimarum partium. Sic enim Aristot. trigesima quarta prob. quarto, dicebat linguam esse indicium febris ardentioris, tum quia spongiosa est, & bibax humorum, atque vaporum, tum quia superposita est pulmonibus, & uisceribus, quae sunt febris domicilia. Facta est etiam *Αλδης*, hoc est continuò sitiens, id. n. significat vox Graeca. Quod uerò facta fuerit *ασηδης*, Gal. dicit fuisse propter *κακωνβίαν*, seu malignitatem febris; Ego uero addo fuisse quoque ob putredinem, quae prope ipsum ventriculum fiebat; cuiusmodi diximus iam in ardentibus febribus contingere; Vbi autem ventriculus ita torquetur, ut anxietatem faciat, quis est qui dormire queat? habet enim ventriculus, & praesertim ipsius os tantam cum cerebro coniunctionem, ut illo patiente necessario hoc etiam compatiatur. Ad haec prima die inquit Hippocr. alium turbatam multis tenuibus, atque crudis humoribus; quod enim dicebam hanc mulierem, ante abortum habuisse corporis ad morbum saeuum praeparationem; sibi quae puerperia fuisse retenta id quoque colligi potest ex hoc, quia statim prima die alius sudit multa, tenuia, & cruda, quasi uero pars non exigua purgamentorum, & aliorum excrementorum quibus mulieris corpus sequebat, eo sit conuersa, ut fieri saepe solet, & dicit *παρὰ τοῦ κούβου*, quoniam haud simpliciter & pacate exhibant huiusmodi excrementa, ut solent interdum facere in his febribus; sed cum tumultu, ac turbatione.

**SECVNDA DIE SPERRIGVIT;** *επιρριγνυσι*, nam haud amplius habuerat rigorem, quod forsitan debuisset prodesse secundum Hippoc. quarto aphor. 58. at non profuit, quinimo febris facta est acuta, ab alio multa exierunt, nihil dormiuit. Febris aucta est, & facta acuta; quod consensu rigoris massa prauorum humorum, qui inerant uenis, & extra uenas calefacta, & putrescens augmentum febrim praestiterit non exiguum, à quo febris augmento necnon ab alio fluore qui pergebat, necesse erat somnum adiri. Atque huiusmodi labores non modo perseuerarunt. **TERTIA** die, uerum etiam maiores euasere, & iure quia cum prima dies fuerit molestissima ob multa praua symptomata, quae in ipsa contigerunt, aequum erat, ut tertia quoque secundum proportionem pessima esset. **QUARTA DIE**, habuit praeter alia mala delirium, quod cum ab Hippocrate secundum progn. reponatur inter signa exitualia, atque ipsa quarta sit in index septimae, iure iudicari poterat morituram esse ipsa septima

**A** die: & Hippoc. potissimum hoc recensuit, quia cum alius flueret, non uidebatur debere delirium succedere: nisi dicamus iam alium defuisse, propterea quod motionem esse subsecutam: sed cum in fine dicat semper fuisse alium lubricam, haud est dubitandum unquam subfuisse, ut magis mirari oporteat eam mente motam fuisse. Sed cur usque ad quartam, omnia commemorauit; post hanc uero illi mortis secutae in septima fecerit mentionem; non potest alia uerisimilior afferri causa, quam quod illam non uisitaerit, uel quod eadem mala perrexerint, nec quicquam aliud commemoratu dignum nouiter accesserit; mala namque relata usque adeo ex sese ualida erant, ut possent absque aliorum accessu mulierem perdere. Narrata morte Hippocr. quod saepenumero facere consueuit, nonnulla proponit, quae ipsi mulieri semper affuerunt; idque non per recapitulationem facit, ut existimaret aliqui, siquidem, qui breuiter studet, ac solummodo grauiam, & uilia notat, eum minimè decet in recapitulando tempus consumere, sed potius, quia cum non uisitaerit aegram singulis diebus, ita sibi fuerant ab aliis relata, quae multum intererat scire, ne quisquam miraretur, potuisse solo addito in quarta die delirio perire. Vult igitur dicere non mirandum esse eam perisse septima die; quoniam semper dum aegrotauit, praeter alia praua symptomata habuit alium fluidam copiosum, tenuibus, & crudis deiectionibus, similiter urinas paucas, ac tenues; cum a fluxu alui additis aliis symptomatibus ipsemet Hippocrates testetur complures aegros in hac constitutione fuisse extinctos. Nisi etiam dicere uellemus alia de causa id addidisse Hippocr. scilicet ut doceret etiam si fluxus alui debuisset aliqua ex parte conferre, attamen nil cõduxisset, quoniam febris erat ardens, nec huius euacuabatur; sed humores tantum tenues, & crudi, quorum exitus ad nil aliud cõducebatur, quam ad accelerandam mortem; sic dicebat Hippocr. ubi non euacuatur, quae debent euacuari; malum esse. Hoc si ita intelligatur iam cessabit occasio dubitandi, qua impulsus Gal. totum penè hoc suum commentarium consumpsit. Sequitur aliquid de curandi ratione dicatur; in qua instituenda semper primam partem obtinet uictus ratio, quae penè in omnibus hisce morbis, qui & acuti & mali moris sunt, eadem esse debet; & inter cetera mala, quae proposita mulier habebat id unum fuit, quod semper habuit alium copiosè, fusam ex multis tenuibus, & crudis succis, quae non modo ad uires habendas conferebat, uerum etiam impediabat, quominus uenae sectio, atque alia praesidia administrarentur; Etenim lex est aeterna Gal. primo ad Glauc. 14. ubi alius fuit, nullam aliam sanguinis euacuationem esse molendam, quoniam una euacuatio sufficit; itaque nec de sanguine mittendo erat quicquam cogitandum, nec de vlla alia euacuatione; sicuti nec ea erat comprimenda, quam habebat; quaeque licet symptomata atque instructuosa esset, nihilominus erat ita permittenda, alioquin si fuisset compressa, mortem plane accelerasset. Sed dubitari posset an si puerperia suppressa essent, ut suspicari licet, debuisset uena malleoli pertudi, qua in re sanè dubia me-

lius

ius consilium putassem ob uires partim à morbo, partim a fluxu euasas omnino abstinere: In Caueso maximè laudatur frigidæ usus, atqui in proposito casu haudquaquam conuenisset, tum quia non erat ille legitimus causus, qui fit à bile inualis prope uiscera putrescente, tum maximè, quia ille copiosus alui fluxus id remedium prohibebat. Aduer-

sus anxietatem, atque sitim contulisset pituita cum granis granatorum, ipsummet uinum granatorum cum aqua hordei, conserua illa de berberis, seu d-ribes, quae mirificè sitim placat; simulque sua adstringendi facultate os ventriculi consolatur, & confirmatur. Sic, n. cardialgiam mulieris potentia cum granatorum succo iuuasse testat Hipp. secundo Epid.

HISTORIA VIGESIMA QVINTA.

**A** LTERAM ex abortu circa quintum mensem febris magna cepit: inchoans uerò comatosa erat: & uigil rursus: lumborum dolor: capitis grauitas. **SECVNDA** alius super turbata est paucis, tenuibus, sinceris primum. **TERTIA** plura deteriora: nocte minimè dormiuit. **QUARTA** delirauit; timores, macstitia: dextero peruersa est: sudauit circa caput exiguo frigido, extrema frigida. **QVINTA** omnia exacerbata sunt; multa obloquebatur; & rursus cito ad mentem redibat: siticulosa: uigil: alius multis, intempeltius, usque in finem: urinae paucae, tenues, subnigra: extrema frigida, subliuida. **SEXTA** per eadem: **SEPTIMA** interit phrenitica.

**A** LIAM ex quinquagesimo abortu. Antecedenti historiae mulieris abortae subiungit, & alteram, quae similiter est abortu capta: est magna febre, quae grandiorum foetum nempe quinquagesimum trimestrem, uerit Gal. eiecit, quo tempore solent mulieres difficiliter abortiri; ac rarius medicina uit. Vnde cum statim ab initio grauissimum symptomatum fuerit tentata; par est existimare ingentem fuisse causam; ob quam statim ex abortu adeo perniciosè aegrotauit. Etenim cum esset ferui conuix, atque ferui eo tempore essent pura mancipia; neque uisitarent nisi cibis mali succis factum est, ut paulatim, & praesertim conceptus tempore cumulatam sit ingens crudorum; & prauorum humorum colluuiis, qui accepta abortus grauis, & intempeltiui occasione foedam putredinem, & ex putredine febrem pestiferam concitarunt; neque ab simile est hunc fuisse seruum Hippocr. postquam tanta sedulitate uidetur usus; nisi tamen dicere placeat (*Οικητα*) esse nomen proprium uiri forsan admodum notum, ut plerique interpretes uidentur arbitrati, atque huius uxorem abortiuisset; quam de hac re saepe dubitauit, quod non facile reperiat simile aliud nomen uiri. Vtrum habuerit haec mulier debita purgamenta, haudquaquam dicit Hippocr. imò uerò (quod forsitan mirum uideri alicui posset) nunquam in alijs similibus historiis eorum mentionem ullam facit, quoniam, sicuti putredine, existimauit accuratus senex neminem futurum ex abortu consequentibus coniecturam certam facere possit de purgamentis; in quibus uisitaerit uis, & mortis, & salutis huiusmodi mulierum posita est; Et certè nisi purgamenta debita penitus defuissent haud dubiè tot grauibus symptomatibus; at-

tam magno morbo non fuisset tentata. Enumerat Galenus complures externas causas, a quibus fieri possunt abortus; sed non potuit tam diligens esse quin aliquas omiserit; ut de odore extinctae lucernae testatur Aristot. octauo de hist. animal. cap. 3. Totum fuit quae hunc hominem etiam intra uterum latentem, perdere possunt, ut iure possimus lamentari, quod bruta multò difficiliter, & rarius abortantur, quam homines, ut copiosè disserit Aristot. quarto de gen. anim. cap. sexto. ubi propter menstruum copiam frequentius bruta abortiri quam mulieres luculenter monstrat: nisi natura eadem mulieribus rationis vim dedisset, qua possunt sese ab omnibus iniurijs tueri: Quod autem mulier praesens, a nulla externa causa fecerit abortum, iure suspicatur Gal. cum Hippocr. non dixerit: quod etiam corporis praua, & morbosa intrinseca facta dispositio totum malum effecerit, etiam facile concedo: Ceterum quod non abortus febrim, sed febris abortui, & in hac, & in praecedenti muliere occasionem praestiterint, ut uidetur Gal. existimasse hoc est; in quo ualde haereo: si quidem si uerba ipsius Hippocr. perpendamus (*εξ αφορ. 3. οδορὸς τῆς ἐκτίντης*), id est ex abortu febris coepit) uidetur manifestè ignurè facta fuisse febrem ab ipso abortu, uel propter abortum, & non econtra. Fateor febrem acutam, ut ait Hippocrates quinto aphor. 30. praegnati esse laethalem uel ipsi uel foetui, uel utrique, non nego tamen quin copia prauorum humorum in corpore praegnantis collecta possit foetum interimere; atque hinc occasione capta febrem deinde prauam accendere; nam si antea febricitasset, quam abortiretur, cur non significasset Hippocr. quema modum alijs fecit, ut libro primo Epidem. scilicet tertia, in historia Epicratei uxoris, quae cum capta fuisset morbo ante partum, illud esse significandum putauit: sed utcumque fuerit facta haec mulier abortam quinto mense febre magna

lib. 3, 25

gna statim correptam fuisse, atque prima die graua habuisse symptomata. Quae autem fuerit idea febris, può si non verù hemitritaeum, saltem fuisse ex eam genere, quae ipsam aemulatur: in hac enim apparent euidencia signa, tum pituitae seu crudi humoris, tum bilioi putrescentium; idque vt perspetandum habeatur, singula symptomata sunt examinanda. Itaque in prima die comatosa, & in omnis fuit, cum dolore lumborum, & capitis grauitate, qd si actionum propriarum laesio indicat locum affectum, atque vigilia, & somnus sunt secundum medicos cerebri actiones propriae, sine dubio cerebri ipsum fuisse laesum indicantur. quoniam verò laeditur, aut per essentiam, aut per consensum diabiprocil necesse est fateamur laesum esse tum essentialiter, seu per idiopathiam, tum per sympathiam, nam quae euenerunt tertia, quarta, atque aliis diebus patientis essentialiter cerebri indicata fuerunt non tam ob magnitudinem, quam ob continuitatē; membra etiam inferiora communicasse malum ipsi capiti, atque eius statum magis perturbasse non est dubitandum, cum certum sit id, quod dicebat Hippocrates quarto de morb. cerebrum tanquam cucurbitam ab infernis partibus ad se se malum trahere; Coma ergo fiebat cum putredo pituitae, & crudi succi superabat; tunc enim fusus humor per cerebrum obscurabat, sicque trāscursum spirituum, & facultatis impediens somnum effiebat, donec consumpto illo & dominante biliofo humoris putredine vigiliae inducebantur, aded vt ferè exoriretur affectus ille, quem vocant medici coma vigil, & de quo loquentur habemus Hippocr. initio libri prorhet. Haud secus etiam fiebat capitis grauitas; materia pituitosa cerebri membranas, veluti onerante, & quod hac in re maxime mirum fuit, illud est, quod ab initio facta est comatosa, statim scilicet atque febrile inceptit, quod quidem signum fuit manifestum, vniuersum corpus, & praesertim caput iam ante abortum ad febrem fuisse paratissima. Lumborum autem dolor duas causas, aut saltem vnam ex his habere potuit, vel quod magnus feruor, ac tu multus fieret in vena magna, quae totum dorsum perrepat; vel quod aliquis etiam focus putredinis in vtero ex abortu latetaret; vnde communicata in temperies mala ipsis lumbis faciebat tristēm illam sensationem quae dolor est. Sic enim solebat dicere Hippocr. secundo & sexto Epidem. rigores mulieribus inchoare à lumbis. SECVNDA autem DIE, quae contingerunt noua, pauca fuerunt, atque singula ad excrementa mutata pertinentia; nam alius turbata est, atque primum excreuit pauca, tenuia, meracea. Quod pertinet ad alui turbationem satis proprie videtur Hippocrates locutus; siquidē nulla ferè maior videtur turbatio & molestia in vtre, quam dum citatur, nec tamen quicquam effatū dignū exornit: solet dum copiosa materia exit, nō nihil saltem leuaminis percipi, praesertim quando exeunt praua excrementa, quemadmodū vbi pauca exeunt, non modo perdurat molestia, atque turbatio, verum etiam augetur. Itaque huic mulieri quia pauca exibat tenuia, ac praua nimirum meracea, id est biliosa, capropter ipsius alius turbata

A dicta est ab Hippocrate. Multus est Gal. in eo vt de ceat vocem ἀκραιος, id est sincerum significare veterib. bilem flauam aut ruffam, & quando bilis vel nigra, vel aeruginea significatur, tunc apponi colorē; idque ita fieri, quoniam frequenter illae tam sanis, quam aegris, rarius istae atque in morbois tantum educuntur; quicquid autem sit, parum refert; ego enim obseruauit etiam ab Hippocrate dici ἀκραιος quae cūque excrementa nil feri admixtum habent: vnde fieri potest vt propositae mulieri modo tenuia, id est serosa, modo omni ferè priuata excrementa exirent. TERTIA DIE quae est impar, multo deteriora prodierunt, atque etiam plura, scilicet variorum colorum; & forsan foetentia grauius, ita namque sunt peiora prioribus: igitur iure factum est vt ea nocte nihil dormiret, tum propter frequentes exsurrectiones, tum maxime ob materiae exeuntis prauitatem, atque foetorem. ATQVE QVARTA vsque adeo cuncta sunt exacerbata, vt facile fecerit vnicuique formidare, ne septima die periret; si verum est Hippocr. oraculum ex huiusmodi comparatum obseruationibus; nempe quartam semper esse septimae indicatoriam; atque vt est illa bona, vel mala; ita haec aut meliorem, aut deteriorem esse; Fuit quarta vt patebit deterrima, sicque septima debet superare prauitate, dubio procul nil aliud quam mors expectari poterat; quod verò deterrima fuerint, quae die quarta apparuerunt videatur pedetentim. DELIRAVIT. Inter signa lethalia ab Hippocrate commemorata positum est delirium, sicuti inter salutaria est mente constare non semel animaduerti: Fuit autem delirium cum timore, & molestia; dicit verò Hippocr. sexto aphorismi, qd delipientias, quae sunt cum risu esse tutiores; quae vero cum maestitia periculosiores; fiebant autē haec actiones deprauatae, quod succi & vapores melancholici in cerebrum impetuose ferebantur: nam scribit circa finem lib. de facro morb. fieri delirium, vel phrenitidem, id est terrores, & timores vbi cerebrum immutatur à bile in ipsum per venas sanguinariis cum impetu irruent; & quamquam Gal. Auicem. & alij dixerint timere melancholicos eam ob causam, propter quam in tenebris timent pueri, contra quos acriter vt solet disputauit Auerr. tertio coll. penultimo capite, nihilominus si rectè Galenus intelligatur, non videtur à veritate longè aberrasse, siquidem vbi spiritus ab hoc humore obscurantur, haud possunt animae famulari, vt deceret; vnde mala imaginatur, atque ex imaginatione fit perturbatio, quae est timor, sicuti pueri in tenebris propterea timent, quia luce priuati mala sibi imaginantur. Vtrum autem hoc genus delirii quo laborauit proposita mulier fuerit phrenitis, vt existimauit Galen. dubium est. Et certe non videtur fuisse, quia non habuit symptomata illa horrenda, quae in phrenitide fieri solent; puta igitur inchoatam quidem esse, sed non consummatam phrenitidem, timores enim, & morores solent antecedere semper veram phrenitidem. OCVLVS DEXTERAE erat distortus. Bistorsio oculi dicitur, quando propria figuram amittit, nec non in hanc, aut in illam partem trahitur, vnde dicitur conuulsio quae dicitur & cum

& cum oculus sit quasi germē cerebri, laboratib. oculis, necesse quoq; est, vt cerebri coaeficiat, quare in oculi distortionē omnino existimandū est nerui illi, per quos facultas motrix ad oculos transferatur, sint violati, vel a nimia siccitate, vel a nimia humiditate, cuiusmodi existimo ego factū esse huic mulieri. Esse autē hoc signum exitialisissimū testatissimū fecit nobis Hipp. quarto aph. 49. vbi scribit in febre nō intermittēte, si labrum, aut supercilium, aut nasus, aut oculus perueratur in propinquo esse mortē, idque vò deterius erat, qd dexter pateretur, nā Hipp. secundo Epid. sect. 6. scribit circa naturā oculum dexteris, & mammā dexteram habere magnā vim, & Arist. 3 1. prob. 25. scribit oculum sinistrū esse humidiorē dextero, propterea q; expeditius contrahi. Vnde si oculus dexter, qui est scior conuelleret & contrahatur, signum est grauiorē esse morbum. SVD AVIT sudore frigidus, & paucis circa faciē, habuitq; extrema frigida; quae omnia signa exitialisissima esse & Hipp. in progn. & aph. docuit, & quotidiana experientia, atque etiā rei natura apertè docent: ob duas .n. causas damnatur sudor frigidus & paucus circa frontem, tum quia caput est nobilissima pars, & ubi sudor, ibi morbus ait Hipp. tum quia indicatur quidē vrgeri naturam ad expulsiōem, sed prae imbecillitate nō posse, ita ut quarta die vsque adeo graui, & laethalib. notis insigni non difficile fuerit cuiquam praecognoscere, & praedicere aegrā fuisse perituram in septima sicut contigit. Quomodo autem facta sit frigiditas sudoris capite tantum, atque extremorum non est difficile inuenire causam, si statuatur, vt facit Gal. secundo de diff. resp. 1 1. hanc & antecedentem mulierem laborasse vtri inflammatione ex abortu; etenim viscera vbi inflammantur, praeterquam quod febres malignas faciunt, vt aliās saepe diximus ex Hipp. id quoque habent, vt ad se se calore natium trahentia extrema illo priuata relinquunt, sicq; frigida ipsa fiunt. Fuisse eiusmodi in proposita muliere frigiditatem, atque eò maxime circa caput ob cōmunionem eum vtero, haud dubie credendum, cum si ob caloris extinctionem fuisset, haudquaquā tribus dieb. superuixisset. QVINTA DIE cuncta sunt exacerbata, habet hoc morbi exitiales, qd non modo dieb. decretoriis, verū etiam singula quaq; die fiant exacerbationes; id quod videre possumus in hac muliere, quae quinta die omnia acriora habuit, & iure dixi inchoatā habuisse phrenitidē, quandoquidem dicit Hipp. πρηνιτις, i. multa deliramenta loquebatur, quia in cerebro succi prauit putrescentes circa eius membranas inflammabant eas; etenim insaniae consummatae indicium esse deliramenta loqui saepius etiam apud Plautum legitur. Hoc namque significatur per verbum πρηνιτις, quod nō modo male ratiocinaretur, verum etiam verba inepta, & inhonestā efflueret, neque valet quod dicit rursūm celeriter mente constitisse, quoniam momentaneum erat, prout f. vapores, qui malum faciebant, & augebāt parumper delisteabant, quo tempore etiam sitim percipiebat, quod potest esse indicium hanc mulierem non laborasse phrenitide perfecta, quia quomodo potuisset sitim habere? quae est perceptio indigentiae humidi, & fri-

gidi; nam in primo prorhet. dicitur phreniticos esse se paucib. non quia non habeant perennem in sese bibendi causam; sed quia aq. percipiunt defectum, & indigentiam ob errorem mentis, quam operationibus legitimis sensum adesse semper est necessarium; alioquin nec videmus, quae sunt ante oculos, nec contractata animaduertimus; siquidem dicebāt Archilochus, & Euripides πρηνιτις οπα, vnde dicitur, i. mens uidet, mens audit. Eadem etiam ratione nunquam dormiebat, cum a bilis putrescentis feruore, & acrimonia iugiter membranā cerebri percussae haud permitterent quiescere. Verū dubitari posset, quomodo alius fundens multa haud quicquā contulerit ad diminuendum capitis affectum, atque delirium; nisi dicamus motum illum, vt ait Hipp. fuisse importunum, tum quia fiebat quinta die, tum maxime quoniam erat morbus adhuc crudissimus, vt ostendebant vrinae paucae, renes subnigrae, nec extrema frigida, atque subliuida; dicebat autē Hipp. secundo progn. deterius esse partes aliquas corporis liuescere, quam ex toto nigras esse. Atque haec omnia die quinta apparuerunt, quae cum essent in summo prauitatis gradu minime augmentum sumere poterant: vnde ait Hippocr. SEXTA die eadē fuisse, atque SEPTIMA esse extinctam. Verū dicit aliquis, si haec mulier quinto mense aborta est, atq; tunc periculosius aegrotant, cur nō citius Praecedente perijt? Cui responderi potest minime periculū maius quinto mense impendere alioquin Hipp. nō concessit tūc purgari, vel dicere licet hanc fuisse curatam iuxta regulas ab Hipp. scriptas quarto aph. primo, illā autem non; vnde potuit prorogari sibi vita plusquā alteri, quamquā potest etiā alia fuisse causa, nempe qd minus praeparata ad morbum validioribusque viribus haec esset. Mortis genus quod fuerit haudquaquam insinuat Hippocr. nisi existimemus vbi scribit in sine (phrenitica) seu phrenitida, voluisse intelligere ipsam perijtisse phrenitide, quam sapientiae morbum, vocat Plin. libro septimo, capite 50. & 51. & in qua phrenitici saepe in medio furoris mortui concidunt, s. calore statim extincto, vel ob immentum feruorem, vel ob consumptionem inopia humidi alimentalis contingentem: neque uerò mihi videtur necessarium Gal. assentiri, qui dicit vocem illam phrenitida, seu phrenitis esse adiectiui, sicut est vox κρισος, vnde in historia antecedente. Dubitant nonnulli interpretes quomodo Hipp. potuerit dicere in fine antecedentis historiae κρισος, vnde hic verò phrenitis, seu phrenitida, cū vterque affectus fuerit, & febris ardens, & phrenitis, imo Galen. vt antea dicebāt secundo de diff. resp. 1 1. putauit vtramque laborasse vtri inflammatione. Sed falluntur quia mulier antedecens delirauit quarta die tantum, nec verisimile est potuisse fieri phreniticam, quod ab initio habuerit alium turbatam, atque multis, crudis, ac tenuibus humoribus fluentem; vnde verisimile est, magnam atque assiduam esse factam a capite diuersiōem, propterea haud potuisse fieri phrenitidem. Contra in hac praesenti aegra facta est phrenitis, quae non potuit competere ab alui fluxu; est perpetua, qd maius esset in capite, citiusq; phrenitis inchoasset.

Vbi febris, & inflammatio aliqua vel cerebri vt phrenitis; vel lateris, vt pleuritis; vel iccioris, vt hepatitis simul coniunguntur, veteres haud febrē solebant curare, atque nominare; sed ipsam inflammationē tantum; quemadmodum Galenus plerisque in locis testatus est, & forsā ratio fuit cur Hippocr. initio tantum huius historiae, & semel tantum febris fecerit mentionem. Quae debuere adhiberi curatio breuiter dicendum; in qua uidetur in primis duo tempora fuisse spectanda, alterum ante quartam, quando scilicet febre tantum laborabat acuta. alterum post quartam quando iam facta erat phrenitica; In utroque necessaria fuit rectae uitae institutio, nimium uini abstinentia cibi parcitas, eiusque facilis coctiois mediocri alimentū refrigeratoriū atq; humectatoriū. Quoniam uero constitutum est purgamentū sibi haud fluxisse, ante cetera sanguinis misso fuit praemittenda, in magna plenitudine primū ab interna dexteri cubiti, deinde a poplite, vel talo; sine plenitudine autem immediatē à uena tali, nec in admodum exigua quantitate; quod quinque mensēs ob foetum cessassent menstruae purgationes foetu minores, & imbecilliores existentes, quam ut potuerit tor superuacanea recrementa consumere. Itaque aut statim prima die remittente se febre, atque prius immisso clystere ex uena incisa sanguinē mittendū ipse curasse, aut saltem secūda die, quan-

do alius sponte pauca effudit. Si non licuisset uenā incidere, loco eius scarificationes crurum accommodatae fuissent; quemadmodū quoque frictiones leues, & assiduae, ligaturae magnū praestitissent iuuumentum ad auertendos uapores a capite, unde grauitas, propensio ad somnū, atque uigiliae interdū nasciebantur. Negotio Chirurgico expedito intus erant exhibenda moderatē aperientia, & menstrua prouocantia. Dico enim moderatē, quoniam quāe multum aperiunt, mensesque prouocant cum impense calida, atque sicca sint haud dubiē febrem, phrenitidemque multo magis auxissent. Demū erat studium omnē dirigendum ad symptomata praesentia, atq; imminētia; utpote aduersus uigilias, quae ante quartam diem maxima ex parte aegram excuerunt, quaeque cum phrenitidem futuram esse praemonstrant, remediis refrigerantibus, atque humectantibus corrigi debebant, ut lauacris capitis; quemadmodum lemoni factum est, ex aquis lactucae, solatrii, endiuiae, capitibus papaueris similiter, & vnctionibus. Extremitates frigidae in tegumentis fōtibisque calefacientibus erant fouendae; est enim Hipp. praeceptum secundo de uictu acut. semper esse curandum, ut pedes quādo maximē calidi sint: de alio nulla alia sollicitudo fuit habēda; quādoquidem ut ait Hippocr. toto morbo deiectiones fuerunt multae, & merae.

### HISTORIA VIGESIMASEXTA.



V LIEREM quae decumbebat in mendacum foro, tunc enixam primum laboriosē masculum febris magna prehendit: statim incipiens siticulosa, anxiosa; cor subdolebat: lingua prae arida, alius turbata est tenuibus, paucis; non dormiuit: SECUNDA parum superriguit: febris acuta: parum circa caput sudauit frigido. TERTIA laboriosē; ab alio cruda, tenuia, multa prodibant: QVARTA superriguit: omnia exacerbata sunt: vigil. QVINTA laboriosē: SEXTA per eadem: ab alio autem secesserunt humida multa. SEPTIMA superriguit, febris acuta, sitis multa; iactatio: circa uesperam sudauit per totum frigido: refrigeratio extremorum: non amplius recalescebat; & rursus ad noctem superriguit, extrema non recalescebant; non dormiuit, parum delirauit; & rursus celeriter ad mentem rediit. OCTAUA circa meridiem recaluit, siticulosa, comatosa, anxiosa: uomuit biliosa, exigua subflaua: noctem moleste: non dormiuit: minxit multum confertim ignorans. NONA remiserunt omnia comatosa: ad uesperam parum superriguit, uomuit exigua biliosa. DECIMA rigor: febris exacerbata est, non dormiuit, quicquam; mane minxit multum sedimentum habens: extrema recaluerunt. VNDECIMA uomuit virulentam biliosa: superriguit non multo post: & rursus extrema frigida: ad uesperam sudor, rigor; uomuit multa, noctem laboriosē. DVO DECIMA uomuit multa, nigra, grae uolentia: singultus multus: sitis: laboriosē: DECIMATERTIA nigra, foetentia, multa uomuit: rigor: circa uero meridiem, sine uoce. DECIMA- QVARTA sanguis e naribus: mortua est, huic usque in finem alius humida: horrida, actas circa annum decimumseptimum.

MVLIE-



V LIEREM quae decumbebat in mendacum foro. Quod esset mendacium fori, cuius etiam mentio facta est retro in historia octaua, & in quo praefens mulier habitabat, si an Athenis an alibi haud uoluit Gal. indagare, neque ipse puto necesse esse diligenter exquirere; etenim etiam nunc in plerisque uotibus reperitur huiusmodi loci sic appellati a mendacijs, quibus homines nugaces, no uorū; amatores, & enarratores conueniant: unde plerumque huiusmodi siue fora, siue loca, & uici infames sunt, quāquā haud necesse est ut existimemus pessimae famae illos nonnes fuisse, qui ibi habitabant: illud certū, aut saltem probabile ibi consueuisse fieri ueluti certamina mendacū; quibus apud aliquos gentes praefertim Graecae contendeatur, quis magis mentiret, ut iure & M. Cicero, & alij nationibus. Graecis hanc ueluti mentiendi praerogatiuā detulerint; & quicquid Graecia mendax audet in historiis dicebat ille. Notatu autem dignum uidetur in hist. 8. ubi similiter fit mentio fori mendaciorū apposuisse Hippocr. in fine aetatem, atque eum aegrum iuuenē pariter fuisse, quasi ibi iuniores uersarentur. Sed ad rem Hipp. aetatem, scilicet 17. annorū proponit nobis in fine historiae non sicut putant Gal. & alij alij) ut cur in tot malis diutius uixerit, quam superiores, quae uix ad septimum peruenerunt, cū haec decimumquartum attigerit, causam ex robore facultatis indicaret; siquidē ubi in tam tenera aetate concipiunt, atque pariunt, potius imbecillae sunt, imbecillosque; foetus edunt, ut ob id euenierint Plato & Arist. uirgines haud ante decimum octauum annum nuptui dandas esse, Spartani uerō non ante uigesimalū, quo tempore corpora feminarū uigere incipiunt. Nec ualeat quod decimusseptimus annus parū distet à decimo octauo, quia etiam si pepererit haec adolefcentula decimo septimo anno, tamē uel decimo quarto uel decimo quinto anno forsā nupsisse existimandū est. Potius ergo id fecit Hipp. ut doceret hanc feminā uero in tempore uigesimali esse uisam, siue fuerit coniux siue pellex; proptereaque; & immaturitatem & difficilem partū habuisse, & inde reliqua ipsius mala originē duxisse. Haec mulier decumbebat in foro mendacū, & primogenitum marē difficiliter pepererat, Circa quae uerba cōsidero quatuor hanc iuueniculā haud fuisse coniugatā, sed ab aliquo circa aetatis annū 16. compressam, & grauidā redditam. Secundo hunc fuisse ipsius primū partum, in quo solent teneriores adolefcentulae maximē periclitari. Tertius est partum fuisse marē, & non feminā. Quartū quod tameris pepererit masculū, qui solet, suo robore facilius, & citius, quam femina, exire, ut scribit Arist. septimo de hist. ani. 4. nihilominus cū labore, & difficultate; idque potius imbecillitati parentis, quam partus tribuendū est. Adolefcentula itaque sic constituta cum difficile partum habuisset, neque ut credibile est puerperia secundū rationem fluxissent statim prima die partus, & febre, & alijs prauis symptomatibus capta est; enumerat. n. hoc in loco dies à partu, tū quia coincidit initium partus cum febris principio, tū quia a partu, & a praeparatione corporis est certis malis data occasio, ut pedetentim uidebitur, Et

quia Hipp. primo de morb. mul. ait, semper primiparas grauius aegrotare, id multo deterius est, ubi puerperia haudquaquā secundū naturae debitū fluunt, quemadmodū suspicor, ut nuper dixi, huic accidisse, alioquin quādo rectē fluunt puerperia, solet Hippocr. manifestare, ut primo Epid. in Philini uxore, & uxore Dromeadis. Quis autē ut debitus naturae puerperiorū modus Hipp. ibidē satis disertē docuit, ubi scribit puerperii purgamentā sanae mulieri sufficienter primū selquiheminae Atticae mensura uel paullo plus prodire, postea autē adhuc pauciora secundū rationē donec cessent: prodire uerō ueluti sanguinem à uictima, & cōgelari celeriter ac expurgari; Subdit, post partū femellae contingere, ut 40. dieb. diuturnissima puerperiorū purgatio fiat, extraque; periculū esse si etiam solis 25. dieb. fluant: post masculi uerō partū purgationem diuturniorē fieri 30. diebus, extraque periculū quoque; esse illam, quae fit 20. tantū diebus. Porro cum huic mulieri puerperia non fluxerint ut debebant, ea retenta, atque; humores ipsi cōmixti putrescentes primū febrem magnā pepererūt, deinde alia mala secuta sunt, quae etiā abortientes tentant; quod ut ait Hipp. purgamenta retenta eadē affectiones tā in parentibus, quam in abortientibus, inducant: nā uictima, siue puerperia cū sint menstrua, uel ut loquitur Seneca, tribura, quae natura singulis tradere tenetur mensibus, ea dum, ueris plenus est, paulatim in eā delabentia sine incommodo retinentur, donec foetus exeat, quo tempore nisi natura restituat, quae retinuit, male agitur cū corpore, sicut hōnum est ubi facit illam uictima dicitur ab Hipp. lib. de nat. pu. uocatum: uult, autē Hipp. haec retributio sit sanguis ueluti uictimae mactatae eo modo, & mensura quibus retro dixi. Retētis igitur huic naturae tributis in hac misella primū febris facta est, quae sanē fuit continua, & putrida, utpote quae ex humoribus pituitosis, & biliosis in utero forsā inflammato putrescentibus, atque; etiā in stomacho, ut symptomata subsicura demonstrant, fieret. Fuit etiā febris magna, cū dicat Gal. febris magnitudinē, magnitudinē symptomatū mensurari. Fuit celeris motus, quia 14. diebus terminata est. Fuit tandē mali moris ut significarūt praua, & maligna symptomata, quae prima die fuerunt pertingentia ad laesas actiones, uigiliae, anxietas, uapores, sitis, linguae licetitas: At excremēta mutata fuerūt, alius turbata, tenuia, & pauca fundens. Etenim ex purgatione retentis, atque; circa stomachū accumulatis oris uentriculū morsum, indeque; anxietatē, atque; inquietudinē oriri, saepenumero indicatū est a me, sicuti quōda febre, & licetitas, & cōsequenter sitis facta sit haudquaquam dubitare oportet: Norandum tamē quod Hipp. non contentus dixisse hanc sitire, uoluit etiam addere linguae siccitatē, quod quidem fecit, ut summā siccitatem indicaret; praeterquā quod non est necesse, ut semper cū siti fiat linguae siccitas, & praefertim prima die; cū. n. lingua sit spongiosa, & hinc de giada aliqua humiditate semper imbutas habeat, non uidetur adeo cito posse exsiccari: unde & sitim, & linguae siccitatē commemorauit; sicuti etiā, & cardialgiā & anxietatem; est enim differentia inter hos duos affectus, quod tameris uterque; fiat circa os

L 2 ventri-



ventriculi, tamēn cardialgia hoc plus habet, quod fit cum dolore; vnde appellatur cordis, i. oris uentri-  
 culi dolor. Quod alius dederet cum turbatione; & molestia humores tenues, & paucos forsan factū est, quia quae in puerperio debebant exire naturaliter ad intestina sunt conuersa; nā Hipp. in lib. de morb. mulieb. & lib. de morb. virg. et si dicat virginib. maxime vērū mēstrua ad os, atq; intestina, haud tamē negat, quin etiā alius mulierib. id contingere queat; Cū itaque tot malis afficeretur, quomodo poterat dormire? quod tamen erat aliqua ratione mirum; tum quia erat mulier, tum quia ex labore, qui solet esse in partu; defessa erat; tum etiam quia statim prima die non videbatur fieri posse infomnis. Haec autem signa licet haud essent ita exititalia, attamen quia prima die apparuerunt in primipara tenellae aetatis, proculdubio exitum minabant. At, vt recte monuit Galenus; multo deteriora fuerunt, quae secunda die observata sunt. SECVNDA DIE rigor exiguus, acuta febris; & sudor prauus circa caput, frigidus. Etenim quod riguerit, fuit quali symptoma cōmune cū statum, quae vel pepererūt, vel sunt abortivae, vt Hipp. primo de morb. mul. s. ab vtro male affecto; atq; a puerperii suppressis rigore eueniētē, & tamen rigor in febre cōtinua prodelle solet; id tamē efficit, quando magnus est, tūc. n. fa cultatis expultricis robur indicat, id quod nō fuit in hac aegra; & (sicut alius notauit) familiarissimum fuit tempore Hippocr. maxime post rigorem, vt acuta febris sequeat. Porro sudor quatuor habuit prauas cōditiones; vnam; q̄ fuit circa caput, indicū certum ibi morbū esse; cum Hipp. quarto aph. 39. scribat, vbi sudor ibi morbū esse. Alteram q̄ fuit paucus, nā quaelibet paucae euacuationes semper damnantur ab Hipp. Tertiā q̄ fuit die secūda. Hipp. n. quarto aph. 36. sudores esse bonos ait, si inceperint die tertio; s. 7. & quae sequuntur; alios vero laborē significare, longitudinē morbi, atq; recidiuam; Quartam, q̄ fuit frigidus, s. materia cerebri in infesta refrigida existente, nec a febrili calore magno incalēscēte. Hipp. primo prog. 25. postquam docuisset, qui optimi, & boni sint sudores; subdit; pessimi autem sunt frigidi, & qui tantum circa caput circa faciem, & circa ceruicem, adeo vt ex hoc vno sudoris signo potuerint medici sagaces facillē hanc mulierem moriturā praedicere. TERTIA DIE. Quae autem tertia die euenerunt, haudquaquam fuerunt meliora, quamquam alii excrementa sola fuerint; quae & ipsa habuerunt malas conditiones, quando fuerunt cum labore, multa, cruda, atque tenuia; labor erat inter excundum dolor & lassitudo, cuiusmodi euenire solet, vbi natura importunē sollicitatur a praua materia, Copia prauorum humorum ingentem acerrimū significabat; sicut cruditas, atque tenuitas erāt indicia materiae stimulantis ob prauitatem naturam ad excernendum, nec cōtionem expectādam. QVARTA DIE. Iterum sicut secunda riguit, omnia alia sunt exacerbata, nec dormiuit. Non ociose, quemadmodum fortasse aliquis suspicari potuisset, addit ceteris ipsam non dormiuisse: quoniam in superiori die cū somni mentionē non fecerit, poterat aliquis suspicari; Hippocratem dicentem cūcta esse

A exacerbata, somnum non esse complexum. Notat Gal. tantū fuisse malitiam eorum quae secūda, quarta, & septima contigerunt, vt iure debuissent perire; vnde decima die nisi robur naturae eā sustinuisset vsq; ad decimā quartam, & certē cum praedicta mala per seuerauerint quinta, atq; etiam sexta die, sit pēdē erant ad perdendā eam. Verū grauiora in SEPTIMA accesserūt quae partum die, partim vespere, partim nocte visa sunt. Die n. adhuc SVPERRIGUIT, febris acuta secuta est, multa fitis, ingens inquietudo; Sub vespere, siue circa occasum sudauit totū corpus frigidum sudore, extrema quoque frigerūt, nec recalescebāt. Arist. 25. probl. quaerens cur Vespera sit minus frigida, quam Aurora, inquit esse causā, quoniam illa est proximum meridiei; quae est calidissima omnium diei partium; haec vero dimidio noctis, quod est frigidissimum; vnde tempus vespere; & noctis ad faciendum frigus vna cū aliis confert; Noctē rursum superirruit, neque recalescebat, non dormiuit, aliquantulum delirauit, & rursum celeriter resipuit, & certē in hac muliere magna vsus est Hippocr. diligentia, nec facile aliquam aliam inuenietis historiam ab ipso tanta sedulitate, atque studio tractatam; id quod ab ipso factum esse suspicatus sum; tum ob casus raritatem; tum quia forsan ob aliquā honestam tamen rationem, sibi erat curae; nisi dicere potius placeat; ab astante medico tantam esse diligentiam adhibitam, ac deinde Hippocr. ab ipso cuncta fuisse narrata, & forsan scriptis tradita. Vsq; uadeo frequenter riguit haec iuuenula; vt Hippocr. dicat hanc febrē fuisse horrificam; & Galenus secundo de diff. feb. c. 8. tertio in tertium Epidem. & primo in primū Epid. 23. declarat, quae sint febres horrificae apud Hippocr. dicit duplicem esse aliam, in qua horror, & rigor reduplicatur, vel in qua tota accēto consumitur penē in rigore; alia in qua aegrotantes non rigent in toto corpore, sed prima accessione declinante statim nouus rigor superuenit; huiusmodi febres dicit Galenus esse veros illos haemiriteos; quorum fit crebra mentio apud scriptores Graecos, & Latinos. Rigor autem in hac muliere ita frequenter dubio procul fiebat ex perseverantia suppressionis puerperiorum; & Hipp. primo de morb. mul. iis quibus supprimuntur puerperia; rigores aliaque plura mala fieri dicit, quod restagnat sanguis ille retentus in corpore, illudq; sua praua vi feriat; quemadmodū et ingens illa litis febrē acutam sequebatur, & suppressionem, ac febrē illaminquietudo, quae eō maior fieri solet atq; diuturnior, quō maior est, ac deterior humorū morborū copia, a qua potius putō factā fuisse hanc inquietudinē, quam a viriū debilitate; et si etiam ab hac fieri inquietudinē scribat Gal. primo de mot. mufe. Circa occasum, q̄ sudor frigidus factus sit in corpore vniuerso pessimū signum fuit, s. calorem paulatim extingui ab immenso, & pestifero febrili calore; vnde Hipp. quarto aph. 37. dicere solebat, sudores frigidos, si cum acuta febre morietur, si cum mitiore morbi longitudinē significare; Verū in praesenti muliere sudor frigidus tāto erat deterior, quāto post ipsam adhuc extrema remanebant frigida; neq; recalescebāt; q̄ erat indicū caloris nativi, ad-

modum

modum languentis, nec resurgere potēdis. Sed cum id esset, qui ergo fieri potuit vt nocte eadem iterū a rigore lit tentata nec recalescere potuerit? Dicendum est naturam adhuc aliquantisper robustā omnino conatu esse vsam ad depellendam a uenis tetram illam, & venificam materiam; at calore languentem non valuisse aduersus ipsam certare, sed quali victum dimisisse dominum, proptereaque non recaluisse, & consequenter haud dormiuisse, atq; parumper delirasse; quod delirium propterea cito cessauit, quoniam exigui erant vapores illi acres, & feruidi, qui cerebrum petentes delirium efficiebant, & verō solent minus delirare, quorum frigida sunt extrema; quoniam tunc cum nativus calor haud pugnet cum morbifica materia pauciores fiunt euaporationes in cerebrum, atque inde minores illius perturbaciones: Vt cumque autem fit, illud verissimum comprobatur tam ex hac, quam ex aliis historiis, quod imparibus diebus, & doloris, & alia symptomata exasperentur; idque demonstrabat Hipp. quarto de morb. tū quia tertia quaeque die natura mouet humores ad uentrem; tum quia si diebus imparibus praebantur purgantia medicamenta fiunt super purgationes; quae interdum interimunt; imovis imparium aliquando etiam extēditur ad pares, vt contingit huic quae octaua die tandem circa meridiem recaluit, vt pote non modo a calore illius temporis aduita, quod dicit Arist. 25. probl. 15. esse calidissimū, verum etiam proprio conatu natura veluti emergente, aut potius febrili calore post rigorem nocturnum acuto, & eō magis quia erat meridies, quo tempore aestati correspondente vt dicebāt veteres, mouetur bilis: Hoc. n. potius fuisse, quam aliud docuerunt, quae sunt secuta, s. litis, inclinatio ad somnum (sua sc. cerebri a vaporib. calidis pituita) anxietas, nausea, vomitus exiguus, & flauus. Id quod pariter indicū esse potest hanc febrē vt nuper dicebam fuisse. (vt ait Hipp. in fine hist.) *epid. di. i. qualis solet esse hemiriteus, quem Gal. facit Romae familiarē primo Epid. com. secundo, tex. 25. & lib. de temp. morb. octauo, & de quo similiter videtur locutus Aesclepiades, vbi apud Cael. Aurel. secundo acut. 10. narrat febres lethargicas cum oppressionē mentis, & corporis frequenter Romae contingere consueuisse.* Cuncta autem illa solent accedere iniitiis accessionum, atq; post ipsam rigorem, s. natura sese a rigore expediente; materiamq; ipsius effectricem in stomachum eructante. Protractam esse facuam huiusmodi accessionem per totam noctem ostendit dysphoria illa, necnon vigiliae. Sed hoc in loco dignum est cōsideratione, cur haec tenus Hipp. ferē praeter suam consuetudinē de vrinis meminerit nihil, nisi dicatur haudquaquam prius obseruata dignū habuisse, quoniam & sudor, & deiectiones alii iuges vrinam paucam, & non admodū mutatam praestabant; idque solet in febrili pestiferis contingere; vt interdū vrinam sint veluti saniorū corporum: Verum quia hac nocte dici octauae aliqua memoria, & cōsideratione digna cōtigerunt, minime putauit illud esse praetermittendum. Fuerūt autem tria, quod multā vrinā reddidit, quod assatum, & quod ignoranter; Multa fuit ob copiam materiae

A ferosae quae aliās per aluū & sudorem cōsumuerat excerni: exuit assatum ob ingentē facultatis expulsiuae, quā sentiebat molestiam. Fuit ab ipsa infertenter emissā forsan ob mentis errorē; nām Gal. primo progr. reth. sect. secunda, tex. 46. ait excrēmēta absq; voluntate exeuntia prodire vel ob mentis laesiones, vel ob sensus partium, per quas transeunt, carentiā, proptereaq; semper in morbis acutis lethiferū huiusmodi symptoma cōmperitū est; dicit. n. in acutis morbis, quoniam interdū vsu uenit, vt absq; simili morbo aliquibus contingat, sine vlla alia perniciē; sicuti videmus in pueris saepenumero accidere, vt docet Paulus Aegineta lib. 2. tit. 10. c. 45. Vnde apud Arist. tertia prob. 33. dum quaerit cur *o. v. 601* frequētius, quam seniores ebrii bibi ipse imingat, vox illa *o. v. 601* haud interpretanda est (iuuenes) quemadmodū fecit Gaza, sed (puer) idque ipsemet Arist. monstrat, dum causam afferens quaerit duas proponit, alteram q̄ sint humidi, & calidi multū, alteram q̄ sint ad somnū propensiores; adeo vt somno cōpositos vrināe exitus lateat, quae sanē condiciones pueris non iuuenib. accommodantur. NONA DIE, omnia fuerunt remissa, sed non fuit vera malorum remissio, at potius fraudulenta quaedā occultatio facta, q̄ natura haud posset contendere, nisi paulisper quiete recreata aliquantulum virum refumeret; Hoc verō ita fuisse ex eo facillē intelligitur, q̄ eadem die, circa Solis occasum rigore modico capta in soporē lapsa est; nempe contracto toto illo qui supererat calore ad interiora; vnde etiā factum, vt humores moti atque rigoris auctores biliosi, & amarissimi, cum latū vomitum excitauerint; dico enim amari, quia mihi magis placet haec lectio, quā habet Gal. contextus; *et tunc* quā *ut* vt alij. DECIMA DIE iterum factus est rigor, & certē vt optimē aduertit Gal. frequēbat ille rigor in virtute profusa, ta solus penē sufficiebat ad extinguendā propositā mulierem, dicente Hipp. quarto aph. 46. si rigor incidat febre non deficiente, aegro imbecillo esse lethale. Verum post rigorem, febri adhuc est haud ita vnde recaluit, neque tamen dormiuit; Mane vero multā vrinam absque vlla subiecta reddidit, & verisimile est, aut ob immensum potum, quo ob sitim vtebatur eō potamur vrinam, aut etiam fuisse, qualis solet esse in febrili magnis; & pestiferis, quādo ex colliuatione plurimū sentitur di, & nō aliquid colorati mingitur; hoc enim voluit significare Hipp. dum dixit fuisse multā vrinam, & absq; sedimento: etenim lib. quarto de morb. scribit, vbi agitur curatur morbi, quos humores euacuari, quibus febris contrarij; retineri autem illis, qui quoniam sunt ob pinguedinē, & visciditatem plus febris alimētū, eam augent; quod quidē huiusmodi cōtigit, quae post copiosas vrināe euacuationē deteriorius habuit; et si vnde decima symptomata expēdamus, vix credi pot. eam die potuisse euadere hanc adulescentulā, & hoc in loco cogere & ipse cum Gal. dicere eam praeter aetatis rationē necessario extitisse robustiorem; nisi fuisset potius auxilijs adiuta, vt ualuerit aduersus tantam morbi facultatē quatuordecim diebus perdurare; neq; dubitari debet, quin possit industria, & remedijs aliquandū mori

L 3 retar-

retardari: siquidem Democritus instante uxore & filius propter festa thesmophoria panis recentis odore, vt ait Laertius, vel mellis euaporatione, vt scribit Athenaeus mortem totum triduum, vel plus protraxit. Videatur autem quid dicat Hippocrates de vndecima, & quanta cum diligentia res huius mulieris adnotauerit. **VNDECIMA** (ait) **VOMUIT** aeruginosa, biliosa, riguit paulò post vomitum, ac denuo refrigerata sunt extrema; vesper autem circa occasum denuo accessit rigor, sudor, vomuit multa, ac noctem habuit laboriosam. Caeterum priusquam vterius progrediamur duo hoc in loco expendenda occurrunt, vnum est, quomodo haec mulier nunquam delirauerit praeterquam septima die, in qua etiam statim ad mentem rediit: nam Hippocrates semper delirium tanquam praecipuum symptomum solet adnotasse vbi adest; & quod maiorem facit dubitationem, est, quia in hac die vndecima vomuit aeruginosa; dicebat autem Hippocr. in Coac. & primo prorr. 10. vbi fit vomitus aeruginosus cum vigiliis, sequi cito insaniam quòd eiusmodi vomitus, vt ibi exponit Galenus, ingentem ardorem intestinorum significet; idque videbitur in historia Philistae, cui secunda die ab aeruginoso vomitu insania subsecuta est. Aliud est quomodo Hippocrates dicat post rigorem, & extremorum refrigerationem iterum eadem die hanc mulierem riguisse; quomodo in quam potuerit fieri rigor, nisi prius post antecedentem recaluerit, vt in aliis dicit. Ad primum dicendum est rationabiliter debuisse hanc aegram delirare, verum accidisse sibi complura, quae potuerunt auertere delirium, qualis creber ille rigor, & concussus, alui fluor, vomitus frequentes bilis, & copiosi, quibus omnibus factum est, vt maxima ex parte, vapores calidi, & mordaces à capite sint abducti, et si aliqui eò peruenirent, vigilias quidem sed non delirium inducere potuerunt: vnde insensentia Hippocretis vera est, vomitum aeruginosum praedicere ex se fore insaniam, nisi quidpiam aliud sit, quod contra operetur. Ad secundum verò potest responderi sicut Hippocrate non commemorat recalescentiam, id fecisse quoniam exigua erat, atque exiguo tempore durabat, donec statim alius rigor superueniret, qui à facultate omni conatu expellere tentante efficiebatur. **DVODECIMA**: Duodecima dies non minus ceteris habuit admirationis, quandoquidem in ea contigerunt tria, quorum vnum quodque per se exitiosissimum est: vomitus, singultus, litis. Vomitus tres habuit deterrimas condiciones, fuit enim multus, niger, atque foetidus. Multus vomitus in eo, qui saepius vomuit, quique grauissimo morbo pluribus diebus confictatus, ac penè confectus sit, quis non videt, quam facile perdere queat? Et certè mirum, ac penè incredibile fuisse tot diebus tantum euomere; nisi constaret in corporibus pessime affectis, & graui febre laborantibus, quicquid cibi sumitur in pessimos humores conueri, adeò vt suspentant copiosis vomitionibus. De nigro autem, ac foetido vomitu scimus Hippocr. secundo progn. 39. 41. & 42. dicere eos esse semper malos, atque celerrimam mortem indicare: est namque nigredo combustionis ef-

**A**fectus, & foetor semper sequax ingentis putredinis, vt dicit Galenus quinto de simpl. medic. putredinem verò esse, & fieri in loco coctionis alimenti dicato, quis non intelligit rem pessimam esse? singultus qui est veluti conuulsio ventriculi in febribus, ma lignis fit, uel à siccitate, uel a succo tetro tunicis ventriculi affixo, quorum vtrumque exitiale est, maxime uerò si sit multus, vt in praesenti muliere; ac testari possum neminem me uidisse cum hoc symptomate seruatum. Idem dicendum est de siti, quae licet semper molesta sit, tamen erat molestissima. **B** significauit Hippoc. uoce *πρωτόνοος*, id est laboriosè tum ob febrem, & intestinorum ardorem, tum ob uomitus prauos, & deiectiones frequentes. **DECIMATER TIA**. Iam uerò decimatertia cum pergeret teterrimus ille uomitus, qui antea; necnon rigor, signum erat non minus insignis corruptelae, quam deficientium uirium; & propterea circa meridiem priuata est loquela, & uoce, facultate scilicet id munus praestare nequeunte. Sed si tanta erat uirium imbecillitas, quo pacto igitur sanguis è naribus decimaquarta fluxit? An potius factum est id uitio retentis imbecillitas, quam expultricis? & ideo subiunxit statim ipsam interissem; non quòd tanta fuerit sanguinis effusio, ut ipsam peremerit; sed quia natura iam ex toto consternata haud potuit sanguinis illum quantumuis minimum exitum sustinere. & credo horam mortis fuisse circa meridiem, quia octaua die tunc incaluit; quemadmodum decimatertia circa eandem horam facta est sine uoce: illud autè saepe inculcat Hipp. fieri mortes ea hora, qua sunt exacerbationes. Modum uerò illius mortis fuisse suspicor *τὴν παραπύριον*, seu marcorèm, extincto scilicet calore, & humido consumpto uifebris, & euacuationibus illis, per uomitum, aluum, & urinam. Et certè cum in fine historiae subiungat huic semper fuisse aluum humidam, credibile est fuisse fluxum illum copiosum, & colliquatum, aut saltem uero colliquatiuò ualde proximum. Vnde etiam oriebatur ille frequens horror, quo iugiter molesta batur, ut possimus hinc dicere ex earum febrium genere fuisse quas *πρωτόνοος* id est horrificas uocauit Hippocrates secundo Epid. sect. tertia, ne non primo Epid. sect. prima. tex. 23. & secundo de feb. octa uo, & quas tertio Epid. sect. tertia dicit factas effecum alui turbatione, atque horrore, & sudore; Et certè illud uerissimum est hanc mulierem multas, & uarias habuisse euacuationes, a quibus debebat saltem aliquando leuari morbus, si non prorsus tolli; uerum non euacuabantur, quae debebant, scilicet puerperia ea propter nihil conferre. De aetate autem, quod in fine ponit iam dixi quid fenserit Galenus nempè illud adiecisse Hippocrate ut doceret aetatis robori esse tribuendum, quod tandiu, in tam graui, & laethali morbo superuixerit. Ego uero repeto eiusmodi aetatem nimium teneram esse, ut potuerit cū robore concipere, atq; parere, ac propterea inde admirationem augeri, & indicari quod adolescentula potuerit a partu usque adeo magno morbo infestari, & ad decimaquartam diem produci, quae est iudicatoria morborum uere acutorum: nisi dicamus praecedentes duas mulieres fuisse aborti-

tas,

ras, hanc autem naturaliter peperisse; magnopere autem discrepare abortum a partu, quia cum hic sit naturalis actio, planè minus turbat, atque laedit, quam ille, qui est praeter naturalis, praeterquam quod (ut alias dixi) cum insigni sedulitate sit Hippocrates usus circa ipsam uerimile sit multa remedia adhibuisse, quae potuerint uitam paulo longius producere illis, quae non fuerunt ita curatae, Galenus secundo de diff. respir. huius casus memoriam faciens putauit ob dolores & frigiditatem praesentem mulierem fuisse breuispiram, unde nonnulli collegerunt in eius còtextu ab fuisse uocem *ἀσπύριον*, quod ubi est anxietas nequeat inueniri breuis spiratio, Atqui secus interdum obseruatur ut qui anguntur stomacho parum spirent, facultate scilicet consternata. Nunc ad curationem conuertor, quam diligentissimè factà, esse non dubito, postquam ut retro dicebam paucae inueniuntur historiae; in quibus adeo accuratè quicquid dignum obseruatu singulis diebus occurrebat, sit adnotatum. **V**ictus is debuit esse, qui cunctis acutis debetur, eo maxime quod statim prima die coepit esse acutus, & prauus. De sanguine mittendo certè poterat dubitari, quoniam ex una uidetur similis euacuatione necessaria fuisse, non modo, quia partum haud fecit, qualis conueniebat, uerum etiam quia puerperia haudquam fluxisse par est, quemadmodum conueniebat; sed ex alia parte non uidetur conuenisse, pri-

**A** mum, quia laborabat Cardialgia, & anxietudine, quo in casu periclitantes uires haud sustinent similem euacuationem; unde Galenus primo. ad Glauc. decimoquarto, praecipiebat prius corroborari os ventriculi, & simili symptomati prospici, quam ad sanguinis euacuationem deueniatur. secundo quia eadem prima die aluus turbata est; imò ut ait Hipp. in fine historiae toto aegritudinis tempore aluus sibi fuit humida. Quare in hac rerum angustia uertiore partem elegissem; nempè reiecta uenae omnis sectione ad cucurbitularum, usum etiam scarificatarum confugissem, cruribus scilicet adhibitarum, nimirum quae est euacuandae plenitudini uice phlebotomiae supplet, ut prohibent Gal. quarto de tu. val. quarto & Auic. quarta primo cap. de cucurbitulis, tum quia ad auertendum a stomacho & capite magnum auxilium praestant, sic etiam uesciantia aliaque diuerstium praesidiolorum genera conuenissent. Porro ad aperendum, & temperandum, putredinique resistendum erat omnis cura conferenda; simulque symptomati bus aliis occurrendum, semper habita ratione. materiae pestiferae. De purgantibus autem medicamentis nulla umquam fuit habenda sollicitudo, cum sponte sua aluus semper fluxerit, atque in postremis diebus a uomitu non exiguo, ac foetido malè sit tractata, etenim per partem affectam euacuare uniuersum corpus numquam licet.

## HISTORIA VIGESIMASEPTIMA.



**N**Thaso filium Parionis, qui decumbebat super Dianae phanum febris corripuit acuta: a principio autem continua, ardens; siticulosa: incipiens comatosus; & statim vigil: aluus turbata, initio urinae albae. **S**EXTA minxit oleosum: delirauit: **S**EPTIMA exacerbata sunt omnia; nihil dormiuit ut urinae similes, & mens turbulenta: ab aluo autem biliosa, pinguis seceserunt, deinde **O**CTAVA parum a naribus stillauit: uomuit uirulenta, pauca: modicum dormiuit **N**ONA per eadem. **D**ECIMA omnia remiserunt: **V**NDECIMA sudauit non per totum circumfrigit quidem, cito autem rursus recaluit **D**VODECIMA febris acuta, deiectiones biliosae, tenues, multae: urinis enaeorema delirauit: **D**ECIMASEPTIMA laboriose, neque enim somni, neque febris producebatur: sudauit per totum: uigil. deiectiones biliosae: cibum auersabatur: comatosus: **V**IGESIMAQVARTA rediit **T**RIGESIMAQVARTA sine febre: aluus non substitit, & rursus recaluit **Q**UADRAGESIMA sine febre: aluus substitit non tempore multo: cibum auersabatur, modicè denuo febricitauit, & per totum errati comodo: sine febre: partim quidem, partim non: si enim interdum intermitteret: iterum reuertebatur; cibariis multis, & prauis utebatur: somni mali: circa reciduias: delirauit; urinas crassifiem quidem habentes mingebat tunc: sed turbatas, & prauas, & secundum aluum compacta, & rursus dissoluta: febriculac continuac: deiectiones multae, tenues. at

CEN-

Feb. 2. hippi  
de morbo  
volgaribus 39.  
3. h. 10.  
Necesse est

CENTESIMA VIGESIMA mortuus est: huic aluus assidue a prima die humida biliofis, liquidis, multis erat: uel consistens, feruidis, & inconcoctis: vrinae usque in finem malae: comatosa plurima cum laboribus: uigil; cibum auersans, assidue: causus.

**N**THASO Parionis filium. Quae sequitur historiae decem & sex sunt, quas prius quam Hippocrates proponat, constitutionis praeteritae, ac morborum, qui in ipsa vagati sunt diligenter uniuersam naturam, atque ideaem constituit. Verum antequam ad explanandas illas deueniam, tria breuiter sunt praemittenda. Quae fuerit constitutio; qui morbi in ipsa vagati sint, & utrū commemorati aegri in ipsa constitutione aegrotauerint; ut nonnullis Interpretibus antiquis placuit; an potius non fuerint illius constitutionis aegri, quod magis Galen. approbasse videtur. Etenim constitutio ut ait Galenus initio huiusce modi fuit, tertij libri non modo significat Hippocrati praeternaturalem in aere temperiem; verum etiam totā cuiuslibet rei ideaem, atque naturam, quae temperies & ideae ubi a statu naturali ad praeternaturalem commutantur, faciunt morbos modo mitiores, modo faciores; ut propter hoc dixerit Hippocr. tertio aphor. ex omnibus constitutionibus semper humidiores esse minus salutare siccoribus; siquidem putredo omnis, quae est matrix prauorum morborum sit ab humido accedente extrinsecus ambientis calore, atque immobilitate. Fuit autem in uniuersum constitutio ab Hippocrate modo enarrata Austrina, pluuiosa, ac sine uentis; dixi autem in uniuersum, quoniam & si Hippocrates narrans singulas anni illius partes uideatur multas alias condiciones, unicuique separatim tribuisse; nihilominus in cunctis semper dominatus uidetur esse auster, & pluuius, adeo ut iure dicat Galenus huiusmodi constitutionem uere fuisse pestilentem, in qua humiditas cum calore, absque motu semper uisa est: sic etiam primo de temp. quarto dicebat constitutiones austrinas calidas, & humidas adducere pestem. Vtrum autem haec constitutio fuerit peculiaris alicuius regionis, ut quae in Thaso, & quae in Cranone, uel Perintho in antecedentibus libris commemoratae haud multum interest disputare; quamquam potius suspicor fuisse pluribus regionibus communem, haud tamen eam, quae a Thucydide libro secundo, & Lucretio libro sexto, descripta est; quamque originem duxisse narrat ex Aethiopia, unde ob caetera in sepulta exhalationes corruptae, & inquinamenta totam Graeciam peruolarunt. Verum tria occurrunt dubia primum est ad quid Hippocrates dixerit hanc constitutionem fuisse Austrinam, & pluuiosam, cum auster uideatur esse supra natura pluuiosus; unde nonnullis Nothus imbrifer, & a Plauto Auster imbricus appellatur. Alterum est quo pacto fuerit huiusmodi annus adeo pestifer, cum scribat Aristo. prima probl. 23. & 26. probl. 52. necnon Theophr. libro de uentis Austrum, ubi pluuiis coniungitur, minimè febris creare, quod calor austro

proprius, atque morbidus frigore pluuiiae contemperetur. Tertium est quomodo si toto anno proflauit auster, dicit Hippocrates fuisse absque uento. Ad primum respondendum est non modo apud Galenū in comm. uerum etiam apud Orib. libro nono. Collu. septimo. duplices fuisse habitos apud ueteres austros, pluuiosum, & siccum, quem dicit Galenus in comm. ab homero album austrum appellatum fuisse: unde ut distingueret alterum ab altero addidit pluuiosum, quo pacto solet non raro loqui his, in lib. atque in eo qui inscribitur de aer. aq. & loc. quo pacto etiam inuenitur Theophrastus locutus in lib. de uentis. Ad secundum dicere oportet aliud esse loqui de tota anni constitutione, aliud de aliqua ipsius parte: si primo modo loquamur, certè continuata illa pluuiarum humiditas, qualis fuit narrata ab Hippocrate potius corrupta salorem natium, quam intemperiem austri emendat; si autem loquamur secundo modo, quemadmodum uidetur intelligendus Arist. sic pluuiam corrigat calor inimicum ipsius Austri. Potest etiam alio modo responderi; nempe Austrum posse flare, uel placide, uel uehementer si placide perflit cum multis pluuiis pestifer est; si uero uehementer a pluuiis mitigatur praua eius uis; idque intelligere uoluit Arist. hoc enim idem de Cauro scribit Oribas. loco citato; austrum calidum, & uehementer spirantem esse, alterum uero calidum quidem, sed ita leuiter spirantem, ut non percipiatur. Ad tertium respondet Galenus, & bene apud Hippocratem: *αὐστρινὴν* haudquaquam significare integram uentorum constitutionem; sed exiguam spirationem; ita ut austri quidem spirarent; sed adeo late, & exiguè cum motu; ut prorsus nulli esse uenti uiderentur; atque hunc austrum ait a uulgaribus nominari *αὐστρινὸν*. Sic Arist. appellabat quasdam aues *αὐστρινὸν* non quod prorsus careant pedibus, sed quod eos admodum exiguos habeant: Haud secus Heraclides, ut est apud Galenū. sexto. de loc. aff. praefocationem uteri uocabat *αὐστρινὸν* non quod respirationem penitus auferat. alioquin simul tolleretur uitam; sed cum ita exiguam faciat, ut uix appareat. Igitur annus in uniuersum Austrinus, pluuiosus, & absque uehementi perspiratione fuit. Ab austro calefacta terra, & a pluuiis humectata cum non perspiraretur a uentis, putredinem tetram concepit, a qua aer contaminatus pestem peperit, & sicut dicit Gal. haec constitutio in eo fuit similis illi, quae in Cranone, quod inuicem ingens facta est putredo. Ab hac putredine inde (quod erat secundum a me propositum) geniti sunt uarii & diuersi morbi, qui omnes pestiferi erant, ob fordiam, grauemque putredinem: Etenim ut scribit Galenus tertio in tertium Epid. tex. 20. & primo de acut. nono. haud pestis est unum morbi genus; sed cuncta morborum genera possunt pestes naturam

ram sumere, atque ita uocari pestes. Et certè in hac constitutione possumus dicere omnes morbos fuisse uagatos, scilicet in temperie, in mala compositione, atque solutione continui. In mala intemperie fuerunt febres, & primo de Ephemeris dubitari posset, quòd in pestilenti constitutione fieri non solent. Verum ubi aer infectus est, credi potest etiam eas fieri, sed ita cito in putridas commutari, ut non animaduertatur, etiam si plerumque fiant a causis procatartics, & euidentiibus: neque etiam putridū est, ubi fiunt diariae, in pestifero aere putrinus esse ex spiritibus; tum quia ipsi spiritus quantum ego uolo naturam a concipienda putredine alienam: habent, tum etiam quam si putrescerent ea febris putrida potius appellanda esset, qualis Anglica erat, quae una die homines interimebat quo genere febris extat etiam memoria apud Lucilium uetustissimum poetam; ubi dicit unum uini haustum, & unam febrem necare hominem. Hecticas factas esse non dubito, cum Hippocrates scribat, multos tabe longa fuisse consumptos; atque eos praesertim, qui erant ad tabem proueniens ab Hippocrate *θρίσθις* nuncupati; Et in variis lectionibus monstrauimus nomen hecticae febris non exstitisse aetate Hippocratis, sed sub phthisis appellatione comprehendi forsam: unde apud Aristo. 19. probl. in fine probl. 37. dictionem hanc *θρίσθις* *εὐνοῦ* semper iudicari esse purum glossema insertum; cum nec antiquus interpret illa uerba habeat aut legendum esse *θρίσθις*. Complures autem fuerunt febres putridae omnis generis, praesertim malignae cum prauis symptomatibus, ut sopore in initio, sine siti, ac delirio, sed cum anxietate, rigore; & horrore, paroxyfmi erant in paribus cum extremorum frigore, non bene recalescentes, cum obliuione, exolutione, cum alui turbationibus multis, colliquantibus, tenuibus, crudis, urinae tenues, multae, nil iudicatorium, aut utile habentes. Dicit Hippocrates phreniticum nullum insaniuisse, ut in aliis, hoc est non ita immani furore eos fuisse exagitados, quemadmodum solent alii phrenetici: sed leni, & interdum ad somnum inclinante; Dicit autem alias etiam febres populariter esse uagatas, tertianas, quartanas, continentes, nocturnas longas, erraticas fastidiosas, inconstantes. Verum cum dicit quartanarios multos interire, non intelligendum est, quod perierint simpliciter propter quartanas, cum dicit Hipp. in 3. tertium Epid. quartanas esse omnium secussimas, facillimas & longas, ac non modo per se uales, sed etiam a morbis magnis liberare. Celsus quoque scribat quartanam, quantum sit ex sese, neminem iugulare; sed quod perirent ob constitutionem, atque hoc erat maximae prauitatis indicium, quando morbi qui sunt salutare, & ab aliis liberare solent, sunt exitiosi. Porro de morbis ex continui solutione erant aphtae, seu ulcera oris, similiter circa pudenda, crura, atque alias partes; herpes maligni, ex quibus abscedebant carnes consumptae; & interdum totae illae partes ut narrat Thucid. li. secundo. & ex nostris Lucretius lib. 6. uenisse in illa celebri Atheniensium peste: disenteriae quoque uagabatur, ex quibus & alii alui solutio-

nibus coplures; & praesertim morbo longo cōfecti peribant; Tormina, uoluli maligni oculorum corruptiones, atque alia similia. In mala tandem conformatione grassabantur cystipelata, bubones, inflammationes, a postemata, quae non suppurabantur, & si ad suppurationem ueniebant, aegri seruabantur carbunculi in pudendis, putredines, multa alia symptomatum, & morborum genera sunt ob Hippocrate relata, quae tunc uagabantur. Sed praedicta erant potiora, nec alia necesse est particulariter recensere, cum apud Hippocratem ipsum liceat, quamquam paulo confusius legere. Erat tertium atque postremum utrum aegri, qui in hoc libro ab Hippocrate recensentur fuerint praedictae constitutionis an alterius; Galenus circa finem antecedentis comm. uidetur dubius, cum ex una parte dicat nullum genus morborum ante descriptorum ab Hippocrate tentasse quemquam esse (subscriptis aegris, altera uero ex parte dicat omnia symptomata ab ipso commemorata fuisse uisa in 16. aegris; de quibus infra dicendum est; Ego tamen uolo idem Hippocrates praestitisse in postrema hac constitutione, quod in antecedentibus fecit, nempe ut prius in uniuersum narrauerit totius constitutionis naturam, deinde eam in particularibus aegris docuerit, quod si uidentur diuturnis morbis potius, quam acutis & pestiferis capti, etiam in praedicta constitutione similes fuisse dixit, praeterquam quod potuit hoc Hipp. uoluisse adnotare tatiuā rarum, & docere, quod & in pestilenti constitutione etiā morbi longi uidentur: scilicet potissimum facti sint ex acutis. Modo ueniam ad historiae prioris enarrationem; quae factis longa est. cum aeger usque ad centesimam uigesimali diem prorogauerit uitam, qui tamen primis diebus acutaque ardente febre tentatus fuit. In praesenti autem historia nominat Hippocrates patriam agrotantis dum dicit. IN THASO; nominat propeium patris nomen scilicet Parionis filium nominat habitationem nempe supra domum Artemis, siue Artemisiae id est Dianae ut est apud Galenus libro de com. cap. secundo atque aliqua diligentia uidetur usus, quod sibi uideretur casus cognitio ne cunctorum dignus. Quòd pertinet ad nomen textus graecus habet *τὸν τῆς παρῖων*. quae uerba aliqui interpretantur, Parium quendam, quasi hic fuerit ex insula Paro: unde Parius lapis apud scriptores celebres aduehebatur; atque hos ait Galenus iccirco putasse patriam fuisse eandem, quod qui Parium habitant ex phlebotomia secunium, Asclepiadem ueram etiam insigne praecipiant, quod tamen haud probat Galenus. Aliqui & melius, ut ego uolo Parionis filium interpretantur; etenim haud dixisset Hippocrates *παρῖων*, sed *παρῖου*, si regionem nominare uoluisse: addidit enim habitationem existimo, quod forsā hic esset parum notus, esset autem notissimus Artemisius, prope cuius domum decumbebat, seu Artemisiae, uel Dianae templum. Neque dubito quin haec persona ipsi Hippocrati foret aliquo pacto commendata, postquam a sexia die usque ad 12. morbi eum quotidie uisitauit, eiusque symptomata recensuit, & a duodecima uisitauit ulque ad quadragesimali per interualla diebus

diebus scilicet tantum indicatoriis, atque decretoriis, quemadmodum soepe numero facere consuevit, pariter haud putandum quin fuerit potius iuuenis, cum esset filius, atque etiam laborauerit febre ardente ipsi iuuenibus paulo ultra. 35. annum familiari; ut est ab Hippocrate. proditum tertio aphor. 30. nam ut dicit Galenus in commentis qui sunt in aetate a 35. usque ad 49. omnia facere aggrediuntur, quae in iuuenili, & florida aetate constituti. Cur autem a prima die usque ad sextam haud mentionem faciat sigillatim dierum, cum tamen complura symptomata commemoraret, putandum fuisse causam, quia non fuerit autus, nisi sexta die, & aliorum dierum symptomata sibi confuse relata sint, ita ut nequiritur tanto discernere, quae in una, & quae in alia die acciderint. Ut autem ordine aliquo relata, & examinata huiusmodi symptomata intellectui possint comprehendi, ea sub sua capita complectar. Neque enim dubitandum est quin morbus praecipuus quo laborauit propositus aeger fuerit febris putrida; non quidem sola, & simplex, sed symptomatibus iuncta; postquam ipsemet Hipp. ait in principio historiae istam fuisse acutam continuam, ardentem, & in fine ut uidebimus, fuisse continuam febrem ardentem. Ex advertendum est Hipp. dixisse acutam continuam ardentem non sine ratione quia febris tertiana, etsi sit interpollata, numeratur tamen inter febres ardentem a Galeno secundo de crit. tertio. & libro de trem. & rig. cap. septimo. imo dicebat secundo de symp. causis. quinto. & quarto aph. 48. calorem tertianarum esse omnium febrium maximum, & Hipp. tertio. progn. 32. Galenus tertio aph. 49. & Auic. prima. quarti. tex. primo. cap. tertio. ponit tertianam inter acutos morbos. Quae autem symptomata simili febre erant coniuncta, partim erant actiones laesae, partim excrementa mutata. Inter laesae actiones fuerunt litis, inclinatio ad somnum, vigilia, intermutata excrementa, erant alius turbata urinae in principio albae. Quod praesens febris facta esset ab humoribus, ita a causa mediocriter putrescentibus, omnibus, praesens praesertim biliosis, & pituitosis, ac propterea, non fuisse uerus causus, qui sit a bile, sed *καὶ τὸ πρῶτον ὡς πρῶτον* ut solet loqui Hippocrates satis ostendunt haec symptomata, quae primis diebus apparuerunt, nimirum litis fiebat a bile, & pituita putrescentibus circa iecur & uentriculum; & prout ualentes plures, uel a pituita, uel a bile in cerebrum tollebantur, sic modo comatosus hoc est in somnum procliuus modo uigil fiebat. Ad quae omnia, atque alia mala inducenda non modo conferebat interna praeparatio, atque diu contracta prauorum humorum plenitudo, uerum etiam aeras iuuenilis, atque ipsius aeris morbidi condicio; unde etiam putu turbationi alui datam esse statim occasionem. Haec etenim fuisse constitutioni enarratae peculiariam Hipp. significauit. Sic urinae albae in initio non tantum erant cruditatis argumenta, quantum exuberantis pituitae, atque calidorum humorum ad aluum transitus; Atque tot a prima usque ad sextam diem; in qua quod pauca alia noua contingerent, solum duo commemorat tanquam confideratione, & animaduersione digna, scilicet urina

oleosam, & delirium. Desexta die illud uulgarissimum est, & a nobis saepius inculcatum mala complura in ipsa contingere & si quae interdum bona spectantur, us minimè fidendum esse, ut potè in die illegitima, & tyrannica factis. Coeterum de oleoso, quod ait Hippocrates, tum minxille, Galenus iure merito longe, & doctè discurrit, cum uideatur mirum ut ferè itatim urinae ex albis sint oleosae factae, quae sicut ab ardore colligante efficitur, sic albae potius a frigore, & cruditate oriuntur. Cui autem oleosae urinae dicantur tripliciter, uel quod referat colore, & crassitie oleum, uel quod ipsiis supernatet aliquid inflat olei cunctis aliis liquoribus supernatantis, uel quod uniuersa ipsius substantia sit ueluti pinguedo quaedam, aut adeps eliquatus; certè Galenus optimè censuit huiusmodi urinam haud esse potuisse secundam, seu tertiam, quoniam haec oriuntur expinguedine, uel carne assatis, & nimio ferrore colligatis; ut quando carnes ad ignem torrentur quod quidem esse non potuit in praesenti aegro, qui tamen si principio morbi laborauerit febre acuta, & ardente, haud tamen erat facta, ut potuerit statim huiusmodi colligations parere; alioquin quomodo potuisset protrahere uitam, usque centesimam uigessimam diem si sola pinguedo, & non carnes, quae maiore calore eger, ut colligantur, esset torrefacta. Itaque fatius existimatur Galenus propterea esse oleosam, seu oleosum quid habentem uocatam nunc urinam ab Hippocrate. quod colore, & crassitie, quodammodo oleum ipsum referret scilicet ob conturbationem factam in uenis a calore uehementi febrili, et ab aeris prauiditate; Quoniam uero huiusmodi urinae conturbatae solent, ut dicebat Hipp. quarto aph. 70. significare aut praesentem, aut mox futurum capitis laborem; hinc iure factum est, ut eadem die delirauerit: quamquam non nego, ut inferius dicam, potuisse etiam aliquid colligations in urina fuisse, quae saltem supernatatione oleum representaret.

**SEPTIMA DIE OMNIA** ait Hippocrates exacerbata sunt, nil dormiuit, mens turbulenta fuit urinae similes idest aliquid oleosum habentes, ab aluo biliosa & pinguis extierunt. Quae die septima contingerunt, poterant sane cuilibet medico persuadere aegrum huic fore cito periturum, quia nil dormire, delirare, inter signa exititalia sunt; pariter urina oleosa, & foeces biliosae, ac pingues, & forsan etiam ualde foetidae ab Hipp. & in progn. & in Coac. inter signa exititalia ponuntur, ut ob hoc ualde mirum fuerit etiam in uribus robustissimis potuisse huic mortem usque adeo protrahi: nisi aliquid dicere placeat cum Galenus prauis succis, & edulibus hunc esse usum, propterea quem huiusmodi urinas atque foeces reddidisse, quamquam certe non uideo, quomodo quis utens quantumuis oleo, aut rebus pinguis faciat urinas, & alui excrementa similia; nam hunc ex uestione potius eas habuisse foeces inde colligi potest quod essent simul biliosae, quae combustionem ingentem consequantur: ita ut non modo pinguedines, uerum etiam carnes torreantur, atque colligantur. Sed dubitatur cur Hippocrates dixerit de urinis *ὡς ἄν* i. oleosae de foecibus

lecco

3. diff.

Mens delirans

1833

1853

foecibus autem, seu alui excrementis dixerit *ὡς ἄν* idest pinguis non *ὡς ἄν*. Sabidus ut narrat Galenus dixit calorem nostrum nutriri substantia oleosa, quemadmodum uideamus extrinsecus flammam oleo nutriri, & lucernas, propterea quae ubi exeruntur similes urinae esse signum deterrimè, quod scilicet calor non appetat, neque attrahat proprium alimentum, ac propterea sit defecturus, uerum ut optimè Gal. innuit, haud potuit hoc esse in proposito aegro, alioquin multo citius interiisset. Nam ut habemus ex Arist. 4. Meteor. nono. substantia oleosa cum sit tenuis & aerea multo citius consumitur; contra uero quae *λίπα* i. pinguis tardius, ex quo fit, ut plantae resinosae, & pingues quoadmodum, pinus, palma, & cedrus libani sint uiuacissimae. Quod si Hipp. secundo aph. 44. & Arist. secundo de part. an. c. quinto dixerit corpora pinguis citius interire, idest alia ratione scilicet non gratia pinguedinis sed quia ab ipsis ueluti strangulatur natiuus calor, ut ignis a copia lignorum, ubi est immoderata, seu ut dicit Arist. ubi torus sanguis, in quo est uita, conuertitur in pinguedinem. Quare cum in corporibus nostris duplex huiusmodi substantia comperiatur, nimirum oleosa, & pinguis per urinas facilius exit materia quae oleum aemulatur, per aluum, autem facilius altera substantia ferretur, & praesertim cum bilio, quae suo ferrore ad eliquandas carnes non parum confert, ut ob hoc Hippocrates ita sit locutus: possumus etiam dicere Hipp. pro pinguis excrementis intellexisse ipsam bilem crassiorem quam in quarto de morb. uocatam pinguem. Quod uero tandem perdurant ratio fuit, quia non continuatim haec effluabant, sed ut ait Hippocrates interdum conflabat aluus, & quae pinguis ab aluo prodibant erant pauca: cum dicat Hipp. in fine, quae exibant frequenter fuisse biliosa, multa, & humida, constitit fere uero aluum ab deurentibus, & crudis.

**OCTAVA DIE** sanguinis parum e naribus stillauit, uirulentus, sed pauca uomuit, parum dormiuit. Miror quidem cur Galenus hoc in loco nihil de sanguinis stilla dixerit: uerum cum alibi de ea sit multa locutus haud quaquam hoc in loco criminandus est, illud certum est & hoc signum fuisse mortale, ut in febris acutus, & ardentibus plerumque confuevit, quasi natura praui sanguinis copia grauata eum per ambas nares extrudere conaretur, neque tamen posset, uel ob eius imbecillitatem, uel potius ob ipsius sanguinis crassitiam ob immodico ferrore inducta, qui etiam humores aeruginosos producebat. Verum cum alias dixerit est Hipp. in prof. & Coac. uomitus eruginosus solere manias aut saltem deliria praedicere, cur id huic non contigerit, paucitas humoris effecit, quae uigilias quidem peperit, delirium inducere haud potuit; nam uomitus aeruginosus multi esse debent, quando animi perturbations ingentes producendi sunt.

**NONA** eadem perseverauerunt, quod autem in decima fuerint cuncta remissa effecit humoris pessimi, licet exigui euacuatio, quamquam parum omnino durauit, donec scilicet iterum natura ab humoribus tetriss stimulata, eorumque expulsionem aggressa in xj. die facta est refrigeratio, post refrigerationem

statim febrilis calor auictus, atque sudor subssecutus, licet non uniuersalis, & propterea non optimus. Quae omnia indicare poterunt remissionem decimae diei infidam fuisse tunc quia non erat decretoria tum quia urinae erant oleosae, & crudae. Dixi alias huic solere esse motum naturae, ut primo fiat rigor deinde calor, postremo sudor: nunc autem Hipp. contrarium ordinem seruat; primum enim sudore in deinde rigorem, tertio calorem commemorat, nisi dicamus fuisse quidem primo, sed sudorem illum fuisse tenuem quandam humiditatem oleosam ad motum facilem a natura ad cutem extrusam in illa agitatione. Fuit hic motus quodammodo criticus cum in die decretoria sit factus, sed admodum imperfectus, & sine coctionis signo. Et id in praesenti aegro iure obseruauit Galenus in diebus decretoriis semper fictas esse mutationes, atque motiones. Cum igitur admodum imperfectus fuisset ille criticus motus, atque materia esset agitata, nec euacuata, non absque ratione factum est, ut duodecimo febris acutior facta sit, aluus effuderit biliosa, tenuis, ac multa; nec uon urina habuerit enaerema, atque delirauerit, nimirum durante adhuc illa diei triticae motione. A duodecima transit Hippocr. ad **DECIMAM SEPTIMAM**, omissa decima quarta, in qua debuit aliquid notatu dignum contingere cum in undecima, quae est ipsius indicatoria sese obtulerint signa futurae alterius in ea commotionis. Verum, ut ait Galenus forsitan Hipp. tacuit, quod non ea die ut solebat ipsum aegrum uisitauerit: uerum quia saltem debuisset id ab astantibus percunctari, & cognoscere forte siluit; quia nil noui diuersum ab ipsa duodecima, & decimartertia contigerit. Habuit autem **DECIMAM SEPTIMAM** non parum laboriosam, quoniam.

**NON DORMIUIT**, neque caussa laboriosae diei, quod febris non producere aufert. Aliqui inter pretes cum hac difficultatem gustassent particulam negatiuam, *ἢ*, deraperunt; quasi dicat propterea fuisse laboriosam diem illam, quoniam non dormiuisset, & febris, quae aucta fuerat duodecima esset eo usque cum acutè protracta; sic enim uerum erit, quod diximus non meminisse decimae quartae diei quod eadem fuissent cum antecedentibus huic etiam interpretationi uidentur ad stipulari, quae habentur a Galeno libro de Comate. cap. secundo. ubi scribitur non *(ἢ)* sed *ἢ* *πρῶτον*, *ἢ* *ἕνταυτα*. idest febris protracta est, atque ita multo mihi magis placet, interpretari, quam ut ualesius, qui non uidens contextum correctionem mereri, dixit intelligendum esse Hippocratem quasi uoluerit non fuisse extrema calida, sed frigida: quae res non admodum quadrat, nec rationem ullam habet. Quod scribit Galenus libro de Comate. cap. 2. hunc uariè aegrotasse, & inaequaliter, nec non multas multoties ad contraria mutationes habuisse certè uerissimum est, & forsitan etiam ob hanc causam Hippocrates uoluit nobis exemplum hoc proponere, scilicet non esse fidendum morbis, qui crebras ad bonum, & malum mutationes habent: nam die **VIGESIMAM SV-D AUIT** iterum per totum, & post

1830



sine febre fuit: scio plerisque contextus hoc in loco habere *αποπνοιας*. id est in somnis fuit; uerum placet mihi opinio eorum qui legendum putant *αποπνοιας* cum quia uerisimile est post sudorem cessasse aliquantisper febrem; tum quia dicit Hippocrates. VIGESIMA A rediisse febrem; quod quidem haud dixisset, nisi prius illa abiisset: quo pacto hunc eundem tex. legendum esse uoluerunt apud Galenum libro de comate. secundo. quamquam potest esse, ut simul fuerit, & absque somno, & absque febre, etiam si Hipp. non dixisset. Eadem habuit deiectiones biliosas, uerum fuit, & *αποπνοιας*. id est cum cibi abhominacione, & ad somnum propensione. Docet Galenus & bene, quod hic aeger excerneret excrementa biliosa, & humida fuisse indicium non exiguae cacochymiae; quemadmodum quod uigilaret, & in somnum uicissim inclinaret, maiori ex parte morbi; Quod uero cibum auerfaretur, & fastidiret morientis facultatis animalis indicium extitisse: circa quae postrema Galeni uerba non nihil insitendum est, & primo de uoce *αποπνοιας* quam dicit hic simpliciter inappetentem significare, atque ita conuocuisse Hippoc. loqui, & alios ueteres, idem Galenus primo. in primum Ep. id. tex. 29. dicit *αποπνοιας* uocasse, qui non admittunt appositum cibum; *αποπνοιας* uero qui etiam abhominantur sibi apponi; & de quibus loquens hoc eodem libro tex. 58. Galenus dicebat ea longa peste quae est grassata ipsius tempore, nonnullos maluisse mori, quam cibum fumere: sed ut uincat sit cum Galenus saepissime in apho. id dicat quod & hoc in loco, placet mihi usum apud Hippo. harum uocum fuisse promiscuum: Verum de quo magis dubito est quomodo si in appetentia, & cibi abhominatio in hoc aegro potuit esse uigesima die signum morientis facultatis, usque ad centum dies protraxit uitam: ubi enim aliqua ex tribus facultatibus insigniter laeditur, haud possunt multum aliae durare, quin & ipsae collabuntur cito, & praesertim facultas naturalis; nempe quae alimentum, & sustentamentum coeteris parat; Ita que ut dicit Galenus in historia sequenti potius id factum uidetur ob humores terribissimos uentriculum obidentes, qui cum interdum euacuarentur per aluum, & per uomitum, hinc fiebat, ut uita protraheretur.

VIGESIMA QUARTA DIE. Coeterum uigesima quarta, quae est & ipsa saltem indicatoria, ait Hipp. rediisse quod sane de alio intelligi non potest, quia de ipsa febre, ut propter hoc iure laudem illos, qui loco *αποπνοιας* in die uigesima scribendum iudicauerunt *αποπνοιας* id quod etiam dicit euenisse.

TRIGESIMA QUARTA quae a uigesima quarta, usque ad trigessimam quartam recidua quadam febre, & per consequens grauiori laborauerit, quae fluente iugiter aluo non modo non cessauit, uerum etiam incrementum recepit; idque significare uoluit tunc, cum dixit recaluisse, quod quidem intelligendum de toto intervallo a uigesima quarta, usque ad quadragessimam. Haec autem uarietas, ac penae ad contrarium mutatio, haud alium de proficiscatur, quam a uaria materia uariis in locis, uariisque temporibus putrescente.

QVADRAGESIMA. Postquam pauca de trigesima quarta, usque ad quadragessimam dixit: sequitur ad centesimam uigessimam, complura narrare; circa quae illud primo statuendum est, quod uideo non nullis placuisse, & quod alias dixi Hippocrate ubi accidentia singulorum dierum abstinere referre, saltem id obseruasse, ut dierum criticorum, & indicatorum symptomata narraret, quam eo tempore maiorem aegrotantium partem uisitare, quando maior in morbus efficitur mutatio quadragessimam esse ultimum terminum morborum per decidentiam acutorum, atque ex duabus uigessimis, id est sex septimanis per conjunctionem enumeratis componi certum est: neque dubitare oportet, quin centesima uigesima ex tribus quadragenis constet, ut hac ratione minime uideatur praeter criticorum uim huc aegrum ea die perisse. Vtrum uero Hipp. a quadraginta, usque centesima uigessimam, non uisitauerit aegrum, ut aliqui sunt imaginati, non parum dubito; liquidem mihi uidetur parum probabile tot potius se cognoscere ipsius symptomata, nisi interdum inuisisset illum, atque ab illo, & ab aliis statum aegritudinis illius cognouisset. Verum fieri potest ut ipse non curauerit commemorare dies, quia saepius docuit symptomata potissimum fieri diebus decretoriis, quasi uero enumerans symptomata, uno eodemque tempore implicite dies etiam decretorios innuat: uel etiam fieri potest, ut ipse oblitus sit apponere dies, ut sexagesimam, octuagesimam, centesimam, quae est enumeratio criticorum per uigessimas ipsi Hippocrati consueta. Aut a scriptoribus sunt notatae elementares numerorum ob negligentiam, atque ignorantiam omisse; quod alias facitatum obseruauimus, ut tertio in primum. in casu illius, qui calcifactus coenauerat. At quicquid sit, confusa huiusmodi symptomata secundum morbi mutationes examinare conabor, quanto dilucidius, atque ordinatius fieri poterit. Primum igitur quod dicit de quadragesima aegrum fuisse sine febre, & uentrem constituisse, sed non multo tempore, fuisse absque appetitu, & rursum uicissim modo febre abiisse, modo rediisse cibi que multis & prauis usum esse. Si feriem horum uerborum expendamus, tanta uarietate huiusce morbi causam in errorem uitae referre uidetur. Et certe nil est, quod aequè pro roget aegritudines, ac tandem longas in malum exitum perducatur, atque errores, qui committuntur in copia, & qualitate ciborum, et si enim inordinata, atque intempestiua cibatio non parum noceat, attamen multo maius detrimentum inferunt qualitas, & copia; dicebat enim Hippocrates quarto de morbus; quod morbi oriuntur hominibus ex humoribus, qui sunt ex cibus, & multis, & prauis, unde qui moderate & bibit, & comedit, & exercetur, fere impossibile est ullo morbo humoralis capi, ut ob id haec duo errata tanquam magis praecipua referre uoluerit Hipp. ubi enim corpus longa ualitudine est male tractatum non modo eos corrigere nequit, uerum etiam corruptioni, & putredini dimittens accendendis nouis febribus, aliisque symptomatibus, inducendi certam occasiorem praebet, quemadmodum contigit huic aegro, qui non alia ratione ut

puto

puto modo febricitabat, modo non; nisi quia multis, & prauis cibus uescebatur; idque forsitan agebat, non tam uitio animi, quam propter inappetentiam; Namque fieri solet, ut ubi aegrotantes parum appetunt, cibos ueritos, sed expetitos sumant; Ex quo solertes medici semper studere debent, ne aegrotantes & conualescentes errorem ultimum praefertim circa cibos, & potus committant, quod facillimum est certe in longis ualitudinibus: Dicebat enim Galeus, ut qui longum iter faciunt, uix fieri nequit quin interdum usquam impingant, & errent; sic in longis morbis uix contingere posse, quin committantur errata; atque hoc est quod etiam dicebat idem Galenus secundo, aphorismo. trigesimo nono, scilicet senes aegrotare quidem minus iuuenibus; sed si temperanter uiuant; alioquin uiuentes intemperanter multo magis iuuenibus eos aegrotare propter uirium imbecillitatem; quae pariter facit in fractis a longo morbo, ut ob cibos multos, & paucos complura gignantur excrementa, quae deinde febres ipsas foueant, & augment. Narrat Laertius Heraclitum taedio hominum affectum in montes secessisse; ibique herbis, & oleis uescens, morbum interitum contraxisse, quo deinde mortuus est. Sed dicet aliquis; erant ne hae febres erraticae? Interest inter febres uerè erraticas, & quae erratico modo inuadunt; quia febres erraticae sunt continuatae, sed non seruant ordinem, quia modo mane, modo uespere, modo noctu inuadunt: quae uero erratico modo, non ita continuatae sunt, sed modo una die manet sine febre, modo semel, modo bis in die, adeo ut quidam error uideatur, cuiusmodi erant febres huius aegri. & de quibus etiam loquebatur primo Epidem. commen. primo. quando dixit nonnullas *παροξυνοσας πεπραμμενας*. id est exacerbari erratico modo, alias ueros *διδυμους*. id est ordinate.

SOMNI MALI CIRCA RECIDIUAS. Cum autem propositus aeger ob multas, atque uarias morbi mutationes uitio alimentum comparatas, uaria similiter symptomata pateretur, quae fuerunt grauiora, & sibi nota enumerat deinde Hippocrates. Ex quo elucet id uerissimum, quod dicebat idem Hippocrates libro de afinitis. internis & Auicenna in fine primae quarti, *νοσημα εποςραθεν μαλλον πιεζει*. reciduum esse peiorem sua radice. Primum igitur quod dicit habuisse in recidua hanc aegram, fuit somnus uel potius somni prauus. Nam in libro de iudicationibus sub nomine Hippocratis edito habetur reciduas fieri, quibus uigiliae, aut somni turbulenti, accedunt. Fiebant huiusmodi somni turbate, ob cruditates, & prauos cibos, quibus uescebatur, & Plutarchus decimosexto symptomati. in fine ex Aristotelis sententia dicebat propter ea in autumno fieri in somnia turbulenta, quoniam tunc uiuunt uno recenti fructibus, aliisque prauis succis edulibus. Delirium quoque habuit circa reciduas, quoniam a putredine febrili eleuabantur uapores acres, & seruidi, qui in cerebrum sublatis il-

lius temperamentum subuertebant, sicque ipsius actiones deprauabantur; Quod autem spectat ad excrementa mutata, quemadmodum etiam ab eodem febrili, & magno calore succi uenarum agitati, atque conturbati urinas turbatas, & crassas reddebant, ob idque prauas; Ex quo loco etiam colligere licet apud Hippocratem, urinas crassas, & turbatas esse inter se differentes secus quam nonnulli existimarunt; ut etiam alias demonstrauimus Alius similiter modo adstringebatur, modo rursum soluebatur; atque excrementa erant multa & tenuia, prout, scilicet natura magis, uel minus ualebat, materias illas putres, & foedas euacuare: febriculae interim continuatae illum exacerbabant, & iure dicit Hippocrates febriculae; erant enim usque adeo factae illius uires ut non posset ualde febrere. In hoc uario statu cum post quadragessimam diem persueuisset, tandem uigesima supra centesimam exstinctus fuit; quo genere mortis obierit haud narrat; nihilominus colligi potest tabidum, atque consumptum sub illis febriculis continuis obuisse, tum quia Hippocrates, ante in uniuersali tempestatis theoria dixit multos tabidos perisse, tum quia dixit assiduo ipsum aegrum fuisse ab aluo multa biliosa atque humida, urinas habuisse semper prauas, comatosum fuisse cum laboribus, uigilem, sine appetentia. Coeterum dubitatur hoc in loco quare Hippocrates dixerit fuisse comatosum cum laboribus, quomodo simul comatosus fuerit, atque uigil. quod significat fuisse aluum a prima die humidam biliosam humidis multis, *υγροαεσιν*, uero fuisse feruentibus, & crudis. Denique quomodo in fine dicat continue ardens, quasi fieri potuerit, ut febris ardens centum, & uiginti diebus feruentibus, & crudis perdurauerit. Circa primum Galenus in libro de Comate, cap. primo, & secundo. ubi etiam huiusce historiae mentionem facit, inquit nonnullis uisum esse Hippocratem, quandoque pro comate intelligere uigiliam, sed frequentissime, & fere semper alterum ab altera distinguere duplexque propterea (quod saepe repetendum occurrit) esse coma aliud quidem somnolentum aliud uero uigilem nuncupatum; atque utrumque id habuisse commune, ut esset cum inclinatione ad somnum: at somnolentum esse non modo inclinationem, uerum etiam lapsum in profundum, atque diuturnum somnum. uigil uero esse absque somno formali, scilicet alia atque alia phantasia, mentem mouente, ipsumque somnum intercedente: Vnde hoc in loco dicere possemus. hunc habuisse utrumque coma, scilicet nunc somnolentum, nunc uigil: neque id inconueniens, ut quo tempore agebatur a phantasia mens eius, oculos quidem clausos, & in somno proclues haberet, caeteris horis uigilaret, obloqueretur, & audiret. Vbi autem phantasia nullis exercebatur, in profundum somnum esse lapsum humore nempe pituitoso, tunc uniterlam cerebri substantiam irrigante: Quod uero uocauerit coma cum laboribus aut doloribus, sum

M & ipse

& ipse cum aliquibus interpretibus, ut uox cum laboribus non sit connectenda cum superiore, scilicet, comatosus, sed cum subsequente uigil. quasi sententia sit fuisse laboriosam illam uigiliam, proptereaque inclinabatur in somnum, sed aphantasiis impediatur, quo minus dormiret; & certe inter acerba tormenta ponitur quando quispiam dormire ualde cupiens a somno capiendi diligenter arcetur; atque hoc uocant criminalistae dare uigiliam reus, quod faciunt ut delicta constentur. Ad aliud, scilicet de alio fusa, & adstricta aliqui sic intelligunt tanquam Hippocrates dicat nunc alium fluxisse humidis, & biliosis, nunc fuisse adstrictam, atque tunc exusta, atque cruda excrementa exitisse. Ego uero puro uocem, *ἔνεργησεν*, oppositam fuisse uoci, *ὑπνός*, ut dicere uelit fuisse quidem semper alium solutum, sed interdum excrementa produisse humida, & biliosa; interdum compacta ac exusta, & cruda. Coeterum de uoce illa, *ἔνεργησεν καὶ ὑπνός*, id est continue ardens, putant aliqui interpretandum esse usque ad uigiliam diem, sed non conuenit haec interpretatio uoci, *ἔνεργησεν*, & difficile est fieri, ut causus duret uiginti diebus licet *καὶ ὑπνός* *πρὸς* etiam amplius durare queat. Ergo ualde suspicor illas duas uoces fuisse ab aliquo ignaro additas, sicuti in aliis aliquibus historiis retro factum esse uidimus, nisi emendare placeret uocem illam, *ἔνεργησεν*, & legere *ἔνεργησεν*, quasi uoluerit dicere febrem a principio fuisse ardentem, ac postea ut sit conuersam esse in hecticam, seu tabidam, ut solet non raro euenire, praesertim quando non resta in initio adhibetur curatio cum frigidae aquae adhibitione, ut monet Galenus nono metho. De curatione modo aliquid est dicendum, & primo quod ad uictum pertinet, quemadmodum antea dixi, hoc exemplum esse potest quanti referat in longis morbis in uictus ratione, scilicet circa cibum, & potum errare: bene uerum, ubi morbus acutus est exquisitori uictu esse opus, attamen etiam ubi ex acuto in diuturnum transiuit, si peccet multum non modo magis morbus protrahitur uerum etiam exitium afferit tandem, ut aegro proposito obtigit. Quare oportebat non modo statim uini abstinentiam, & usum tenuis ac refrigerantis alimenti instituire uerum etiam si non ita tenui, saltem accommodato pergere; & uerissimum, quod ahas scripsit Galenus in libello de theriaca ad Pamphilianum non esse ullum remedium, ita efficax, quod possit beneficium praestare, nisi comparem uiuendi rationem habeat coniunctam. De chirurgicis praedictis dubitari potuit an expediuisset sanguinem mittere, cum initio alius turbata fuerit. Ve-

rumtamen si ante sextam diem aut non fuisset es-  
 fatu digna alui solutio, aut aliquibus diebus con-  
 stitisset, arrepta tunc occasione mitti debebat san-  
 guis uel secta uena, uel cucurbitulis, & infernarum  
 partium scarificationibus ad auerendum a capite  
 morbi impetum, quo in genere etiam omnia blandi-  
 ora diuersionum genera apprimē conuenissent,  
 scilicet per leues frictions, per ligaturas, atque vesi-  
 canaria extremis adhibita. Alia remedia purgan-  
 tia minime conueniebant, quod semper alius ubi  
 humida, & tusa extiterit, uerum usque ad uigili-  
 am diem pugnandum, fuisset cum remediis refri-  
 gerantibus, & putredini resistentibus, ut oxalide  
 pimpinella, melissa, scordio, agrimouio, endiuia,  
 cum quibus & iuscula parari poterant ad sorben-  
 dum, & fercula coqui; sic bolus armena, & terra  
 sigillata cum confersa accidi citri, aut boraginis,  
 buglossae contulisset. A uigilia ad quadra-  
 gesimā paulo magis aperientibus, ut radice petro-  
 selini, bettonica, hylopo, ex quibus decocta para-  
 ta iuuant, utendum erat, necnon inappotentiae, &  
 comatosi affectus ratio habenda. Post quadrage-  
 simam cum iam errantes, ac tabidae febriculae sese  
 ostenderem inceperunt, una cum perenni alui fluxu,  
 simul toti thoraci erat prospiciendum, necor,  
 & uiscera spiritalia nimium accenderentur, atque  
 exiccarentur, id quod fieri solet irrigatione ex a-  
 qua maluae, lactucae, nec non linimento ex oleo  
 amygd. dulc. oliuarum recentis. Tandem cum in-  
 tanta uarietate, & mutatione morbi semper caput  
 uisum sit laesum; modo, scilicet a pituitosa matre-  
 ria; unde coma tam somnolentum, quam uigil; mo-  
 do a biliosa, unde delirium, illi potissimum curan-  
 do erat studendum; ut scilicet quando in somnum  
 fleterebatur, excitaretur, & una humor pituitosus  
 consumeretur exyrodinis desiccantibus additio,  
 scilicet aceto multo, hyssopo nepeta, origano, ma-  
 iorana; quibus etiam per nares attractis uti licuisset;  
 quemadmodum uigiliis, atque delirio instantibus  
 conuenisset demere oxyrhodino acria, & exiccanti-  
 a, plusquam olei, & aceti minus adhibere. Et  
 quoniam par est existimare assiduas illas alui ex-  
 cretiones non parum contulisse ad prosterendas  
 magis uires; propterea optimum fuisset illiure hy-  
 pochondriis & umbilico oleum masticinum, atque  
 melinum; quod etiam stomaco illiure ad excitan-  
 dum, & conseruandum appetitum haud parum  
 conduxisset; pro quo sustinendo, haud damno,  
 ut aliqua in his calibus expetita, licet aliquantul-  
 per noxia indulgeantur, modo ut dicit Hippocra-  
 tes secundo, aphrismorum trigesimo octauo.  
 cibus ille, uel potus sit parum, non multum de-  
 terior.

## HISTORIA VIGESIMA OCTAUA.

**N**THASO decumbentem prope frigidam aquam ex partu foemellam enixam, & purgatione non succedente febris acuta, horrida in TERTIA existentem corripuit: ex tempore autem multo ante partum febriculosa erat. decumbens, cibum fastidians: post uero, factum rigorem continuae, acutae. horridae febris. OCTAUA multa delirauit, & sequentibus & cito rursus ad mentem rediit alius turbata multis, tenuibus, aqua biliosis. sine siti. VNDECIMA mente constabat; sed tempore detinebatur: urinae multae, tenues, & nigrae; uigil. VIGESIMA parum circumfrigit, & cito iterum recalescens est: parum obloquebatur; uigil; quae perinet ad uentrem inferiorem in iisdem: urinae aquosae, multae VIGESIMA SEPTIMA sine febre: alius constitit; non multo autem tempore post coxae dexterae dolor fortis multum tempus: febres rursus sequebantur: & urinae aquosae. QVADRAGESIMA quae circa coxam alleuiata sunt: tussis uero continuae, humidae, multae; alius constitit: cibum auersans: urinae in iisdem, febres uero non in totum deficientes, erratio autem modo exacerbatae. partim quidem, partim uero non SEXAGESIMA tussis certe sine signo defecerunt: neque in sputorum aliqua coctio facta est: neque alius consuetorum abscessus: maxilla autem ad dexteram conuulsa est: comatosa, obloquebatur rursus, & cito ad mentem redibat; ad cibaria autem animo aduerso habebat: maxilla quidem ad locum reuersa est; sed alius biliosa, pauca reddidit: febricitauit acutius: horrida; & sequentibus sine uoce; & rursus intelligebat, & loquebatur & OCTVAGESIMA interiit: huic urinae usque in finem erant nigrae, & tenues, & aquosae: & sopor pergebat, cibum auersans; uigil. irac, difficilis morbi tolerantiae, quae circa mentem melancholica.

**N**THASO DECUMBENTEM. Circa frigidam aquam.) Hippocrates in hac historia proponenda tria facit habitationem ponit, partum, & partum consequentia, habitatio fuit aqua frigida, partus foemella, consequentia partum, uerteriorum cessatio. Nomen mulieris, atque conjugis tacet forsitan quod non haberet uirum proprium, & quod mos (ut alias dixi) sit ipsi Hippocratis nunquam aut rarissime nomina mulierum dicere, quod ita ad medici honestatem, atque integritatem pertineat. De habitatione autem locutus est forte Hippocrates non tantum ut magis aegram non tam faceret, quantum ut occasionem morbi mulieris ingenis acribus insinuaret; id quod Galeno quoque placuisse uidetur, qui scribit interpretes melius in hac historia, quam in aliis posuisse habitationem propterea propositam ab Hippocrate profiteri, quod aegritudinis occasio aquae frigidae lotio, & potus mulieri extiterit; cum enim, ante partum febreret, facile fuit ad sedandam sitim febris, pleurumque eam sumpsisse aquam frigidam, ut pote sibi in promptu existentem, unde post modum non fo-

lum maior obstructionibus data fuerit occasio; & consequenter febris incremento, uerum etiam factum est ut puerperia sint in tempestiue suppellex: siquidem frigidi proprium est adstringere, & sistere sicuti calidi laxare & ad motum concitare. De partu mos est Hippocrate ut etiam adnotauit soepius Galenus semper dicere foemella ne animas fuerit, quod non parum referat tum ad morbum cognoscendum, tum ad iudicium ferendum huiusmodi cognitio: diximus enim soepe numero foemellam in utero minus, quam marem consumere ob minorem caliditatem; ac propterea in muliere ex foemella praegnante multo plura excrementa cumulari, quae consequenter egent & copiosiore, & longiore euacuatione, ut si forte foemellam parienti purgantia, aut nullo modo ueniant, aut paucius quam conueniat, iure maius periculum iubeant, uehementiorique morbo afficiantur. Apponit ut dicebam tertio, id quod partum est consecutum, nempe purgationis cessationem, ut ostenderet si non morbo, saltem ipsius incremento inde datam esse occasionem, quod post partum foemellae non sit secuta ea quae

debeant purgantia. Sed uideamus, quae contingerint post partum, puerperiaque suppressa. Et hinc notandum est, quod tamen haec mulier ante partum etiam multo tempore aegrotauerit; nihilominus dies enumerat non a principio illius morbi, sed ad partum, quod occasio ipsius scilicet carentia puerperiorum effecerit, uel nouum morbum, uel saltem, qui erat ante multo maiorem, siquidem ante fuit quantum modo febriculosa *καταληψή*, id est in lecto decumbens, & absque appetitu post partum uero tertia die capta est febre acuta, cum horrore. Ante partum solent mulieres pleeraeque melius ualere ac appetere, quo tempore foetus multo plus consumit; atqui haec seces faciebat. ut ob hoc ueniam sit aliquam caussam externam accessisse, cuiusmodi est nimis frigida potus seu lorio, quae uentriculū laeserit, & consequenter inappetentiam, ac febriculam pepererit; quibus etiam illud malum accessit, quod decumbere in lecto coacta est, cum debeant mulieres praegnantibus quanto sunt partui proximiores tanto magis ad facilitandum partum sese mouere, & certe mirum fuit, nisi etiam haec mulier aegrae peperit, quamquam Hippocrates hoc dicere omittat, tanquam forsitan rem necessariam & propterea nemini ignotam. Sed hoc in loco oritur dubitatio, quomodo usu aquae frigidae appetitus sit laesus quando Hippocrates sexto Epid. sect. 4. textu. 20. scribit *ὁ δὲ κορδόν α' γρηπίν β' ὀρδόν*, id est aqua, & uigilia uoraces faciūt; ubi Gal. dicebat quae cogit in paruum locum sanguinem in tunicis uentriculi contentum appetitum gignere, & augere. Ad quod responderet uerum quidem illud esse in corporibus sanis, non in aegris, qualis erat huiusce mulieris. Itaque febriculolae ante existentem mulieri suppressa sunt puerperia; & forsitan ob antecedentem uisum aquae frigidae, quam adstringere, & Hippocrates & Plutarchus in libro de primo frigido clare docent, unde etiam facile est uidere superuacuos & retentos humores putredinem coepisse, quae addita antecedenti auxit malum, atque febrem acutam, & horridam peperit; Acutam quidem, quoniam periculosa fuit, & satis magna; horridam uero quod fomes putredinis esset potissimum circa uterum, qui sua neruea natura ubi percussitur horrere facit; imo Hippocrates primo de morb. mulieb. inter ea quae dicit consequi puerperia retenta ponit huiusmodi horrores, seu febres horridas. Cur autem rigorem prius deinde horrores fecerit, causa fuit, quia initio natura tentauit expellere humores putrescentes euenis, sed quia multi erant, non potuit oēs; unde relictū fecerunt continuam febrem quam committātur horrores, nam haec mulier quia antea febre laborauerat, ob id quali alsuetudine laedebatur; alioquin cum Hippocrates secundo & sexto Epid. dixerit mulieribus incipere rigores a lumbis, manifeste innuit etiam ab utero ipsos magis factos, imo uero cum post rigorem dicit febres continuas fuisse, acutas, & horridas, uidetur significare uoluisse tertia die a partu primum hanc mulierem fuisse a rigore tentatam, tum febri perrexisse magnas, & continuas, ita tamen ut humores circa uterum putrescentes ipsum percuterent, sicque hor-

rorem inducerent inordinatum, ita enim appellat febres ut alias dixi, horridas, in quibus sunt horrores, sed non statim diebus, & horis, quasi uero a prima die; hoc est post illum primum rigorem usque ad octauam diem facti sunt singulis diebus inordinati rigores, & partu qui proprie uocantur horrores, ut Galenus in libro proprio de horr. & rig. testatur & forsitan Hippocrates haud nominauit dies medios inter primam febris diem, quae erat tertia mali, & octauam, quoniam nullus fuit certus ordo februm incipientium, uel acutarum, uel delinentium. Itaque octaua partus die coepit delirare, & non solum in multis delirabat uerum etiam sequentibus diebus, tamen statim resipisceret. Cur autem commemoret Hippocrates accidentia octauae diei praeter suam consuetudinem forsitan fuit, quia septima die eam uisitatae haud potuit. Quod enim deliraret, in causa erat non tantum febris, quantum uerum male affectus ob malum partum nec non quia proximum habebat putredinis focum; certum enim est ut scribit Galenus in iusto sexti, Epidem. inter priorem cerebri partem, inter uterum & cor magnum esse consensum, quo fit ut Hippocrates in libro de uirgin. morb. dixerit patiente utero facile delirium, aliaque animi mala succedere mulieribus, praesertim cum uel menstrua, uel puerperia deficiunt. Quod uero statim resipisceret, fiebat, quia delirium erat tantum per consensum ab utero, neque ulla erat in cerebro ideopathia; ad haec alius turbata multa tenuia, aquosa, bile permixta fundebat, & praeterea erat absque siti. Circa quae uerba duo sunt consideranda, alterum est cur Hippocrates usus sit uoce *ὁ δὲ κορδόν*, quae non solet alias in simili casu uti, alterum est, quod ratione uoluit addere, quod esset sine siti. Etenim si uoluisse uerba nominare, quae propositae mulieri haud euenerunt, certe magnum laborem sibi sumpsisset. Circa primum Galenus monstrat tres fuisse huiusce uocis scripturas unam *ὁ δὲ κορδόν*, id est aquosa; & graminis colorem referentia; alteram *ὁ δὲ κορδόν*, id est aquae colorem referentia; quam etiam repertam improbat codicibus, reprobatur tamen Galenus licet Erot. eam ut uerē Hippocraticam celebrat, tertiam, *ὁ δὲ κορδόν*, id est aquam bili commixtam referentia; & quamquam non uideatur decernere manifeste ultra sit retinenda insinuat tamen quod maior contextuum pars habet *ὁ δὲ κορδόν*, quae uox significat foeces tenues bili commixtas cuiusmodi fere ea in constitutione semper fuisse antea praedixit. Circa aliud certe mirum erat febricitantem febre continua acuta cum alui subuloso fluxu non sitire, & ob id Hippocrates adnotauit & si alioquin antea dixisset magnam partem aegrotantium illius constitutionis fuisse absque siti; causa uero cur haec siti careret, non tam sententia mea erat delirium, nempe quod haud erat continuus, quam quod ob usum forsitan immoderatum, aquae adeo irrigatas fauces; & stomachum frigidū, crudifera succis referentur haberet; ut minime eam sitire permitterent. Cum autem Hippocrates dicat diebus nonagesimo octaua, & sequen-

tibus

tibus haec fuisse usque ad undecimam uerosimile est nil aliud noui in eis contigisse; sed quae iam adfuerant, perseverasse usque ad undecimam. In qua dicit resipuisse uerum tamen in coma primum incidisse, deinde in uigilias, atque interim urinas minxisse multas tenues, & nigras. VNDECIMA ergo quae erat partus, resipuit, quoniam feruor circa uterum remittebatur; & forsitan quia uapores calidi in cerebrum elati non modo mitigabantur, uerum etiam continuabantur: unde etiam fiebat, ut iure in coma somnolentum praecipitaretur, si quidem refrigeratum ab aqua cerebrum, simulque pituita referentur, & perfusum facile somnum excitabat, qui tantisper durabat, donec toto illo humore consumpto uigiliae subsequerentur; & hoc est quod ait Hippocrates primo prorr. phreniticis fieri comatosos, & contra. De urinis autem ita statuendum fuisse multas, atque tenues, quoniam corpus erat repletum multis succis crudis, atque tenuibus iam in antecedente morbo ex prauo uictu cumulatiss, nec non ob puerperia suppressa, quae etiam ad uescicam emandari docet Hippocrates eodem primo de morb. mulieb. Cur uero hoc tempore urinae factae sint nigrae Galenus tribuit & iure ipsi puerperiorum retentioni, quae magna ex parte melancholica esse consueuerunt, quod foetus in utero partem puriorem exugat, foecem autem ac partem foetidorem relinquit. Alia quoque ratione damnandae erant huiusmodi urinae, quia a muliere mingebantur dicit enim Hippocrates secundo progn. 33. in uirib. & mulieribus nigrae urinas pessimas esse, in pueris aquosas; Et aduertendum est undecima tantum die spectasse urinas Hippocrates, quoniam in puerperis, nisi aliquod sit magnum in eis, haudquaquam obseruari solent. Ab undecima, usque ad uigesimalam, quid huic acciderit, alio silentio praeteriuit, forsitan quia ipsam non uisitabat, nisi raro; neque enim debebat esse ipsi multum commendata; postquam erat sine marito, aut is sibi ignotus. Itaque VIGESIMA DIE primum circumfrigit scribit; sed uelociter rursum recaluisse, parum delirasse, uigilasse, uentrem inferiorem ut alias sese habuisse, urinas autem minxisse aquosas, & multas. Certe hac die, quae est ultima decretoriorum in acutis, uidetur natura tentasse crystallum, atque non potuisse eam perficere materia existente cruda. Etenim illud ingens frigus, atque subitanea recalcactio operauerunt facultatis naturalis morbificam materiam expellere conatae & quemadmodum in motu omni critico solent symptomata grauius furoriri; sic factum est ut in hoc delirium, uigiliae, ob motum illum comparuerint. Et notandum est dixisse Hippocrate non simpliciter riguisse, sed *περὶ ἡμέρας*, id est circumfrigit, quia mulieribus ut dixit secundo, & sexto Epid. rigores incipiunt a lumbis; huic autem simul in toto corporis ambitu coepit rigor, quoniam non tantum in utero, uerum etiam in uniuerso corporis ambitu erant prauis humores eo diffuso ob retenta puerperia. Alius autem fudit conuicta, & uescica multa, & aquosa, quoniam ut antea dicebam corpus eius crudis, aquosis, copiosisque humoribus abundabat, tum ob errores antea factos, tum

ob melancholiam quam in hac aegritudine potissimas partes habuisse dicit Hippocrates in fine historiae. Etenim ubi melancholia est, ibi quoque multum feri ob incoctionem facti esse praeter Hippocratem, & Aristot. dicentes melancholicorum sanguinem esse ichorosum attestatur experientia, quae uidemus maiorem melancholicorum partem copiosè puram aquam expuere, ut quarta uarij copiosè semper sudant; illud certissimum, Hippocrates ubi uidebat morbum fore longum, interuallis etiam longis aegros uisitasse. Etenim hanc a uigesima incipit uisitare solum per septimanas, cuiusmodi est uigesimala septima, cum uigesima. VIGESIMA & EPITIMA quae est primus septenarius morborum ab acutis decidentium dicit fuisse absque febre, & alium fuisse suppressam, quae cum euenierit materia adhuc existente cruda minime erant fida signa, sed febris ita uita erat, repente, & importunè occultata; sicut alui mala fluxio haudquaquam erat penitus finita; sed potius alio conuersa, idque euidenter docuit fortis dolor coxae dexterae, qui non multo post successit, scilicet materia eo ab intestinis translata; sicut enim ex colico, ut dicit Paulus Aegineta libro tertio soepe. fiunt arthriticis dolores, tum ob translationem materiae ab aluo ad articulos tum etiam quia partes, quae mittebant ad intestina interdum sua sponte mittunt ad ipsos artus; Sed non solum monstrauit, quod dixi, dolor, uerum etiam & febres secutae, quae multum temporis durarunt; nimirum noua materiae, quae recenta fuerat putrefactio. Urinae similiter aquosae demonstrarunt bilem quae per aluum, & urinam fundebatur, iam alio mitti nempe ad ipsam coxam, alioquin ille dolor minime potuisset usque adeo fortis esse, nisi pituitae bilis, ut uehiculum ad mixta dilacerasset membranas ipsi coxae articulo adiacentes, sicque continui solutionem faciens dolorem intulisset. Cur porro potius in coxam, atque in dexteram decubuerit materia fuit quoniam coxa articulus maximus est, qui omnium maximè laborat; ob idque suo motu naturam inuitat ad propellendum in sese: quam obrem etiam potius in dexteram factus est decubitus; quia ab ea incipit motus; praeterquam quod facile potuit contingere ut ea pars dextera esset magis affecta. Tam uero quod diu dolor perseverauerit in causa sunt pituitae crassities bili commixtae, siquidem ut ait Paulus Aegin. libro tertio. cap. de cox. dicit, dolor hic differt ab arthritide, quia non ab humore crasso uiscido. Atque haec ad quadragesimam usque, in qua deinceps ad numerationem. facit per uigesimalas usque ad octuagesimam in qua perit, & sanè consueuit Hippocrates morbos diuturnos mensurare interuallis adeo magnis, non tantum, quia raro huiusmodi aegrotos uisitabat, quantum quia morbi longi uix ulla faciunt insignes, & obseruati dignas mutationes, nisi longo tempore, eo quod materia est frigida iam atque tarda; facultas etiam non admodum ualida, & concitata.

QUADRAGESIMA igitur DIE. dolor coxae leuatus est, sed tussis multae, & humidae successerunt; atque id prope contigit, quae alias Hip. 2. Epid. sect.

fectio. prima. dicere solebat tumentibus testibus solui tusses praesistentes, & de conuerso tumores restium tolli a succedentibus tussibus; atque id esse argumentum conuenientiae, seu communicantiae inter eas partes: sed potest esse conuenientia inter testes, & pectus per uasa, at quomodo sit inter coxas, & pectus, non ita patet; nisi dicamus esse non uasorum communicantiam; sed articulorum dorsum. At cur Hippocr. hic repetit aluum fuisse suppressam. Etenim iam antea idem dixerat & poterat sufficere. Sed aduertendum est ubi Hipp. facit similes repetitiones, nunquam sine aliqua ratione eas facere, ut hic quod propterea fecit, quoniam docere uoluit, ad tusses illas multas, atque humidas faciendas, ualde conuulsisse, quod alius adhuc consisteret pergeret; alioquin si fuisset iterum fusa; rationi consonum fuisset materiam a pectore, ubi faciebat tussim, fuisse abducendam; ob idque tusses diminutum iri debuisse. Et quemadmodum humor translatum in spirituales partes erat causa tussium sic latus in stomachum illam inappetentiam producebat; quae maxime omnium fieri solet, quando nimium os uentriculi, atque adeo totus ipse stomachus humectatur; hoc tempore fuerunt, & urinae eadem, scilicet aquosae, quae indicant non dum naturam coctionem materiae bonam moliri, ut hoc argumentum esse potuerit maximae morbi longitudinis, nisi alia symptomata superuenissent, quae interitum attulissent. Quod autem pertinet ad febres, nunquam a quadragesima, usque ad sexagesimam profus dehisce dicit Hippocrates, uerum tamen erratico modo exacerbantur, quod non minus fiebat opera humoris melancholici in aegra exuberantis, febresque erraticas facientis, quam a uarietate materiae, atque locorum, ubi putrescebat; neque enim assentior illis, qui existimant hanc mulierem habuisse febrem habitualem hoc tempore, quod dicit Hippocrates ipsam non fuisse; absque febre; quando quidem erraticus ille typus & acutius interdum apparrens, interdum non ostendebant manifeste uitium fuisse non in membris solidis, sed in humoribus putrescentibus.

SEXAGESIMA. Porro a sexagesima usque ad octuagesimam tot grauius euenerunt, atque miseram aegram ad interitum produxerint; Nam quod dixit in antecedente aegro Parionis filio eum in diuturno morbo errasse circa quantitatem, & qualitatem ciborum commisisse; qui & longum & exitiosum morbum fecerunt, idem quoque suspicari licet in praesenti aegra fuisse; ut scilicet peccauerit in morbo circa uictum quemadmodum fecerat ante partum; praeterquam quod puerperia, quae nunquam redierunt assiduum morbo, & fomitem, & incrementum attulerunt. Primum autem malum, neque aspernandum, quod sexagesima comparuit, cessatio fuit tussium, atque ea sine signo ullo uel salutari, uel coctionis; dicebat Hippocrates secundo Epid. cuncta quae disparent sine signo insida esse, quia uel reciduum uel mortem minantur; Quod tusses absque signo dehiscent, ex eo demonstrat Hippocrates, tum quia nunquam in spuit apparuit coctio, quae sputa statum pectoris,

A atque partium ad id attinentium declarare consueuerunt; tum quia non est factus ullus alius abscessus ut tussium, quo dicebamus nuper ex Hippoc. tusses finiri, aut aliarum partium; ex quo loco colligere licet quod Hipp. non semel scripsit, & maxime sexto; Epid. tres esse modos quibus legitime & secure solent finiri morbi cruditum, coctionem, & abscessum, atque hoc tres modos appellare solet Hippocrates *σημια*. id est signa; eosque morbos dicere finiri absque signo qui desinunt absque ullo, uel pluribus ex tribus. Verum praeter hanc absque ullo signo tussium defectionem, accesserunt alia mala forsitan haud minora, nempe maxilla dextera conuulsa est; comatosa euasit rursusque delirauit; & subito ad mentem rediit. sicut. n. consensus est inter genitalia & pectus, sic etiam intercedit inter hoc, atque ipsum caput, & cerebrum, ut manifeste probat experientia, quando tussimum maxime affici partes com- plures capitis, scilicet oculos, aures, nares; ut etiam dicit Arist. in prob. sect. 32.6. & 33. primo exemplum aurium usus, ex quo minime mirum est, si materiae decurrentis ad partes spirituales factus est transitus ad neruos maxillae dexterae motricem facultatem deferentes; nec non etiam in ipsum cerebrum, quo humore ille crassifacit; nec admittentes transitum praedictae facultatis contractionem musculorum uersus proprium principium fecerunt: hoc autem perfusum, & ueluti imbutum pituitoso succo somnolento comate oppressum est. Delirium autem propterea exiguum, & pene momentaneum fuit, quoniam materia quae tussim faciebat, & quae restagnans in caput conuulsionem maxillae dexterae & coma soporiferum pepererat, maxima ex parte, imo ex toto erat pituitosa; si qui uero uapores feruidi a materia putrescente, & febres inducentis sursum eleuabantur ij calefacientes, & percurrentes cerebrum euigilabant, delirium quoque pariebant; sed quoniam a copia pituitae statim obruebantur; & re frigebantur hinc contingebat, ut cito delirium desineret. Ad cibos inquit Hippocrates *αὐτὸν ὀψώνων* se se habebat, quam uocem quasi admirans Galenus ut pote ipsi Hippoc. inuitatam, & ut ipse loquitur *καὶ ὄψωνος*. hoc est male affectatum dicit significare quandam inapetentiae excessum, atque ciborum abhominacionem; atq; hoc signum esse prauorum humorum, scilicet uentriculi os magno opere laedentium in linguis uero exponit *ἀνὰ τὴν γλῶττιν*. Si enim uim uocis consideramus, planè ut etiam exponere uidetur Helychius, significat auerfo esse animo, & quasi nil curare pro salute cibum; sed utrumque sit, uult sane Hippocrates significare singularem quandam inappetentiam, & eam tandem, qua dicit Galenus retro nonnullos in pestifera sui temporis constitutione, ita laborasse, ut potius mori, quam cibos sumere eligerent; id quod, ut alias dixi, non tantum facultatis naturalis extinctionem, quantum uitiosorum succorum prauitatem significabat. Verum tamen non est intelligendum, quod eadem sexagesima die praecise contigerit, sed post ipsam quemadmodum etiam, quod consequenter dicit, nempe maxillam credidisse quodque factam insinuat ab subssecuto alui fluxu bilioso, quamquam ex quo;

sicuti

sicuti enim paruus, & recens erat affectus, sic minime fuit mirum; parua illa diuersione fuisse leuatum; cum aliis Hippocrates dixerit in aphor. lib. 4. 28. surditatibus si superueniant defectiones biliosae eas sedari. Veruntamen haud ea fuit conferentia, ut potuerit inhibere; quin secuta sint deteriora, nec uera causa fuit conuulsiois maxillae solutae, quandoquidem aucta est febris, proxime octuagesima, cum horrore atque uoce in consequentibus diebus priuata est, idque non alia factum est ratione quam quod materia, quae prius faciebat conuulsionem in neruis ad maxillas mouendas desinatis ob uicinitatem est translata ad neruos mouentes masculos thoracis uocis faciendae inferuentes; quod etiam nocuumtum haud semper durauit, sed priusquam octuagesima die moreretur, iterum ad mentem rediit, atque locuta est; quasi uero non solum uoce, uerum etiam mentis sanitate priuata esset. Quomodo mortua sit haec mulier haud Hippocrates dicit aliud, nisi eam octuagesima perisse, neque uero tabe fuisse consumptam existimo, cum neq; febris hoecticae, seu tabidae, quam in antecedenti historia sub nomine *αὐπνοίας* significauit; neque alterius tabidorum symptomatis meminerit; imo uero usque ad mortis diem uideur acuta febre laborasse; ut propter hoc potius uel febris prauae, & alimenti defectu interierit; siquidem Hippocrates in enarracione symptomatum uniuersalium dicit ipsam semper fuisse sine ullo ciborum appetitu. Iam uero more suo Hipp. postquam sigillatim particularia symptomata enarrauit; quae omnia aegritudinis tempore habuerit enarrat; id quod potissimum fecisse uidetur, in his casibus, in quibus ipse cum assiduum haud fuerit, diligenter saltem intelligere uoluit; quae uel semper uel frequentissime mulierum aliorum aegros exercebant. Dicit itaque (quod pertinet ad mutata excrementa) urinas fuisse nigras, tenues & aquosas; quod ad actiones laesas, incendium esse passam, inappetentiam, timores, uigilias; iras; anxietudines, & tandem circa mentem melancholicam; Et certe si cuncta haec postrema enarrata symptomata expeditamus, dubio procul timor, uigilia, ira, & quiescentia impotentia sunt puri melancholici humoris opera, qui non modo, ut dicebat & Arist. in fine septimi Ethicorum, assidue corpora melancholicorum mordet; & consequenter *δυσσώπια* illam facit; uerum etiam spiritus animales, ut dicebat Auicenna, ob tenebras, atque cor occupans timores; & iracundias, simulq; uigilias inducit; etenim melancholici cum agantur perpetuis quibusdam, & uarijs phantasmatibus, uel nihil dormiunt, uel somnos admodum turbatos habent. Haec uero mulier fucce melancholico abundasse, antea cum Galeno diximus, scilicet ob puerperia retenta, quae tantam vim habuerunt, ut uniuersos alios humores contaminauerint, atque ad insignem, & foedam corruptelam deduxerint, ob quam tandem natura profligata occubuit. Ceterum illud potest esse dubium; quomodo habuerit perpetuo urinas tenues, aquosas, & nigras; nam aquosas si intelligamus colore, quomodo igitur nigrae; sin autem substantia; ad quid dicit fuisse tenues, cum similes aquosae sint semper tenues? nisi dicamus has

A tres qualitates haud esse simul intelligendas & coniunctas; sed potius separatas, quasi, toto tempore aegritudinis fuerint; modo tenues simpliciter, uel etiam nigrae; modo aquosae; quamquam si uel tenta partus purgamenta fiebant urinae nigrae, ut uidetur placuisse Galeno, haud uideri seu intelligere possum, quo pacto simul aut tenues, aut aquosae extiterint; quando purgamenta uel sint melancholica, etiam crassa sint, propterea quae crassas urinas reddant, uidetur necesse. Modo ad curationem, quae & hoc in casu initio debuit incipere a uictus tenuis institutione; qui licet post institui potuerit paullo largior, tamen debuit semper esse regularis, quoniam ut dicebam in antecedente historia, nil est quod magis morbos protrahat, atq; deterioris reddat, ac mala uirae ratio. Etenim ut ait Auerr. tertio col. cap. 30. uentriculus & intestinae frequenter dolent, quoniam in his frequenter conuulsuntur errores; non fluebant puerperia, & uerisimiliter usu aquae frigidioris oblaesa habebat uiscera maxime uentriculum; unde operetrium facit ut cibos sumeret non ita frigidus ut postulabat forsitan febris natura; sic & aperientibus utendum erat ob purgamentorum prouocationem, nempe hyssopus in edulis, & radix petroselinum in coqui assiduo poterant. Nam de stomacho sapienter Auerr. septimo col. 26. mandabat ut eius semper ratio habeatur, ne nimium refrigeretur, tum quia sua per natura frigidus satis est, & ut plurimum unaquaque res facile suscipit eam alterationem; ad quam plus complexio naturaliter inclinatur. Vnde stomachus frequenter frigidus passionibus tentatur, tum quia habet operationem ceteris membris communicantem; ob idque princeps communicans uocatur & membra quae tale officium habent, minime multum debent infrigidari, ne uirtutes eorum ceteris membris famulantes laedantur, sic Hippocrates sexto Epidem. *ἢ καὶ τὸν ὑπερπαισῶν, ἢ τὸν ἰσχυρῶν*; id est uentriculi stupefactio omnium confusio, & in lib. de aff. stomachum assimilabat mari, quod ab omnibus recipit aquam, & cunctis tradit; propter quod Serenus medicus dicere solebat.

*Qui stomachum regem totius corporis esse contendunt, uera nui ratione uidentur, Huius enim ualidus firmat tenor omnia membra,*

*At contra eiusdem franguntur cuncta dolore.*

Post uictum institutum statim cogitandum fuit de uenae sectione. Verum potuit illud facere nonnihil dubitationis, quod mirabilis ille Auenzoar ille laudatus tantopere ab Auerr. saepe, & maxime in hoc commendatus lib. septimo col. cap. primo, uoluit prius mundificandum esse corpus, deinde phlebotomandum, ne scilicet uenae exinanitae attrahant ad se humores malos redundantes, atque sic ijs repletas malum augeant. Verum haec in re prudentia agendum ut si prima uiae; & uasa ampla sint plena, exinaniantur prius dieta, uel si non ferat tempus aliquo blando medicamento, aut nec id ferente morbo, statim clystere acriori fiat. similis ab Auenzoare optata mundificatio, atque statim ad sanguinis missionem audacter descendatur, idq; aut praestitam esse in casu proposito ab adstantibus medicis; aut

uicij

*Et nota quod  
seru scilicet non  
admirandum  
et per se*



aut saltem praestari debuisse non dubito. De loco  
 aliis dixi in summa plenitudine inchoandum esse  
 à dexteri cubiti vena, deinde ad tali vel poplitis ve-  
 nam esse descendendum. Atque hic occasio praecipua  
 sit, statim ad venas pertundendas inferiorum par-  
 tium deuenire oportebit, cumque in totali com-  
 pressionem puerperiorum expediat multum sangui-  
 nis mittere, nisi semel fieri adeo largam missionem  
 vires patiantur, erit partienda ut scilicet bis, atque  
 etiam ter hat, vel si non semper vena secta euacua-  
 re placeat fieri semel quoque cucurbitulis scarifi-  
 catis poterit; quo in genere valebunt quoque non  
 parum ad prouocandas optatas purgationes assidu-  
 aed functiones atque ligaturae earundem partium  
 inferiorum. Veteres etiam spongiis aceto imbutis,  
 & expressis pedibus alligatis solebant similes men-  
 struorum, & puerperiorum prouocationes tentare,  
 quocirca licebit quoque nobis experiri similia vsu,  
 & ratione probata. Quod vero spectat ad phar-  
 macorum vsum fuit haec mulier toto morbi tem-  
 pore melancholica, & forsitan etiam ante partum;  
 quare oportebat omnia medicamenta alterantia huc  
 spectare, vt hic humor debellaretur tum confectio-  
 nibus laetificantibus vocatis, tum vsu frequentissi-  
 mo boraginis, buglossae, mellissae; passa est etiam  
 semper vigilas, vt faciunt melancholici, quae om-  
 nia vires magnopere auferunt, atque omnes coctio-  
 nes impediunt, & retardant; iccirco, ipsis quoque  
 superandis erat studendum cum lotionibus, aut per  
 fusionibus crurum, & brachiorum, cum odoramen-  
 tis ex anetho, papauere, solatro; cum vnctionibus  
 temporum ex oleo violato, nenapharino, & philo-  
 gni romani modico, solemus pariter vti expressione  
 seminis papaueris albi ad vnicia mensuram: quo nõ  
 conferente vnicia vel sesquiuncia syrups de papauere  
 exhibetur, quemadmodum hoc non conferente,

Quena? coactio

Quena? coactio

ad somnium

HISTORIA VIGESIMANONA.

**N**THASO Pythionem, qui decumbebat supra Herculis ae-  
 des, ex laboribus, & lassitudinibus, & vitae ratione facta negli-  
 genter rigor magnus, & febris acuta corripuit: lingua praearida,  
 siticulosus, bile abundans; non dormiuit; vrinæ subnigrae; e-  
 naeorema eleuatum, non subsidebant. SECUNDA circa me-  
 ridiem, refrigeratio extremorum. circa manus, & caput magis;  
 sine loquela, sine voce. breuispirus: ad multum tempus recaluit; sitis: noctem  
 quiete; sudauit circa caput parum. TERTIA die quiete: vespere circa Solis occa-  
 sum subrefrigeratus est parum, turbatio nocte; laboriose: nihil dormiuit, ab aluo  
 autem pauca, compacta stercorea exierunt. QVARTA mane quiete: circa vero  
 meridiem omnia exacerbata sunt: refrigeratio. sine loquela, sine voce: in deterius:  
 recaluit post tempus: minxit nigra, enaeorema habentia: nocte quiete dormiuit.  
 QVINTA visus est alleuari: secundum autem aluum grauitas cum dolore, situ-  
 culosus: noctem laboriose. SEXTA mane quidem quiete: vespere autem dolo-  
 res maiores: exacerbatus est: ab aluo autem vespere clysterulo honeste secessit. nocte  
 dormiuit. SEPTIMA die anxiosus; subfastidiebat: minxit oleosum: nocte tur-  
 batio

omnes par 10  
 3. 1. 76  
 quod est hipp. gdm  
 diei 10 dbyse di  
 diei 10 ad d. r.  
 quod est hipp. gdm  
 quod est hipp. gdm  
 quod est hipp. gdm

batio multa: obloquebatur, nihil dormiuit. OCTAVA mane quidem dormi-  
 uit parum. cito autem refrigeratio. vocis priuatio: spiritus exilis, & imminutus: se-  
 ro autem rursus recaluit: delirauit: iam vero ad diem parum alleuiatus est: deiectio-  
 nes sinceræ, paucae, biliosae. NONA comatosus, anxiosus, aliquando excitaba-  
 tur: non valde sitibundus. circa vero Solis occasum morbum difficiliter tolerabat:  
 obloquebatur noctem malam. DECIMA mane absque voce: multa refrigeratio:  
 febris acuta: multus sudor, interit: in paribus labores huic.



**N**THASO Pythionem qui decum-  
 bebat super Herculis sanum. In cor-  
 poribus praeparatis, atque etiam non  
 ita praeparatis ad morbos fieri statim  
 à causis externis vehemensimos mor-  
 bos hoc Pythionis exemplum ab Hippocrate nobis  
 relictum satis docere potest, quod ex laboribus, las-  
 situdinibus, & vitae ratione negligenter adhibita  
 prima febris acuta cum prauis symptomatibus fuit  
 captus, ita vt iure dixerit Galenus huic à principio  
 cuncta signa exitiaria contigisse. Sed ad examen  
 historiae veniamus. IN Thaso Pythionem. Qui  
 initio huius tertij libri commemoratur Pythion  
 ab hoc diuersus fuit, quoniam is non erat forsitan in  
 Thaso, & apud Terrae templum habitabat; hic ve-  
 rò in Thaso supra Herculis templum decumbebat;  
 sed cum vterque idem nomen haberet, atque iuxta  
 templa habitaret, valde suspicor, ne potuerit com-  
 mune aliquod ministerium circa ipsa templa Deo-  
 rum habuisse; quae de re plura dixi cum illam alter-  
 ram explicarem historiam. Fuit Hippocrates in hac  
 historia referenda admodum diligens, & accuratus,  
 vnde non modo credibile est eum diligenter vilitasse,  
 verum etiam ipsius amicum atque beneuolum  
 extitisse, vel forsitan ob pietatem erga viros sacros  
 tanta sedulitate est vsus. Ergo nos quoque Hippo-  
 crates sedulitate sequentes cum ipso singulorum  
 dierum symptomata contemplantur. Fuerunt autem  
 prima die complura, vt pedetètim videbimus,  
 quae antequam Hippocrates enarret causas aegri-  
 tudinis procatarticas, & euidentes vocatas propo-  
 nit, nimirum labores, lassitudines, & prauum victum:  
 Circa quas illud scire operae pretium est in constitu-  
 tionibus pestiferis, quicumque vagantibus morbis  
 non capiuntur, necessario pene aegrotare. ob caus-  
 sas alias externas, quam aeris; siquidem qui habent  
 internas corporis dispositiones, à vitioso aere facile  
 afficiuntur, vt Hippocrates lib. de flatibus, omnium  
 prius docuit, sique non habent aptitudinè, & nihi-  
 lominus aegrotant, ob aliam causam externam mor-  
 bo tentantur; illud vero accidit huic Pythioni, vt  
 cum laborasset delassatus fuisset, atque prauo esset  
 victu usus, incidere in febrem acutam cum rigore  
 magno antecedente: & certè illud compertissimum  
 est eos, qui plurimum laborant; & incallescunt, ne-  
 cessario plurimum aeris attrahere, qui si fit morbi-  
 dus & pestifer planè tanto magis afficit; praeterea  
 vt scribit Aristoteles quinto Probl. septimo, lassitu-  
 do & labor faciunt, vt multi humores antea conge-  
 lati colliquantur, qui si vomitu reiciuntur, conse-  
 runt; sin retineantur sunt fomenta pesti. Dicit pri-

**A** mum ex laboribus, quoniam labores antecedunt  
 lassitudines, imò haec ex illis fiunt, cum enim vox  
 πρὸς τρία significet Hippocr. vt Erasianus in onom-  
 astico docet; & Galenus sexto Epid. sect. quinta,  
 aphor. nono, s. dolorem, exercitacionem, & vehe-  
 mentem corporis motum, ab hoc postremo atque  
 eo vehementissimo laborasse Pythionem aequum  
 est existimare, vnde iure lassitudines quoque; est pas-  
 sus; & certè absque insigni corporis praeparatione  
 possunt quoque à nimis erroribus fieri morbi; qui  
 quamquam ut plurimum sint minus exitiosi factis  
 ab internis causis, attamen possunt euadere & ipsi  
 quoque perniciosi, victus prauus, sub quo intelli-  
 git hic Hippocrates haud dubiè cibum atque po-  
 tum, possunt qualitate, quantitate, atque tempore  
 peccare, quibus omnibus forsitan cum Pythion pec-  
 casset, aequum est multos partim crudos, & partim  
 biliosos, prauosq; succos accumulasse, qui non mo-  
 do ipsum aptum ad coli morbum suscipiendum ef-  
 fecerunt, sed ad quempiam alium etiam prauum.  
**C** RIGOR. Fieri temper consueuisset post rigo-  
 rem febrem creberimè testatus est Galenus, & nos  
 quoque non raro indicauimus; vnde prout quoque  
 rigor est, sic febris subsequens sit oportet; rigor fuit  
 magnus in Pythione, & febris acuta est consecuta;  
 sed dicit aliquis cur rigore statim tentatus est?  
 cum enim laborasset, videbatur potius labor ratio-  
 ne caloris curare debuisset rigorem, quam facere,  
 nisi dicamus id quod scribit Aristoteles loco citato,  
 vbi quaerens rationem, propter quam aliquibus  
**D** quanto magis defatigantur eo magis oriuntur  
 vlcera ac tumores circa cutem, respondetur & opti-  
 mè, id esse quod propter copiam necnò crassiem,  
 & visciditatem humor peccans non possit expelli  
 à natura; vnde remanet in cute, vlceraque illa au-  
 get; paripacto hic labor haud potuit praecidere rigo-  
 rem, quia humores illi terri & acres non poterat  
 expelli, vnde retenti & cumulati, necnon lati per  
 partes sensibiles, rigorem illum pepererunt: Quae  
 autem hunc morbum secuta etiam sint symptoma-  
 ta, videamus modo; quod enim spectat ad actiones  
 animales laesas, non dormiuit; quod ad naturales  
 habuit linguam siticulosam, aridam, & biliosam.  
 Quod ad excrementa mutata, non sudauit, eius vri-  
 nae erant subnigrae, appendiculum sublimè habent-  
 tes. Quod non dormiuerit factum est, tum quia pri-  
 ma die fuit febris cum calore magno, & bile vtraq;  
 putrescente in vasis maioribus atque circa ipsa vi-  
 scera; tum quia linguam habebat exulsum ob in-  
 cendium, biliosam, & siticulosam; nam quia fieri po-  
 test vt quispiam dormiat qui perpetua siti, & tanta  
 lingua

linguae molestia afficiatur: & certe mirum est prima die febrem huiusmodi factam esse usque adeo ardentem, ut tot facua symptomata attulerit, quales praeceteris vrinae fuerunt subnigrae, quas dicebat Hippocr. secundo prognost. 23. semper esse deteriores in viris praesertim, quando sunt ex febribus ardentibus sanguinis serum peruentibus cuiusmodi fuerunt Pythionis, quae etiam habuit suspensio-nem eleuatam, & vt putandam est, ipsam quoque subnigram: sed ad quid addit ipsum non sudasse, quid enim mirum est febricitantem prima die non sudare, aut quid potest docuisse Hippocratem hac obseruatione; quod non sudauerit? Mirum sane erat laborantem febre a rigore inchoata non sudasse, siquidem aliis docuimus, vbi magnum rigorem magnus calor sequitur, semper fieri initio sudorem, praesertim quando robusta natura materia in lacta rigoris attenuatam longè lateq; propellere potest; vnde necessarium videtur, vt quando non fit sudor, vel ea materia immenso ardore prius consumatur quam in sudorem conuertatur; vel retenta in venis febrem continuam faciat cuiusmodi Pythioni euenisse putandum est. SECUNDA POST MERIDIEM, Verè dicit Galenus duo fuisse, vna hoc in casu singularia, vnum quod parib. diebus factae sint exacerbationes atque ipsa mors, alterum quod statim initio morbi visa sint signa admodum exiti- alia, quod facile cognoscetur, si quae secunda die ipsi euenerunt, diligenter aduertamus. Etenim primo circa meridiem refrigerata sunt extrema, & Hippocrates ubique clamat, & praesertim s. aphorism. primo, in acutis morbis frigiditatem extremorum esse malam, sicuti & alibi dicebat interiora vri, & exteriora frigere esse mortale; & notauit eiusmodi frigiditatem potissimum fuisse circa manus, & caput, eo quod solent haec partes in febribus acutis maximè calere; & praesertim si quando febris vllas videtur habere remissiones vt ob hoc multo maius fuisse malum ex se videretur. Ad haec factus est eodem tempore sine loquela, sine voce, & breuispirus multo tempore; quod pertinet ad loquelam, & vocem iure eam praeposuit Hippocrates; quia sicuti vox est quae primo formatur, deinde sequitur lo cutio, sic viceversa prior deficit sermo, deinde uox; & Galenus in comm. multa dicit grammaticae hae de re; sed illud est verissimum multo deterius esse, quando aegrotantes nequeunt plorare, gemere, & clamare; quam quando sermonis tantum, & loque- lae facultas auferitur, quoniam vbi haec tollitur, so- lius linguae ressolutionis opus est; vbi autem vox fieri non potest, illud extremae facultatis motricis imbecillitatis atque extinctionis argumentum est. Sed illud dubium est quomodo secunda die potue- rit tanta adeste facultatis mortificatio, vt nec ge- mere, nec clamare potuerit, id quod solet fieri in cistissime perituris. Sabinus interpres antiquus, qui vidit forsitan hanc difficultatem, dixit Hippocratem sub nomine *επιπνοσ* intellexisse carentem omni vo- ce, sub nomine vero *επιπνοσ*, intellexisse, perinde ac si dixisset apoplecticum esse factum; atqui inquit Gal. haud hoc fieri potuisse, quoniam cetera quae contigerunt Pythioni, haudquaquam conuenie-

*dig. loc. i. m. d. h. p. p.*

bant cum apoplexia, quare fatuus est dicere Hippo- cratem haud prophonia intellexisse totalem, & consumatam vocis priuationem, sed exitem eam, & paucissimam; sic enim Hippocr. vt & Heraclides solent vocare *επιπνοσ*, non quidem integram priua- tionem respirationis, quia haec est pura mors, sed breuem & vix perceptibilem; quemadmodum etiam Arist. initio lib. de Hist. animal. appellat nonnullas aues *επιπνοσ*, quae habet pedes paruosissimos; neque enim ipsi nota fuit manucodiata vocata auis pere- grina nouiorbis, quae penitus orbata est pedibus. Quod fuerit breuispirus, inquit Galenus, fuisse ob caloris natui pauca tatem, nec a febre auctam ob quam tatem; & parua fiebat respiratio; nam sic in- quit Galen. vocari breuispiritum, vbi raro, & parum potat; quamquam aliter dixisse uideatur primo de diff. resp. cap. duodecimo. Quod vero spiritus paru- us, & rarus fiat a frigido, luculenter declarat secun- do de diff. resp. cap. octauo, sed si ira est, cur ergo addit sitim; vt indicaret ex his fuisse ardentibus, quorum interiora uruntur, & exteriora frigent; erat enim ardor in partibus naturalibus; frigus vero cir- ca cor, unde breuis spiratio fiebat; quemadmodum similiter fieri in febribus prauius pulsus rarus dicit Galenus tertio de praef. expul. 5. Verum dicit ali- quis quomodo fieri potuit vt prae febre ardente frige- ret, & nihilominus cor ipsius ita refrigeratum esse- set ut breuiter spiraret? Hunc modum explicat Galenus loco citato, vbi dicit fieri aliquando febre magnas cum intemperie cordis frigida, quae uel est secundum corpus, vel secundum humores; vnde po- test fieri vt humores calefiant, corpus tamen nequa- quam, & est quando a violentia veneni iugulatur cordis calor, adeo quod omnino febris haud appa- reat; atque haec sunt illae febres, in quibus saepe ignari medici falluntur existimantes aegros bene ualere, cum tamen pereant; & hoc est etiam quod dicebat Auenien. pulsus aliquando & urinas uideri sanas, tamen mortem proximam esse; & neque ualer quod character febris sit caloris auctio circa cor, & propterea non posse stare febrem cum cordis refri- geratione, quia ista refrigeratio non est uera refri- geratio, quasi uero cor sit frigidius quam pro statu suo naturali conueniat, sed quia illa auctio caloris usque adeo exigua est, vt nullam uel paruan mutati- onem in pulsu & urina faciat. RECALVIT. Quod non fuerit tanta facultatis motricis mortifi- catio haec, quae eadem die facta sunt satis declarat, siquidem non modo recaluit, uerum etiam sitiebat noctem quietam duxit, & circa caput sudauit. Ete- nim recaluit, quoniam calor natuius, & si obrutus paulisper fuisset, attamen post aliquot horas sese exeruit, & factus maior sitim auxit, & quietem at- tulit nocturnam, simulque caput, quod prius ualde erat occupatum, exiguo illo sudore, ita leuauit, ut potuerit dormire; quamquam uerissimilius est prae- cessisse somnum, atque adeo somno ut fit caput; ubi erat morbus, sudasse, haud multum tamen, quonia haud erat adeo recreata facultas ut posset insignè ulla facere expulsiorem. TERTIA die. Mira- bilis diligentia Hippocr. hoc in casu describendo, die- tertiam inquit, diuersum fuisse Pythionis statum, sci-

licet

licet alium die, alium post Solis occasum, alium nocte. Interdu quietem habuit, idque factum est, quia diebus paribus exacerbabatur hic morbus; est au- tem tertia inter impares. Circa Solis occasum, quia incipiebat quarta, tunc coepit exacerbatio, vnde facta est parua refrigeratio, nempe quod noua alicu- bi incipientis humorum peccantium putrefactio atq; caloris natui retractio sensum frigoris, vt par est, induceret. Porro nocte facta est turbatio *επιπνοσ*, id est laboriosè, laeta febre; vnde merito nihil dor- miuit, atque alius foeces reddidit paucas, & com- pactas: quo enim ad foeces aliqui contextus Graeci & interpres loco dictionis *συμπε*, id est paucas habent *συμπε*, id est frigiditas, verum huiusmodi le- tio falsa est, siquidem in frigidissimis constitutio- nibus fiunt quidem alui durae, & conspitate, vt Hippocrates sexto Epidem. docet scribens *η κατα- συμπε τα κατα κοιλιν επιπτε*, at quod fiant actu foe- ces frigidae, nusquam dixit; quamquam fieri possit, vt sint tepidiores: nec ualet quod Galenus dixerit primo de temperamentis quoque pituitam actu fri- gidam per vomitum excerni, quoniam haud est in ipso corpore actu frigida, sed inter exundum cum esset intus tepidior statim refrigeratur, veluti etiam interdum usque adeo statim durefcit, vix ut possit cultello incidi. Cur vero potius nocte alius sit mo- ta, effecit accessio, & molestia illa nocturna; saepe enim videmus ijs qui aliqua sollicitudine tenentur, sicut & qui timent, alium vt dicit Aristoteles sect. Probl. 2. 26. & sect. 4. 8. & sectio. 27. 2. 3. 5. incitari, atque tanto magis, quando repleta est foecibus, cuiusmodi fuisse in Pythione par est existimare, in quo nec sponte, nec arte motam esse alium usque ad tertiam diem narrat Hippocr. QVARTA die summo mane quieuit, forsitan ob praecedentem no- cturum laborem: Nam solemus omnes etiam sani vbi noctu corpus constitutum est, accedente mane dormire, tñ ob aeris frigiditatem, tum maximè quia lassus solet aliqua quies, & somnus tunc accedere, vt docet Aristoteles 5. sectio. Probl. & quod ita fuerit in cuncta sunt exacerbata, cum esset dies par & corre- sponderet secundae, in qua similiter circa meridiem refrigeratus est: nempe iterum refrigeratus est tum ob caloris natui imbecillitatem, qui minima qua- libet noua accessione pene extinguebatur; tum ob nouam aliquam putrefactionem; & quia ob caloris imbecillitate, haud erat necesse ipsi naturae ullam ingentem resflationem efficere; hinc non fiebat vox, nec consequenter loquela, sed (vt antea dicebam) haudquaquam intelligendum est quod penitus vo- ce, & sermone destitueretur, sed qui vtramque ad- modum exiguum haberet. Veruntamen omnia in deterius labebantur, quoniam etiam si esset recalc- factus, id tamen fuerit tardo & post aliquod tēpus, scilicet quia debilis calor natuius a febrili, aut nul- lum, aut exiguum & tardum augmentum suscipie- bat, vrinas nigras reddebat, cum suspensione, simili- ter vt probabile est, nigra, cuiusmodi vrinas pesti- mas esse docuit Hippocrates & in secundo progn. & in Coacis praenot. quia siue fiant ob nimiam u- sionem, siue ob natui caloris mortificationem sem-

per malae sunt; Noctē tamen sequenti, qua incipie- bat quinta dies correpsit odens tertiae, similiter que- te sese gessit, nimirum calore natuius continen- dente aduersus morbum, sed veluti sese paulisper recreante; & certè in hac historia illud obseruatio- ne dignum est, quod forsitan impulit ipsum Hippoc. ad eam scribendam, mirificè sibi ipsis correpsit dis- se tam pares quam impares dies. Vnde quinta quo- que die visus est leuatus aeger, licet ob foeces for- san duras atque retentas perciperet circa ventrem quandam grauitatem cum labore, atque etiam sitti- ret. Nox autem, qua incipiebat sexta, pariter atq; aliae pares, molesta, & laboriosa fuit: facit enim natu- ra id quod solet afficere verueces, vbi pugnant: aliquando enim sese retrahunt, vt fortius pugnent; sic natura aliquando quiescit a pugna cum morbo, & paulisper recreata maiori impetu resurgit; vnde non mirum si vespere labores quos ab humoribus acribus, & biliosis potius quam a foecibus retentis, vt nonnulli aestimantur, factos esse suspicor, aucti sunt, atque cuncta exacerbata, ob idque iniectus est clyster quo alius rectè deiecit, proptereaque nox secuta est clementior; sed circa hoc nonnulla sunt breuiter examinanda, cur Hippocr. clysterulium & non clysterem iniecit, cur post exacerbationem, nam haec semper fugienda videtur. postremo cur huius meminit, non autem alius alterius remedij, cum tamen probabile sit alia quoque fuisse admini- strata. Circa primam dicendum tenem sua solita sapientia atque prudentia usum, quia cum vires es- sent debiles haudquaquam acrem, & validum cly- sterem sustinebant, cumque alius admodum foeci- bus esset repleta vt ostenderant externa alui graui- tas, & labores, haudquaquam sola glande poterant educi, vnde quandam uiam elegit, vt scilicet clyste- rem exiguum administraret; resque optimè succes- sit, quandoquidè, & alius rectè deiecit, & nox que- tior est subsecuta; debet vero fuisse clysterulus ex decocto mercurialis, vel iure, & oleo ac melle vel ex ptissana, & melle ac similibus. Ad secundum dicen- dum est fuisse post exacerbationem non quidè im- mediatè, sed multo post, vnde ait *επιπ*. nam vespere facta est exacerbatio, & noctem circiter mediam, s. paullo ante fuerit iniectus clyster, quo tempore exa- cerbationem fuisse mitigatam aequum est existima- re; praeterquam quod fuit clysterulus & non clyster. Vnde, & vos etiam in actu practico, si quando opus erit potentis aliquo tempore post exacerbationem curare iniici clysterem atque cum blandum, non au- tem acrem quippe qui administratus vigète febre, & exacerbatione solet dolores, labores, lyncopas, aliaque plurima afferre mala. Ad tertium & pos- tremum respondent aliqui, & bene haud tacuisse Hippocr. alia remedia, quali non administrant, cum in Anaxione fecerit mentionem sanguinis missionis in octaua, & in narratione vniuersali itatus pestilen- tialis huiusmet anni dicat oblata, atque purgatio- nes pluribus nouissis, sed propterea siluisse, quia non sibi proposuit his in historis docere, quas ali- bi commodius tractauerat curationes; commemo- rasse autem glandes, & clysteres non tanquam au- xilia curatiua, sed veluti tentatiua quaedam, & nihilominus

*5 die.*

*6 die.*

minis iuuantia. Et ego addo glandes, & clysteres potuisse forsan ab aliquibus medicis, & astantibus contemni, & auxilia parui momenti, & ob id inefficacia putari. vnde vt monstraret non esse ab iis abstinentium, sed postulatam vsu opportunè esse adhibenda meminit eorum, simulque vtilitatis, & vsus, quos afferunt, vt non sine ratione dixerit Auicenna. in medendo sibi semper clysteres placuisse, atque Herodotus in secundo narrat Aegyptios fuisse alios saniores, quoniam singulo mense ad excernendas foeces clystere vtebantur, & vt puto frequentissimè ex aqua maris, cum narret Laertius in Empedoclem eum ad Aegyptum appulsum, ac torminibus laborantem ex aqua salua fuisse illico sanatum, ac vericulum hunc edidisse *ἡ βάλανος κλύζει πάντα τῶν ἀνθρώπων κινῶν*, Pythion ergo sexta die tardo clystere immisso leuatus est, & noctem traxit satis tranquillam non modo ob clysterem, qui rectè deiecerat, verum etiam quia erat initium septimae, quae dies impar existens correspondere debebat tum quintae tum tertiae praeteritis. Sed quid ergo factum est vt septima videatur facta exacerbatio, cum fuerit anxiosus, subinquietus, oleosum minxerit, nocte turbationem habuerit multam, delirauerit, & nil dormierit? Respondendum est quod pertinet ad noctem, eam optimè correspondisse antecedentibus, quae pares dies inchoantes semper fuerunt molestae, quasi semper inceperit dies par à praecedente nocte, & tunc consequenter inchoatae sint exacerbationes. Verum quod spectat ad diem ipsam septimae dicere, quod etiam illi morbi diebus exacerbentur, haud ramen inconuenit, quin possit etiam in diebus vere, & naturaliter decernentibus aliquas fieri mutationes, quae tamen haudquam interrumpunt parium mutationes illi aegritudini peculiare. Ex quo quia septima dies est in acutis prima, & principalis iudicatoria, minimè mirari decet, si in ipsa quoque sit facta aliqua mutatio, scilicet anxietas ob vitiosos humores ventriculum laedentes, inquitudo tum ob vires imbecillae idoneum situm minimè inuenientes, ob idque iugiter illum mutare fatagentes tum ob membrorum à succis biliosis, & acris factam morlione assiduam. Vrina oleosa ob intestinorū aestum pinguedines colliquantem, & carnes, vt propter haec iure merito nocte sequenti delirauerit, magnam turbationem perceperit, nihilque dormierit, scilicet ab interno incendio sursum in cerebrum vaporibus calidis, & acris sese efferentibus. Sequitur OCTAVA DIES, in qua varius planè fuit Pythionis status, mane enim correspondebat sextae, quod sicuti fuerat cum quiete, sic in hoc aliquantulum dormiuit, verum malus satis fuit somnus, qui illico nocumentum potius attulit, siquidem secuta est statim refrigeratio, & vocis priuatio, scilicet ob facultatis, atque adeo caloris ipsius naturalis defectum, simulque respirationem tenuem, & *μυθηδὴς* habuit, id est paruam & diminutam, seu raram, de qua respiratione, ac de voce *μυθηδὴς* complura dicit Galenus secundo de diff. resp. cap. quinto, vbi, atque etiam libro tertio, capite octauo, monstrat illas duas voces significare an-

7 die

helitum paruam, atque raram; & propterea, licet deliraret, non esse factum magnum, & raram, cuiusmodi deliria sequi cōsuevit, quoniam vincebat vim delirii, organorum spiritualium, & vitalium frigiditas; quae facit, vt respiratione sit parua, & rara, quemadmodum econtra fit densa, atque magna, vbi valde eadem instrumenta calent, frigiditatem autem, seu caloris natui inopia non exiguum habuisse octaua die Pythionem illud praeceteris demonstrare potest, quoniam quod refrigeratio à tempore matutino durauit vsque ad vespertinum, quo scribit Hippocrates recaluisse, atque simul delirasse; delirium non fieri calore totius corporis fracto existente, & debili tam intus quam extra perspetissimum est; sed potius illo vigente, atque aucto satis perspetum est omnibus intelligentibus actiones omnes à calido deprauari, à frigido autem minui, atque deperdi. Ceterum profunda nocte, seu (vt loquitur ipsemet Hippocrates) proxime futuram, id est nonam diem modicum leuatus est, simulque alius deiectiones habuit sinceras, exiguas, & biliosas; factae autem sunt huiusmodi deiectiones, quod natura omnes faceret conatus pro liberando Pythione; & quamquam suapte natura huiusmodi excrementa essent prauis tribus conditionibus donata, scilicet pauca, sincera, & biliosa, tamen quia factum est nonnihil euacuationis, atque diuerlionis prauorum humorum, simul quoque facta est aliqua leuatio, quae forsan, & spem aliquam attulit, tum astantibus, tum ipsi met aegro, verum non ipsi Hippocrati, nec vlli alteri medico perito, & solerti, qui videns tantam caloris natui ruinam, ac symptomatum prauitatem pergere, atque etiam auergeri, & leuamentum modicum, & sine ratione, haud poterat vllam spem bonam concipere, idque statim monstrauit NONA DIES, in qua comatosus factus est, & cum excitabatur anxiosus erat, nec multum sitiebat, quae omnia erant signa facultatum omnium collabantium; sopor quidem erat potius impotentia vigilandi, quam legitimus sopor, & illa anxietas haud ob alud contingebat, quam quod vires nequibat propter imbecillitatem onus corporis sustinere, & gubernare; vnde modo hunc modo illum permutare situm nitebatur; quamquam erat pariter rationi consentaneum aliquos biliosos, & sicciosos humores exigua illa euacuatione fuisse retentos, qui in ventriculum reuerti, eiusque os mordentes anxietatem producebant: vnde factum est ut circa Solis occasum dysphoria, id est difficili tolerantia morbi coeperit laborare, simulque delirare, ita vt totam illam noctem, quae antecedebat funestam iudicationem habuerit malam, & consequenter diem decimam, quae licet par esset, nec verè iudicatoria, quia tamen (vt inquit Hippocrates) hic aeger habuit labores paribus diebus, necesse fuit quoque ut paribus lethalliter tractaretur, & consequenter vitae suae finem imponeret, sicut DECIMA contigit, in qua summo mane vocem, & loquelam amittit, ualde refrigeratus, post uehementer calefactus est, copiosè sudauit, & denique interiit. Circa quae nonnulla sunt consideranda, vnum est, quomodo in tanta omnium

omnium virium, & ipsius caloris natui ruina post multam refrigerationem ita valuerit calefieri, vt potuerit, & febrem acutam habere, & sudorem copiosum; & ratio diuturnitatis est, quoniam octaua die, quando nondum vires erant adeo consternatae à mane vsque ad vespem durauit refrigeratio, neque potuit recalescere. Aliud consideratione dignum est, cur Hippocrates extremo historiae addiderit haec uerba, In paribus labores huic. Ad primum est dicendum, quod aliis etiam memini dixisse naturam saepe studiose seruandorum aegrotantium extremos quosdam conatus facere aduersus morbos, in quibus ostendit quidem aliquod robur, sed quod citissimè penitus deficiat, vt pote quod totas aegrotantium vires consumat, & perdat; ita enim contigit Pythioni, cuius natura vt pote ex se satis robusta in extremo tentauit expulsiōem per sudorem, & propterea facta est acuta, seu uehemens febris, sudorque is fuit, qui Synopticus nuncupatur, in quo scilicet vniuersae corporis vires protinus extinctae corruunt, atque hoc frequenter obseruatur in corporibus robustioribus, cuiusmodi erat Pythion, qui cum initio (vt ait Galenus) habuerit symptomata, atque signa lethalia debuisset citius interire, nisi facultatum ipsius vigor protraxisset illius vitam vsque ad diem decimam. Ad aliud dicendum est ea uerba emphas quadam Hippocrate addidisse; non quod quicquam noui edocere se putaret; siquidem vnicuique historiam ipsam leuiter, poterat satis apparere exacerbationes, & labores diebus paribus contigisse; sed ut monstraret si in vllō morbo apparuerunt vquam manifestae parium dierum exacerbationes, haud dubiè in hoc valde conspicuas fuisse, vt forsan propter hoc voluerit huiusmodi exemplum afferre, quo scilicet verificaret illud, quod in vniuersali tempestatis enarratione praedixerat; nempe in compluribus contigisse paribus diebus exacerbationes. Modo ad curationem accedamus, cumque Pythion laborauerit statim febre acuta cum multis, atque prauis symptomatibus; haud est dubitandum, quin ea febris maligna, & pestifera fuerit, postquam ipsi febrī iam factae accidentia superuenerunt deterrima. Itaque ratione febris erat refrigerandum, & humectandum; ratione verò prauitatis, quae semper sequitur ingentem putredinem, & venenatam qualitatem, erat agendum cum ijs remedijs, quae & putredini, & perniciosae materiae resistunt. Sed ante cetera de instituendo victu accommodato erat deliberandum vt quidem esset tenuis, sed non ita quin haberetur magna virium sub putredine collabantium ratio. Etenim & si quo morbus est maior, eo minus cibi videatur esse praebendum secundum ipsius Hippocratis regulas, nihilominus vires etiam imbecillae, & ruentes videntur sustentamentum à cibo exigere, & maximè ab illo, qui simul habeat vim remedij, vt iure dixerit Hippocrates in libro de Alimentis, optimum esse in alimento medicamentum. Ergo pro potu succus granatorum, limonum, & auranciorum cum aqua

hordei profuisset, & ad placandam sitim, & ad obstitendum putredini: sic prillana cum iisdem succis, vitelli ouorum, panis in iure paruae pul-lae, cum oxalide, boragine, omphac, aqua rosacea alterato conuenissent, veluti etiam circa extremos illos dies conuenisset succus carnis expressus, & succo granatorum, vel limonum medicatus; neque enim is sum, qui in his modicam adstringendi vim pertimescam, nempe quae ad corroboranda uiscera, & prauos humores ab ijs depellendos non paruam adiumenti afferant cito. Similiter aer erat irrigationibus, ventilationibus, & perspirationibus parandus. Constituto victu deinceps fuisse de alijs auxilijs cogitandum, maxime verò de mittendo sanguine; itaque prima vel secunda die nisi fluxisset alius erat leniendū, vel clystere, vel blando aliquo medicamento, dico autem nisi fluxisset, quoniam in tertia dicit quidem alium profudisse compacta, & pauca, & an etiam à principio, an una vel pluribus diebus haudquaquam diffinitè dixit. Sanguis porrò mitti debuit à cubiti dexteri communi, quod an dexterum hypochondrium esset tenum, & repletum sanguine, imo uerò an ibi forsan esset totius morbi fomes, haud constaret ut etiam hac ratione debuisset exigua copia mitti, atque in principio, quando scilicet vires ob assiduam, ac saltem frequentem refrigerationem nondum erant profstratae. Post quā ingens erat in corpore humorum prauorum maligna putredo, debuit statim medicus aduersus eam contendere decocto ex scor-dio, acetosa, myrrhidae, pimpinella, adiecto alioquo zulapio ex citri succo, uel limonis, ex acetosa: scio tempore Hippocratis non fuisse in usu zulapia nostra, imo nec citri, limonumque succum quandoquidem (ex colligitur ex Theophrasto) eiusmodi poma usurpabantur tantummodo in capis ad conseruandos à corruptione pannos; at haec propono pro nostris temporibus, ut quando similes casus occurrunt, sciatis, quibus remedijs & medicamentis vti debeatis. Ad symptomata similiter tollenda incumbendum fuisset, praesertim aduersus praesentia, atque imminetia capitis mala, oxyrhodinis, & vndionibus, frictionibus, alijs diuerlionum generibus; id tamen semper animaduertendo, ne à capite nimia fieret repercussio ad collum, & pectus, ob illam breuem respirationem, atque insignem vocis laesionem. De medicamentorum purgantium administratione puto Hippocratem ob virium, & caloris natui imbecillitatem nil cogitasse, quandoquidem in sexta die uix ausus est clysterulum adhibere, & certè in simili virium ruina abstinendum est à quouis etiam blandissimo medicamento, quoniam aut a-ctuari (quod dicitur à medicis) medicamenta nequeunt, aut euacuatione exigui qui sunt vitales spiritus, faciliè consumuntur.

Curdio

HISTORIA TRIGESIMA.

77. epi feb 30  
medicatio. 3

**PHRENITICVS**, qui **PRIMA** decubuit, vomuit aeruginosa multa, tenuia: febris horrida: multus sudor continuus per totum: capitis & colli grauitas cum dolore: vrinae tenues enacotemata pauca: dispersa; non subsederunt: ab alio autem stercora emisit confertim: multa delirauit: nihil dormiuit: **SECVNDA** mane absque voce. febris acuta: sudauit: non intermisit: palpitationes per totum corpus. nocte conuulsiones. **TERTIA** exacerbata sunt omnia. **QVARTA** mortuus est.

**PHRENITICVS**. Rarissimi sunt aegrotates, quorum nomen propriū aut saltem parētum Hippocrates non adnotauerit, dico rarissimos, quoniam praeter hunc, atque illum qui decumbebat in horto Dealcis, paucissimos alios reperimus, & forsā huius nomen ignorauit, quia ob temporis breuitatem (obit enim quarta die, vel tertia, ut uidetur Gal. legisse) necnon symptomatum prauiorum magnitudinem, & copiam; simulque uitae ipsius desperationem haud recordatus sit nomen phreniticum, haud tamen uidetur necesse illico prima die, & primo insultu correptum fuisse phrenesim, sed sic nocasse potuit a genere morbi, quo interemptus est, quamquam Gal. (ut uidebimus) haud uoluit phrenitide, sed pestifera & uenenata febre obuisse. Nisi quoque placeat existimare ipsum prius laborasse febre; sed Hippoc. tunc solummodo fuisse uocatum, quando magis ingrauescebat morbus, ac subinde phrenesis erat inchoata, a quo tempore fecit etiam dierum enumerationem: Gal. opinatus est hunc prima statim die fuisse phreniticum, & quia uidebat difficile esse, ut quis alioquin sanus repente in phrenesim incidat; dicit id quod etiam scribit Hippocrates quarto de morb. nempe morbū posse subito quidem apparere, at eius causam diu in corpore latere, ac insensibiliter agere, donec conuulsata sua operatione actutum morbū producat, & emeritum, haud secus atque contingit in uenenis sumpis, aut infectis cuiusmodi est canis rabidi uenenatus, haec enim in corpore diu permanētia, paulatimque corruptentia tandem subitos morbos, & cum ijs necem afferunt, quemadmodum & succus perous paullatim in corpore collectus, & putrefactus potest statim phrenitidem facere. Verum & si quae dicit Galenus de uenenis, vsu, atque ratione sint cōpētissima, minimē tamen aptantur exactae phrenitidi, quoniam si uera phrenitis est inflammatio membranarum, & partium ipsi inhaerentium cerebri, ut ubique proficitur Galenus, vix intelligi potest, quo pacto huiusmodi inflammatio statim oriri possit a sola succorum prauiate, absque alio praecedente conspicuo affectu. Fateor in mortu canis rabidi mētem nonnumquam laedi subito, atqui in huiusmodi aegrotatib. non sit statim phreneticus affectus, ut ob hoc mihi placeat magis cre-

**PHRENITICVS** praesentem aliquo tempore antea aegrotasse; sed neglexisse ac propterea distulisse Hipp. vel alium quempiam medicum uocare, donec grauis morbus apparuerit; illud certē uerissimū est, quod scribit quoque Gal. hunc fuisse casum rarissimum, propterea; ab Hipp. adnotari, quod ita statim apparuerint atrocissima symptomata, quae extinxerint aegrotantem citissime. Sed uideamus quomodo res sese habuerit satis diligenter ab Hippoc. enarrata; sed quae prima die, & secunda affuerunt satis copiose, & non admodum ordinate recitat; quod forsā sibi mirum uideretur statim in prima die tot, atque tam grauiā symptomata contigisse, propter quod habens etiam persuasum esse cito perituum desistit statim a suscepta diligentia. Et certē nisi dicamus cum Galeno multo ante tempore fuisse in hoc collectos, & grauitē corruptos humores, qui deleteriam, ac uenenatam qualitatem contraxerint, haud certam rationem afferre possumus, cur tam cito tam saeua facta sint accidentia. Sed more nostro singula expendamus. Postquam igitur hic decubuit, prima decubitus die, imo uerō ut putandum est principio primae habuit insignem vomitum, quem secuta est febris horrida. Circa quae nonnulla sunt contemplatione digna, primum quā uiterius progrediamur. Primum est cur ex accidentibus multis aegri praesentis, primus apparuerit vomitus. Secundum, quae fuerint causae ipsius: Demum cur ipsum cōsecuta sit febris horrida. Et circa primum est sciendum illud peno omnibus uenenis esse commune, ut grauissimos vomitus cieant. De ijs quae ore sumuntur haud est difficile ueram causam afferre, propterea quod uenena acrima ut plurimum sunt, & calori natiuo inimica, unde statim atque uentriculum alioquin ualde sensibilem ingrediuntur, cum dilacerant, & consequenter calorem ipsius acriter irrogant ad expellendum laedens concitant, quāquam fiant quoque tam exiosa, ut statim absque aliquo vomitu perirant, quale memorat fuisse Suetonius, quod Neronis impulsu a Locusta uenefica Britannico paratū est, & quod scribit Arist. primo proble. 48. etiam medicamenta hac ratione purgare, & in magna copia sumpta interimere, sicuti uenena in pauca, maxime ad hoc facit, quod sicuti medicamenta non superantur, sed superant stomachum, sic & praua, atque uenenata succi. Verum de uenenis externis, non est ita promptū rationem afferre

Deuic. 2. 11. 20.

afferre nisi placeat dicere quaslibet partes corporis a ueneno uapore, vel aura percussas a sese noxia obiecta depellere ad maiores cauitates, cuiusmodi sunt stomachus, atque intestina, ob idque stomachum statim atque ab illis percussit ad expulsiōem concitari sibi faciliorem, cuiusmodi est vomitus, quemadmodum etiam intestina similiter percussa ad sese per anum exoneranda mouentur, ita ut quicquid continetur in ipsis simul cum uenena materia extrudatur; siue quod aliis rebus misceatur uenenum, siue quod corpus, & stomachi, & intestini iugiter sauciātū semper expulsiōnem moliantur, prout semper quoque mordetur. Ad aliud de causis vomitus dicendum est complures fuisse partim communes, partim peculiare huic aegrotos; communis est, quia, ut dicit Hippocrates, uentriculus dum plenus est humoribus corpori fons est, dum uacuu a toto corpore fruatur, & in primo libro de diaeta dicebat uentriculum esse instar maris, quod cunctis communicat, & a cunctis recipit aquam, itaque ubi in corpore sunt humores commoti facile suapte natura in stomachum feruntur. Alia causa communis fuit, quia homini, & cani, ut ait Plin. lib. vndecimo, cap. trigesimo septimo, uentriculus pariter infima, qua necitur intestinis, est angustior, quā superiore. unde fit, ut ubi repletur stomachus, humores promptius per superiora, quā per inferiora truantur, ex quo dicebat solum homines, & canes vomere, quod tamen non simpliciter uerum est cum etiam domestici catti, & alia quaedam uomāt, licet non ita frequenter. Porro causa particularis fuit; quoniam magna ex parte facti sunt humores in uentriculo huic aegrotanti, & corrupti. Etenim Auerr. tertio coll. cap. tertio, de generatione bilis prassinae, & aeruginae dicit eas gigni in uentriculo; licet Gal. uideatur aliter sentire cura modum generationis, nam (ut is ait) fit cholera aeruginosa ex bile, & melancholia simul in uentriculo mixtis, & putrefactis, ob quod ait ab ijs generari deterrimas, & irremediabiles febres, sicut obigit praesenti aegro, qui faeuissimis cum accidentibus cito perit. Quod autem in hoc phrenitico multi bilioli, & uari humores fuerint cumulati, ita ut ex ijs corruptis atque putrescentibus potuerit generari aeruginae bilis, quo pacto dicebat Auerr. ipsemet testatur Hippoc. dicens statim ipsum uomuisse multa biliosa, tenuia, uirulenta, siue aeruginae. Ad tertium *επιληψις* febris, seu horrida est quae fit cum horrore: est autem horror, siue *επιληψις*, ut scribit Galenus secundo de differ. febr. 8. medius quidam affectus inter frigus & rigorem tanto maior frigore, quanto est minor rigore; uerum, quia horror fieri potest, & in initio accessionum, & in toto accessione, proprie uocantur febres horridae, quae in toto accessio-nis tempore habent hunc horrorem, non quidem continuum; sed per interuallum, cuiusmodi sunt hemitriticae, ut idem Galenus testatur tum secundo de differ. febr. octauo, tum etiam primo in primū Epid. tex. 23. ubi etiam dicit hac in re discernim aliquod reperiri, quoniam ubi interuallū longum est uocatur horrore duplicatio, quasi saepius fiat initium nouae accessionis: sin autem fiant breuia interualla

proprie appellantur horridae febres. Itaque cum adeo prauū essent in hoc aegro humores, atque ij concitati iugiter, uel saltem frequenter a natura expulsiōne tentata, dum per sensibiles partes ferebantur, horrores illos inducebant. **MULTVS SV-DOR** &c. Hoc quoque exitiale erat, quia erat multus & per totum; etenim in prima die sudor multus factus arguit ingentem copiam humorū in toto ambitu existentium; unde saltem morbi longitudo ostenditur, nisi adsint copulata alia praua accidētia, quo tempore mortem potius futuram significat, & eō maxime si continuus sit, quo in casu necesse est, ut natura citō succumbat tot variis malis consternata. **GRAUITAS CVM DOLORE**. Si in toto corpore, & uentriculo ingens omnium prauiorum humorum colluuius reperiebatur, certē necesse erat fieri dolorem, & grauitatem non modo in capite, uerum etiam in uniuerso corpore. **VRINAE TENUES**. Multa sanē huic misero prima die contigerunt mala, atque ea praua; sed magna quoque fuit cum patientia coniuncta diligentia Hipp. in singulis notandis, & obseruandis: tenuitas urinarum cum suspensionibus dispersis summam cruditatem, & stultentiam indicabat, & cū dixerit, urinae, in numero plurali, certum est pluries in die debuisse mingere, ut copia minctionum coniuncta ceteris conditionibus multo deterius signum redderet. **NON SVDAUIT**. Dubitant aliqui & merito quomodo si Hippoc. dixit antea ipsum prima die habuisse copiosum atque continuum sudorem, modo dicat non sudasse; & respondēt haec uerba postrema (non sudauit) intelligenda esse quod non sudauerit aequaliter, ut fit in indicationibus, licet sudaret scilicet caput, & collum, per totam primam diem continuam. Sed non mihi placet haec responsio, quia Hippocratis uerba clarissima sunt *ευνεχης ιδρωσ*, hoc est continuus per totum corpus, non diem; praeterea id habent laethalissima febres, ut sudores syn-copicos ita faciant, s. per totum corpus; & puerile esset si Hippoc. uoluisset significare sudorem uilium prima die non fuisse iudiciale. Itaque dicerem potius, uel abudare hanc postremam partem (non sudauit) uel potius uocem illam *ιδρωσ* mutadam esse in hanc *ιδρωσ*, i. non subidentā habebant; cum enim antea immediate loqueretur de uirinis; accommodatē subiunxit eas non habuisse sedimentum, & haec forma loquendi est familiarissima ipsi Hippoc. nam primo Epidem. primo aegro loquens de uirinis inquit, *ιδρωσ*, & lib. tertio, aegro tertio, *ουρα μελαρα ιδρωσ*, & ferē eodē pacto, quo hic, & aegro undecimo atque duodecimo, post *εναυρησις*, i. suspensionem, statim ponit *ιδρωσ*, atque idem multis aliis in locis; unde moriar, nisi ita scripserit Hippoc. etiam hoc in loco. **AB ALVO**. Cur adnotauerit stercus eiectum confertim Hipp. uis est in uoce *αθροα*, nam dicitur *αθροα*, ut notat Galenus secundo aphorism. decimo octauo, quod breui temporis spatio; atque statim fit, sic enim in Coac. praenotionibus dicit *νοσσηα αθροα*, ut etiam in hoc tertio Epidem. aegro quarto, *αθροα καταμυρον διαχρησις*; nam quod alius egressit stercus haud quicquam habet consideratione dignum; sed




quod statim, & breui tempore multum; etenim magna naturae factam esse irritationem indicat. **MULTA DELIRAVIT** &c. Vigilia ac multitudo delirii sunt symptomata comitantia, seu assidentia ipsi phrenitidi, quia semper assunt illi, imo verò etiam pathognomica cum constitutere videantur phrenitidem, vt est actio laesa; licet non constituant ipsum morbum; hoc est inflammationem membranarum cerebri, cum enim inceperet, vel facta esset prima die phrenitis, consequenter a calida intemperie vniuersum cerebri temperamentum erat corruptum, eapropter nec dormire, nec sapere poterat; sed continuo dolore molestus magno opere agitabatur, multaque praeter rationem loquebatur, & faciebat. Atque haec omnia prima die tantum contigerunt. **SECVNDA** verò die hisce complura haud mitiora sunt adiecta, quae etiam non modo tertio die deperdurant, verum etiam exacerbata sunt, atque ea fuerunt, quod mane voce priuatus est, febris acuta, sudauit indeficiens, palpitationes per vniuersum corpus habuit, atque nocte conuulsiones; adeo ut quarta die interierit. Quod pertinet ad vocem non tantum ob delirium est priuatus uoce, quantum ob principij neruorum, & musculorum uoci faciendae famulantium ingentem laesionem a siccitate inflammationis sequae inductam, quae aucta conuulsione eximia, quam consecuta est mors, peperit. Febrim etiam fuisse acutam, dum dicit haud esse intelligendum, quod secunda die tantum facta sit febris acuta; quoniam si prima die erat vera phrenitis, cur dubitandum est, quin eam sit protinus febris acuta secuta. Sed intelligendum fuisse auctam, prout etiam augebatur inflammatio. Porro intermissus ille sudor, qui uere syncopitibus erat, efficiebatur ab ingenti illa violentia, quam patiebatur natura, tot tantisque malis turbata; quemadmodum etiam palpitationes, seu ictigationes totius corporis non ob aliud fiebant, quam quod omnes arteriae, & partes neruosaae perculsae ueluti tremarent, cuiusmodi symptomata praecedere consueuerunt veras conuulsiones, & propterea motus conuulsiuu appellatur: haud enim existimandum est fuisse veras palpitationes, tum quia sunt affectus priuatorum aliquot membrorum, interdum etiam vnius tantum; tum quia fiunt vt dicit Galenus, a flatu, & semper aliqua parte refrigerata id quod minime esse poterat in morbo calidissimo, & vsque adeo saeuiente. Circa mortem duo sunt quaerenda, vnum quando praecise mortuus sit, nam Hippocr. dicit quarto die ipsum interisse, Galenus autem dicit tertio, quasi apud Hippocratem non legerit quarto, vt habent omnes nostri codices, sed potius tertio. Alterum considerandum est an perierit vi phrenitidis, an potius uel pestilentissimae febris; Ad primum suspicor in fine noctis periisse, qui solet esse principij febris diei frequentis, & propterea Hippocr. dixisse ipsum obiisse die quarta, qui scilicet mane summo extinctus est, sicuti mane secundae diei, quae respondet quartae, factus est sine uoce, morbusque perniciosior, & grauior esse coepit. Quod Gal. dicit putandum esse ipsum interuisse tertia die, atque selem neminem vidisse ex

phrenitide mortem oppetiisse tertia die, sed quarta vel quinta, ac neminem transisse vigesima non potuit sanè collegisse ex Hippocr. cum is dicat, nocte tertiae diei factas esse conuulsiones. Itaque nisi dicamus contextum Galeni diuersum fuisse quo patio ipsum tueri licet, haudquaquam certum aliquid in medium proponere audeo. Ad secundum autem Gal. certè videtur sensuisse haudquaquam periisse phrenitide, sed potius ob deterrimam & pestiferam febrem, quam faciunt vt dicebat Auerr. tertio coll. trigesimo, humores illi quos vomuit ac ruginoli, & quam deinde secuta est ut solet phrenitis, vt propterea cum phrenitis statim apparuerit sit necesse, quemadmodum antea dicebam, ante primam diem non decubuisse, sed tamen febricitasse: probat autem id, quia celeritas mortis eiusmodi haud fieri solet à phrenitide, sed ab humorib. veneno similibus; nec quantitate, sed sola qualitate peccantibus: ex quo loco colligere soleo non semper Gal. tribuisse malignitatem humoris putredini, cuius hic nunquam meminit, verum etiam interdum pessimae atque fetidae qualitati. Opitulatur quoque Gal. ea quae scribit Hippocr. in fine primi de morb. vbi declarans modum, quo phrenitis aegrotantes peripatit, inquit eos in hoc morbo semper desipere multum ob sanguinem corruptum, & motum, ac propterea parum, aut nil memoratu dignum cibi capere, & cosequenter temporis progressu marcore consumi; tum ob febrem, tum quia non aluntur, extremis s. partibus deinde proximis refrigeratis; vnde uere uidetur Galenus dixisse haud posse ita cito phrenitide etiam acuta obfessos ab ea extingui, quamquam Demetrius Herophilus apud Caes. lib. primo acut. c. primo, dicat phrenitidem in intersectionem celerem desinere: quod verò dicit Plinius lib. septimo, capite 51. fieri interdum aegritudinem, & mortem ob sapientiam, loquitur, vt saepe solet appellans phrenitidem *από τῆς φρενῶν*, i. a mente, & prudentia aegritudinem. De curatione pauca dicere superest, quod mors fuerit velocior quam ut curatio diligens adhiberi potuerit; tenuissimum enim viuentem statim fuisse institutum rationi consentaneum est, quemadmodum etiam par fuisse illico sanguine mittere primam a vena cephalica, tum a venis frontis, simulque adhibere oxyrhodina, & opiata ad inflammationis incrementum impediendum; necnon ad somnum prouocandum quo in genere essent quoque auxiliatae: frictiones extremitatum paruum, atque ligaturae. Medicamentum purgans bilem conuenisset, sed cum secunda die factus fuerit sine uoce cum sudore syncopitico assiduo haudquaquam fuit locus cogitationi illius; vnde prima vel saltem secunda die poterat medicus de celerissima morte praedicere, potiusque ipsum deserere, quam medendo remedia aliis salutifera infamare. Prudenter enim dixit Galenus hoc exemplum celeritatis mortis ex pestifera febre Hippocr. proposuisse non quod etiam interdum aliqui celerius non pereant, vt ille qui retro secunda die obiit; sed quoniam celeritatis mortis causa etiam celeriter, scilicet prima die ex prauitate, & multitudine symptomatum apparuit.

## HISTORIA TRIGESIMA PRIMA.



**L**arissa Caluus femur dexteram doluit repente: eorum autem quae adhibebantur, nihil iuuabat: **PRIMA** febris acuta, ardens sensim corripuit: dolores autem pergebant. **SECVNDA** feruoris quidem remisissent dolores. febris vero intensa est: sub difficiliter morbum febrebat, non dormiuit: extrema frigida, vrinarum multitudo exibat non bonarum. **TERTIA** femoris quidem dolor cessauit: alienatio vero mentis, & turbatio: & multa iactatio. **QUARTA** circa meridiem extinctus est acutissime.



**L**arissa Caluus &c. Hoc quoque non leuius antecedente exemplum est positum ab Hippocrate febris pestiferae, atque mortis celeritatis, cum aequè atque prior in quarta die obiit, licet in prima die, neque tot, neque adeo praua symptomata habuerit. Non ab simile autem est hoc exemplum relato in primo Epid. aegro nono, Critoni s. in Thaso: cui digitus dextri pedis doluit, atque secunda die perit. Non nominat hunc aegrum Hipp. nomine proprio quod nonem ipsi ob accidens nempe ob caluitum a vulgo impostum pro nomine proprio seruiret. Sed cum caluitum sit multorum commune vitium, postquam hio ab eo sic uocabatur, par est existimare id esse factum, quod vel praeter tempus id ipsi contigisset, vel quod maius esset, quam in ceteris, vel ob aliquam aliam causam non ita promiscuam, quamquam apud Gal. in linguis, necnon apud Erotianum in Onomastico Hippocratico habetur, vox *φαλακρά*, quo nomine vitur hic Hipp. significare rotunda, in qua tamè significatione haud puto nunc esse accipiendam. vocem *φαλακρός*, cum id dicatur de ferramentis laeuitatem cum rotunditate habebitibus. Vtrum autem Hippocrates aliqua ratione nominauerit caluum, nec Galenus, nec alij ueteres disputarunt; at tamen cum ipse videam Hippocr. sexto aphorism. trigesimo quarto, dicentem caluis non fieri magnas varices, & si successerint renascenti capillos; atque idè ferè in eisdem uerbis confirmari ab Arist. tertio de hist. anim. cap. vndecimo, quamquam loco uocis *καρπός* uatur Arist. uoce *ήγη*, quam tamen Hippocraticam esse testatur in ling. Gal. uenio in haec coniecturam; potuisse Hipp. nominare caluitum, quasi id contulerit ad faciendum, vt materia morbifica, quae erat in cure dextero, ubi fuit varices, in caput tolleretur; & certè calui habent caput infirmum, proptereaque suscipiendis iniuriis, tam interius quam externis maxime obnoxium. Sed hoc dimittamus, sicut etiam quod aegrotauerit in Larissa quo nomine fuerunt appellatae nouem ciuitates, ut testatur Stephanus lib. de urbib. siue. nisi fuerit Thesalidae, siue Ephefi, siue in Attica, siue in Creta, nil refert, modo credamus haud multum remota fuisse hac urbem ab Hipp. & forsitan hic fuit ex iis casibus, quos Hipp. in sua longa, & vniuersali peregrinatione obseruauit. Videamus modo, quid ipsi contigerit. Hic, n. ex improviso, & alioquin sanus cruris, dextri dolore captus est, aduersus quem nullum ex adhibitis remedijs contulit. Gal. multa sanè praecleara causarum dolorum cognitione; modoque adhibendorum praesidiorum edidit. Vt si prius animaduertatur diligenter an potuerint ab externis vllis causis, an ab internis esse facti, atque an cum repletionem corporis, an sine, & pro ratione causarum sic etiam instituentam curationem. Atqui hac de re id quae de curatione uerba faciam; nunc autem uideamus à qua causa potuerit fieri hic dolor; & certè sum huius sententiae nulla causa externa esse factum, sed tantummodo interna; alioquin Hipp. vt solet, aliquid dixisset; verum huic contigit quod & antecedenti phrenitico; cui forsitan etiam ob hoc historiam praesentem subiecit, ut longo tempore in ipso sit deleterius humor in corpore, & praesertim circa iecur genitus, qui postmodum cum uulnibus, & corruptus sit repente in dexterum femur, ut pote iocinori *καὶ ἰγί*, i. secundum rebus utinam oppositum à natura, vt noxius, & molestus depulsus; ibiq; non tam ob copiam, quam ob prauam qualitatem effecerit dolorem; qui utrum antecesserit febre aliquo tempore, an simul, aut paulò post ipsam factus sit, tum ex Hippocr. admodum certum est. Attamen cum dicat dolorem adhibita fuisse inutiliter remedia, & prima die febrem fuisse acutam, & alia symptomata contigisse, fit vt putem aliquo tempore prius dolorem vexatum; atque tunc fuisse, vt vulgo fieri solet, adhibita ad compescendum dolorem complura praesidia. Quae uerum fuerint ex iis, quae extrinsecus adhibentur, an quae intrinsecus sumuntur, disputat Gal. sed ego dubito, an haec remedia fuerint adhibita ab Hipp. vel alio medico, an ab assistantibus ignaris; etenim semus ubi quispian dolorem tentatur, statim aegrotantes petere auxilia vnde cumque, etiam ab imperitis, atque tunc temere adhiberi, & consequenter saepe numero potius officere, quam proficere. Vnde si Hippocrates adhibuit, non dubito, quin omnia ex arte fecerit, quemadmodum proponit agendum esse Galenus; sed si praesidia fuerint administrata ab imperitis, fieri potest vt statim absque vlla praecedenti euacuatione sint applicata res periculosa, quae intro materiam prauam reppererint, tum in hypochondria, tum in caput, atque ita in hypochondriis firmata, ac putrescens febris generationi occasionem praebuerit magnae & acutae, à qua febre dempsit coeperit Hippocrates

connumerare dies; Dicit autem febrem fuisse acutam, & *ακρωτής*, id est tacite, seu lente ardentem. Etenim humor ille biliosus, & prauus in venas maiores tractus, ibique putrescens peperit iure ardentem febrem: Sed quomodo dicit lente fuisse ardentem? Quia scilicet pestifer euaserat ille humor, unde facultas violata tabo haud multum contendere poterat aduersus morbum. De doloribus autem *γανγ* contextus sunt tam Graeci, quam Latini; aliqui enim habent *οὐδὲ δὲ οἱ νοὶ ἀπέσπαστο* u. i. dolores non sequebantur, alij uero habent *οἱ δὲ ἀπέσπαστο*, id est dolores sequebantur; & certe haec posterior lectio a compluribus fuit amplexa, quod in secunda die dicit remissis dolorem cruris; uerum non inconuenienter etiam dicere prima die non perrexisse dolorem in ea magnitudine, sed fuisse remissum in secunda adhuc magis, in tertia uero esse sublatum; & certe si facta est febris ob regressum materiae à crure prima die, aequum est existimare, tunc etiam minima ualde causa dolorem fuisse quoque ipsum imminutum.

SECVNDA DIE, inquit, febris remissa sunt dolores; & febris aucta est &c. Si recte vis praesentis casus expendatur, sanè tota posita fuit in dolore semonis, ut propterea Hippocrates ingeniosissimus cuiuslibet diei symptomata narrans, semper dolorem ceteris anteposuerit, si quidem incipiens historiam a dolore inchoat: prima die inquit dolorem perrexisse, sed non auctum esse: Secunda die statim dicit dolores fuisse remissos; Tertia quoque in primis uerbis dicit dolores fuisse remissos, adeo ut uoluerit praeceteris scopum pro iudicio ferendo eum debuisse medici esse; ut status illius doloris animaduertetur; qui eum à materia foedissima oriiretur, si perseverasset in ea parte, poterat quidem eam corrumpere; at seruatus fuisset aeger ea uel amputata, uel sponte decisa; cuiusmodi compluribus contigisse in ea pestifera constitutione narrat Thucydides libro secundo, & Lucretius libro sexto. Verum quia inde parum pulsa est propter sui plauitatem in partes superiores, atque nobiliores, parum fuit attracta uel febris incendij hypochondrii uel flagrantium consecuta fuit omnium facultatum ruina; quae ex symptomatibus cognita est; siquidem haec materia iam perniciofa magna ex parte à crure separata, atque in hypochondriis firmata circa uentrem huius; & iecur disphoria illam peperit, in tempore morbi antolerantiam, quàm uigiliae necessario consequebantur, quis enim dormire queat ubi corpus ita angitur, ut nusquam possit conuiescere? Similiter facta sunt extrema frigida, tunc quia uis ueneratae materiae admodum infesta, non modo calor uatiuus laedebatur, uerum etiam quicquid ipsius in extremis reperiebatur intro cogebarur recedere ad succurrendum uisceribus à teterrimo humore laceffitis: Unde uero fietet illa urinarum haud uilium copia non est difficile conicere, si illud statuamus quod saepe his in libris adnotauit Gal. nimirum febres pestiferas esse quoque ut plurimum colliquatas; quod in calore illo putredinali, & inimico non tantum succi liquidi, uerum etiam concreti liquefiant, &

*Copiam hanc*  
*inuenimus in*  
*anale lib.*  
*lib. 1. cap. 1.*  
*lib. 2. cap. 1.*  
*lib. 3. cap. 1.*  
*lib. 4. cap. 1.*  
*lib. 5. cap. 1.*  
*lib. 6. cap. 1.*  
*lib. 7. cap. 1.*  
*lib. 8. cap. 1.*  
*lib. 9. cap. 1.*  
*lib. 10. cap. 1.*  
*lib. 11. cap. 1.*  
*lib. 12. cap. 1.*  
*lib. 13. cap. 1.*  
*lib. 14. cap. 1.*  
*lib. 15. cap. 1.*  
*lib. 16. cap. 1.*  
*lib. 17. cap. 1.*  
*lib. 18. cap. 1.*  
*lib. 19. cap. 1.*  
*lib. 20. cap. 1.*  
*lib. 21. cap. 1.*  
*lib. 22. cap. 1.*  
*lib. 23. cap. 1.*  
*lib. 24. cap. 1.*  
*lib. 25. cap. 1.*  
*lib. 26. cap. 1.*  
*lib. 27. cap. 1.*  
*lib. 28. cap. 1.*  
*lib. 29. cap. 1.*  
*lib. 30. cap. 1.*  
*lib. 31. cap. 1.*  
*lib. 32. cap. 1.*  
*lib. 33. cap. 1.*  
*lib. 34. cap. 1.*  
*lib. 35. cap. 1.*  
*lib. 36. cap. 1.*  
*lib. 37. cap. 1.*  
*lib. 38. cap. 1.*  
*lib. 39. cap. 1.*  
*lib. 40. cap. 1.*  
*lib. 41. cap. 1.*  
*lib. 42. cap. 1.*  
*lib. 43. cap. 1.*  
*lib. 44. cap. 1.*  
*lib. 45. cap. 1.*  
*lib. 46. cap. 1.*  
*lib. 47. cap. 1.*  
*lib. 48. cap. 1.*  
*lib. 49. cap. 1.*  
*lib. 50. cap. 1.*

per aluum, atque urinam fundantur; ut propterea Hipp. dixerit fuisse inutiles ad differentiã aliorum, quae copiosae cum mingantur, uuant tamen, ac instar criticarum sunt, dicente interdum ipsomet Hippocrate multos urinarum copia fuisse seruatos.

TER TIA porro die, ait penitus dolorem cruris delisse, atque tunc plurimum mentis commotionem, plurimum tumultum, & inquietudinem successisse. Etenim impura materia cum iam ex toto infernam illam partem deserens, ad nobiliores detrusa esset in hypochondria; atque inde quoque in superiores transmitteretur; haud mirum fuit, si & mens mirum in modum laesa fuerat; & consequenter ubi uersa quies, & status corporis atque animi apprimè violatus, ita ut uilialissima materiae quarta die circa meridiem sit extinctus acutissimè. Etenim ad mentis perturbationem efficiendam conuulsis quoque caluicem ex eo conici potest, quod Hipp. secundo Epid. sectio, quinta, scripserit caluos morbis atrabiliaris tentari. Ceterum circa haec postrema illud est in primis quaerendum an alia facientia symptomata apparuerint à tertia die usque ad meridiem quattuor, quae non sint ab Hippocrate relata. Secundo, cur potissimum circa meridiem occuberit. Tertio, quomodo Gal. dicat hunc tribus diebus perisse, cum Hipp. dicat quarto. Quarto, quo genere mortis interierit. Postremo cur Hipp. addiderit in extremis uerbis uocem *ὀνύχια*, id est acutissimè, uel ut alij contextus habent *ὀνύχια*, id est acutissimum. Circa primum respondeo fieri posse, ut contingerint, nec sint ab Hipp. commemorata: nam ea est condicio aliquorum uenorum, ut paucis; aliquorum, ut multis; quorundam, ut nullis penè symptomatibus occidant; quemadmodum referunt de illo exitialissimo ueneno Aphricano; qui res illius Regni descriperunt necnò de illo quo dixi retro scripsisse à Nerone peremptum Britannicum: Causa autem est huius diuersitatis, quoniam aliqua corpora prius contendentem acriter aduersus uenenum, quàm illud in corpore permittant; aliqua uero nil penè certant, sed illud statim permittunt, uel quia laxissimos habent meatus; uel quia infirmiores habent uires, quàm ut possint aduersus uenenum uel tantillum contendere. Haud secus quoque accidit humoribus, uenenum referentibus, quorum aliquibus concitans natura facit grauius symptomata, aliquibus uero minus contendens pauciora inducit; licet aliqui sunt, qui ubi uires prostrauerunt haud amplius illae aduersus eos pugnant, sed relinquunt liberè in cor labi, atque tunc symptomata non cotingunt; sed quam primò cor contrèstat, uincitur, quippe quod dicebat Arist. tertio de part. anim. 4. haud posse uiciniã humorum prauorum sustinere: Habuisse autem hunc aegram uires etiam suapte natura satis imbecillas ex uelocitate mortis facile colligi potest, sicut robustos uidemus diutius contra perniciosissimos morbos durare; sic enim dicebat Galenus harum historiarum initio Philiscum citius ob uires infirmiores, contra Silenum tardius ob robustiores perisse. Potuit etiam fieri ut quemadmodum salet multis ante mortem euenire alia faeuora symptomata contingerint Caluo, praeterit Hippocrates, uel

quia non putauit utile esse ea referre, uel forsitan quia tertia die tanquam cito moriturum deseruerit, propterea quod aliud de ipso nisi mortem audierit. Vel quoniam dixerit in tertia die contigisse tumultum, atque multam inquietudinem, & inactionem, sub quibus uocibus comprehendènt, quicquid mali accidere potuit. Ad secundum dicere oportet, quod alias dixi ex Arist. meridiem esse calidissimam totius diei partem, ac propterea tunc magis fundi humores, qui ubi pestiferi sunt, tunc magis occupant, atque occidunt; quamquam etiam fieri potest, & si non dicat Hippocrates, ut ea hora incoeperit febris, atque exacerbationes fierent; solent enim aegrotantes ea perire hora, quae etiam ipsorum magis exacerbantur morbi. Ad tertium dicendum est potuisse hunc uirum coepisse aegrotare circa meridiem ut dicebam, unde cum obierit quoque circa meridiem potest dici tribus diebus uixisse & perisse in principio quarti. Vel dicere possimus tertia die fuisse deploratum, atque tunc pro mortuo habitum a Galeno. Ad quartum dicunt aliqui induci à characteribus perisse caluum magna alui profusione, sed fabulae sunt, cum de hac nihil sit dictum ab Hippocrate, quoniam nil notatum dignum circa aluum accidit; unde satis est dicere humorum uenenatorum ad cor transfusione obuisse. Ad postremum Galenus suspicatur uocem illam *ὀνύχια* uel adiectitiam nec Hippocraticam: uerum tamen haud inconuenienter exultimare, quoque additam esse uocem ab Hippocrate, ut doceret ipsum quarta die obuisse celerimè, atque ita repente, ut pauci animaduertent ipsum adeo cito fuisse moriturum. Circa estimationem ut dicebam multa praecleara dicit Galenus & primo, illud; ut in doloribus curandis primum exploretur; an ulla causa ex externis ipsum fecerit, si quidem saepe uis uenit, ut aegrotantes, atque etiã sani in mouendo sese, uertendo, unus eleuando in sedendo aliusque; innumeris similibus late enter colorem aquirant qui oï aliae causae potius, quam huiusmodi uili tribuatur; quod si nulla ex hiscausis appareat, tunc spectare diligenter oportere quod inueniatur sit usus aeger, num, scilicet pluribus; atque plurimum nutriendis cibis, nisi uita consueta exeret sit uerenta, ex quibus concitare licet plenitudinem aut humorum prauorum copiam in corpore fuisse collectam, quarum aliqua existentè prius ad euacuationem uel per pharmaca, uel per sanguinis missionem deueniendum est, quae repercutientia medicamenta dolenti loco adhibeantur, alioquin periculum imminet; ne materia intro repulsa nobilis aliquas partes occupet, sicut etiam usu uenit interdum, ut anse euacuationem medicamentis calidis materia multo magis ad locum dolentem attracta non possit a parte corrigi, neque sustineri, sed inflammationem faciat, uel tactam augeat, atque ita eam corrumpat. Quod si ex antecedente uitae ratione appareat haudquaquam colligi potuisse, uel copiam, uel cachochimiam, tunc uti licet medicamentis tam calidis, quam etiam repercutientibus, quae si nil prout ad euacuationem omnino est deueniendum, siquidem fieri potest, ut late enter etiam ex non improbo uictu, uel impedita aliqua euacuatione sit collecta aliqua copia in corpore, quae tripliciter tollatur, haud possunt cum fructu localia medicamenta administrari. Verum autem ita factum sit in hoc Calui latissimè casu dubitat merito Galenus & praefertim utrum sit euacuatum corpus, & enim uoce *τῶν προσφερομένων* seu adhibitorum haud uidentur ueteres comprehendisse ea quae extrinsecus administrantur, sed tantummodo quae ore sumuntur. Verum tamen, quandoque etiam Hippocrates ea uoce usus reperit in cunctis quae adhibentur auxiliis, ut in libro de offic. medici, de locis in homine, atque alibi. Sed quicquid factum sit circa hunc, ego plane nunquam initio adhibuisse repercutientia remedia parti dolenti. Sed instituta prius diligenti, atque tenui uictus ratione anodyna temperatissima adhibuisse tam fortè, quam linimentis, uel oleu rosatum completum, oleu sibiricorum anethinum, lac tepidum, quibus non conferentibus statim ad sanguinis missionem magnam nullam re prohibente me contulisset, siquidem aduersus dolores magnos sanguinis missio etiam usque ad animi defectum est maxime omnium praesentanea medicina, ut Galenus docet primo aph. in fine uigesimalterti & potius iuxta regulas Hippocrates & Galeni a pede dextero, quam ab ulla alia parte detrahendum curassentem scilicet brachij secta uena a cruribus ad superiores partes impura materia attraheret sed potius ad crura uel magis conduceretur, uel saltem ibi retineretur, & hac etiam conferente, cum materia esset deterrima, atque turgentè secunda die, uel initio tertiae ad purgationem per pharmaca cum deuenisset, eo maxime, quod nulla fluentis alui mentio facta ab Hipp. inuenitur interim prospiciens capiti cum onirhodinis, atque cordicum epithematibus cordialibus, quae duo in seera potissimum a uenenis, oïbusque, uenenosis humoribus uentur, ut uerissime docui in praelectionibus. Patuimus de uenenis.

HISTORIA TRIGESIMASECVNDA.

**I**N Abderitiam morbus cepit acutus continuus cum labore; sitis multa; anxietudo: potum continere non poterat: erat autem sub- spleneticus; & capitis grauitati obnoxius. PRIMA sanguis profluxit ex sinistro multa quidem febris intensa est minxit multum, turbidum, album: sepositum non subsidebat: SECVNDA om-

17 Feb 3



nia sunt exasperata: urinae tamen crassae quidem erant: subsidebant autem magis: & quod spectat ad anxietatem, leuatus est: dormiuit: TERTIA febris emollita est: vrinatum multitudo: coctae, multam subsidentiam habentes, noctem quiete: circa meridiem sudauit multo calido. QVARTA per totum sine febre iudicatus est: non rediit: Acutum.



**A** ABDERA PERICLEM &c. Abdera haec planè in Thracia erat non longè à Thaso distita; ex qua fuit oriundus Democritus Hippocratis pceptor in multis, & Protagoras. Duas autem fuisse huius nominis scribit Stephanus lib. de urb. alteram in Hiberia, alteram Clazomenem à Plinio dictam. De gente Thraciae dicit Aristot. 1. 1. sect. probl. in fine tertii probl. eam ad quatuor tantum numerare nouisse ob memoriae hebetudinem, exiguique rerum usum; & de Abdenitanis peculiariter relatum est eos fuisse omnium Thracum ineptissimos, ut ferè in prouerbum abierit illorum stupiditas, Abdesitanae pectora mentis habet, dicebat ille poeta. Et certè magnam dementiam ostēderunt cum Hippoc. uocarunt cum curandum tanquam insanum Democritum, qui & doctissimus, & sapientissimus quod esset, eorum fatuitates deridebat. Erat enim aer illius regionis admodum crassus, ut iure dixerit quidam alter poeta magnam res fuisse, quod uir insignis ut Democritus potuerit, Veruecum in patria crassoque sub aere nasci. Periclis nomine uocati complures fuerunt, ut magnus ille Atheniensis Anaxagorae amicus, sed cum hic ab Hipp. commemoratus fuerit Abderitanus haud puto ipsum fuisse alicuius famae; eius tamen casus memoria, & cognitione fuit dignus iudicatus ob celerem, & tutam indicationem solo sudore in quarta die factam, atque in morbo ut dicit Galenus acutissimo, qui medicos imperitos perterre quidem potuisset, sed non ita peritos, qui poterant conicere morbum fuisse cito iudicandum, quandoquidem ut uidebitis a prima die facta saeva symptomata in dies maiora euadebant; & certè hoc rarum est exemplum quando Galenus quarto aphor. 36. narrat se se raro uidisse morbos peracutos quarta die iudicatos, sed plurimum in quinta per sudorem solutos. imo 3. de cris. 4. narrat Archigenē medicum a se omnium maxime in plerisque locis laudatum bis tantum in quarta die factam indicationem uidisse, atque ipsummet. semel usque ad tempus, quo eos liberos scribebat iam annis confectus, conspexisse. Qui autem ea die uel iudicentur uel pereant docēs primo de diebus de cr. cap. decimo tertio. inquit si quis primo die febre acuta infestetur, nullum autem periculosum signū habeat, sed urinis aliqua coctionis nota insit, non extra quartam diem morbum solutum iri, quemadmodum si multo exitialia primo die statim appareant, haud extra quartam esse perituum. Sed ueniamus ad enarrationem, circa quam primum contigit subitare, quomodo Hipp. primum rececit multa symptomata, nempe febrim acutam continuam cum dolore, sitim multam anxietatem, impotentiam continendi potum, capitis grauitatem,

lienis tumorem; tamen post haec, incipit numerare primae diei symptomata, quasi praecedentia non contigerint prima die, sed ante, & ob id ab ipsis haudquaquam facere oporteat initium numerationis dierum. Ad quam dubitationem dicendum est haec omnia proculdubio accidisse prima die; uerum tunc tantum fecisse eius mentionem Hippocrates cum uoluit commemorare fluxum sanguinis è sinistra nare, quasi id non fit usitatum, ut prima die febris sanguis è naribus profundatur, quamquam quod pertinet ad lienis affectum, & ad capitis dolores propensionem puto ipsi familiare extitisse; unde dicit erat sublienosus, & *καρσιφάρμος*, Itaque prima die febris continua, & acuta cum labore Periclem coepit, quae etiam augebatur. Vtrum autem haec fuerit symptoma consequens lienis tumorem, an uero fuerit formata, atque essentialis dubitare aliquis posset, uerum cum Hippocrates dicat fuisse *ὑποσπληνὸν* nec sinistri hypochondrii fecerit mentionem, in magnam suspicionem uenio: haudquaquam lienem fuisse multum affectum, ita ut deberet febrim facere sed tantummodo aliquantisper tumefactum, atque circa ipsum fuisse putredinis focum; nempe in uenis ipsius, & in partibus ipsi circumiacentibus, ut ob hoc facta sit febris magna continua cum siti multa, atque cum capitis aucta grauitate; ubi enim lien laborat capitis quoque statim euerti certum est, cum Hippocrates scribat secundo de morb. & alibi lienosis quibusdā foetere aures, nec nō gingiua abscedere corruptas, & foetiditas, quamquam sexto Epid. sec. 2. uideatur secus sentire, ubi scribit lienosis non fieri destillationes, quae de re alias plura nec inutilia dicam. Coeterum illud quaerere oportet, unde fieret ut statim prima die potum continere non posset, & cur de potu hoc dixit Hippocrates, non autem similiter de cibo: Aliqui putarūt causam huius symptomatis fuisse, uel intemperiem, eandem uentriculi, uel potius tenuem, & multam humiditatem, quae in lienosis, & melancholicis reperitur, ut idem Hippocrates docet quarto de morb. & sexto Epid. nec non Aristotel. in probl. Sed haec rationes, ac praesertim haec posterior, quae ipsis magis probatur haudquaquam mihi possunt placere; non prima quia in omni febre laborat uentriculus intemperie calida, itaque in omni febre deberet hoc uitium fieri, quod tamen in grauissimis febribus non fit; non etiam secundo primum, quia haec non laborabat multum liene, & forsitan non adeo uetusta erat ea affectio; deinde quia & si fuisset lienosus, & humiditate scatens, haud illa erat in uentriculo, ut potuerit uomitum educere, sed in liene, atque in toto. Ergo multo accommodatius mihi uidetur dicere, propter uentriculi anxietatem factam ab acibus, & biliosis

liosis seu uaporibus, seu humoribus id certe quotidie experitur, ubi uentriculus huiusmodi angore sollicitatur, illum frequenter uomere, & iure dixerit quandoque Seneca, uitam cardiaci esse uomere, & sudare: Cur uero solius potus meminit; causa uera fuit, quoniam Hippocrates febricitantibus acutè, & praesertim initio nunquam cibum dabat, sed solum potum, & sorbitiones ut constat in lib. de vict. acut. atque alibi, & hoc est, quod ipse dicebat secundo aphorism. vndecimo. facilius esse potum, quam cibis repleri.

**PRIMA DIE.** Dicebam mentionem facere hoc in loco primae diei, ne quispiam haesitaret, quia tunc fluxerit sanguis. Circa quem sciendum est omnes ferè textus Graecos habere, quod fluxerit sanguis è nare sinistra, & multa febris sit acuta. At Galenus uidetur loco dictioni *πολὸς* legisse *πολὸν* & connexuisse cum sanguine, quasi dixerit Hippocrates multum sanguinis è nare sinistra profluxisse, & ipse certè amplector magis Galeni sententiam, quia cum contulerit, intempestiua licet, illa sanguinis eruptio, aequum est existimare fuisse copiosam, praeterquam quod dictio *πολὸς* minime uidetur bene coniungi dictioni *πυρετός* tum quia haud est usitatus Hippocrati modus ille dicendi; tum quia superuacanea est illa dictio, cum Hippocr. initio dixerit febrim acutam fuisse, & continuam, atque nunc dicat *πυρετός ἐκτείνων*, id est intendebatur, seu augebatur febris. Fluxit itaque prima die multus sanguis è nare sinistra (quemadmodum uxoris Aritaei fratris secundo Epid. sect. secunda.) qui proculdubio a lienis prodibat; & tametsi non esset in die legitima, & iudicatoria, habuit tamen duo bona, & quod fuit copiosus, & quod fluebat *κατὰ τὴν*, id est secundum rectitudinem semper ab Hippocrate probatam sicut è contra in Progn. & Coac. dicebat malum esse si laborantem lienè è dextera nare fluat sanguis, aut è contra. De alio quomodo sese habuerit haud quicquam dicit Hippocrates. Et certè non solet statim ipsius meminisse, nisi quid obseruatu dignum ueniat, quoniam licet prima die alius nihil fundat haud ulla sit habenda sollicitudo; commemorat autem urinarum statum; nempe quae habebant aliquid mali, a quo poterant medici facile perterrefieri; siquidem erant multae, turbidae albae; nec sepositae clarescebant, aut quicquam deponēbant; cuiusmodi urinae omnium turbidarum maximè damnantur a Galeno primo de cris. cap. duodecimo. Erant autem turbidae quoniam fiebat magna in uasis agitatio ob ingentem aestum febrilem: erant albae, nec subsidebant ob crassitatem, & ob cruditatem; fiebant uero multae, quoniam lienosus, ut plurimum fuit ex immodico potu praesertim aquae, ut ait Hippocrates libro de affin. ubi etiam scribit optimum esse si uetus aqua ad uescicam conuertatur; praeterquam quod, ut saepe dixi, Hippocr. quarto de morbis non semel dixit lienem esse aquae locum & aliqui lienosis qualis Bion. secundo Epid. sunt copia urinarum liberati.

**SECUNDA DIE.** Notat Galenus hunc acutum & si celeriter iudicatum habuisse exacerbationes paribus diebus; siquidem dixit Hippocr.

**A** secunda die cuncta fuisse exacerbata: quarta uero fuisse iudicatum; nam eadem die homines seruauerunt qua pereunt: seruauerunt autem uel moriuntur diebus accessionum, & exacerbationum, ut saepe docuit Hippocrates, & praecipuae quarto de morb. sed dicit aliquis quomodo cuncta sunt exacerbata cum habuerit urinas meliores, quam prima die; anxietas sit mitigata, atque dormiuerit. Res ita sese habuit quod initio secundae diei facta est febris maior, quo tempore illius erat rigor, uel saltem augmentum, quo transacto circa meridiem, quia natura coquebat strenuè, mutatae sunt urinae, ex turbidis enim & absque ullo contento factae sunt crassae tantum, atque cum sedimento maiore; quod autem circa meridiem facta sit mutatio ad melius potest in de conici: quia quarta die circa meridiem morbus est iudicatus: iam uero eadem hora solent fieri iudicationes, quae antea factae sunt mutationes: nec quicquam obstat quod Hippocrates dixerit prima die nullum habuisse sedimentum, qui nequeat dici

**C** secunda habuisse maius, quoniam est modus loquendi Hippocrates, atque etiam aliorum, ut interdum comparatio uel propositio utantur, praesertim quando positium aliquod excellentis habet, ut in proposito casu, quo secunda die urinae satis euidentis habuerunt sedimentum, alioquin minime quarta die fuisset integrè liberatus. Quia ergo coctio satis erat progressa, non est mirum si symptomata mitigabantur, ut anxietas, quam dicit fuisse leuiorem factam; haud namque poterat ex toto auferri, cum adhuc fieret coctio, quae dum fit semper dolores, & febres fieri maiores quam ea iam consumata scribit Hippocrates secundo aph. quadragesimo septimo quae etiam ratione dormiuit nocte. At si fiebat coctio, & haec dum fit dolores, aliaque mala fuerunt semper maiora, quam iam ea perfecta, quomodo igitur dicit Hippocrates hunc aegrum alleuiatum esse, nec non dormiuisse; Respondendum est dupliciter uno modo dum fit coctio, posse fieri comparationem, uel ad antecedentia eam, uel ad consequentia; si ad consequentia fiat, semper accidentia illius sunt grauiora, atque sic loquitur Hippocrates dicens dum fit pus esse maiores dolores, quam eo iam facta, si fiat comparatio ad antecedentia potest esse ut ea sint maiora, sicut initio augmenti cum uix inchoata est coctio, quam dum ea è inchoata, & longè progressa est, ut accidit Pericli nostro. Possunt alio modo respondere alia esse symptomata coctionem sequentia, alia uero naturam morbi, seu salutis, uel mortis, ut dicunt medici; priora sunt semper maiora dum fit, at non inconuenit, quin ea quae morbi naturam consequuntur sint minora, nempe cum quo magis coquitur morbificus humor, eo quoque morbi natura mitior euadat.

**TERTIA DIE.** Quod secunda die inchoata non modo esset coctio, uerum etiam progrediretur, maiorque semper fieret docuerunt, quae tertia die contigerunt, quandoquidem febris mitigata est; urinae multae nec non coctae fuerunt, & cum multo sedimento; nox quieta fuit; & certè ut dicit Galenus poterat quicquid mediocriter peritus medicus praedicere cito futuram crism, postquam iam certum

certissima consummata coctionis argumenta apparebant, atque ut dicere solet Hippocr. coctio semper securitatem, & iudicii celeritatem indicet: rem uero ita sese habuisse evidenter demonstravit quarta dies, in qua scribit Hippocrates Periclem sudasse sine febre fuisse iudicatus, neque reuertisse morbum; atque eum fuisse secundum constitutionem sui acutum. Circa quae omnia paulisper nec sine aliquo fructu est immorandum, & quod attinet ad sudorem is habuit quatuor conditiones optimo sudori ab Hippocrate primo libro progn. tributas, fuit multus calidus, per totum, & febrem abstulit. Et hoc potest esse exemplum rarum ob crisi modum, cum Galenus tertio de cris. dicat rarius fieri perfectas crises solo sudore. Atque huius causa fuit, quoniam febris biliosa erat ex genere ardentium, quae ob materiae putrescentis tenuitatem consueverunt per sudorem finire, sed multum quoniam materia crassa ubi est conuertenda in uaporem, & ex uapore in aquam, operae praecium est semper in decuplum augeatur iuxta proportionem transmutationis mutuae elementorum quae dum inter sese transmutantur, semper ex una terrae parte fiunt decem aquae, & ex una aquae decem aeris. Facta est crisis potissimum circa meridiem, quia ea pars diei cunctarum est calidissima, & maxime sudoris generationi accomodata, quippe cum tunc corpora sint maxime laxa, & aperta, ob quam rationem Aristote. secundo probl. penultimo. dicebat nos magis aestate quam hieme sudare, & Hippocr. secundo Epid. dicebat meridiem correspondere aestati, & uesperam autumnum. Coeterum cur Hipp. non contentus dixisse sine febre iudicatum esse, addidit (non rediit), & cur in fine adiecit particulam *ὅτι*. Ad primum dicendum est dictionem illam *ἀπὸ πυρὸς ἐκπίδη* ita esse intelligendam, perinde ac si Hippocrates dixit ipsum fuisse iudicatum a medicis, quod esset sine febre; Etenim qui perfecte iudicatur, semper fiunt sine febre unde non uidetur Hippocrate dignum dicere fuisse quempiam perfecte iudicatum, & factum sine febre, quali possit cum perfecta iudicatione esse febris: ea propter quia potuisset timeri ne huiusmodi celeritas iudicii fuisset impestiua, ac propterea rediturus fuisset morbo. addere uoluit febrem haud quamquam rediisse, docens scilicet semper coctionem perfectam esse securissimam, quantumuis celeritur fiat; Facit quoque ad simile propositum, quod Hippocrates dicebat sexto Epid. sect. tertia aph. undecimo. scilicet omne suppurans esse

A absque recidua quoniam simul coctio est crisis, & abscessus. Quodque ab Auic. uidetur confirmatum secunda quarti tr. primo cap. decimoseptimo in fine ubi exituras aut esse longinquiores in recidua, quae reperiuntur. Ad aliud Galenus ut alias dixi huiusmodi particulas in fine historiarum appollitas habet suspectas, tamquam ab aliis fuerint additae, ut multa alia; Sed si concedatur eam uocem uere esse Hippocraticam: dicere addidisse eam Hippocrates ne quispiam, quia cito fuisset seruatus Pericles, propterea existimasset ipsum non laborasse acuto morbo; etenim characteres acuti morbi duo sunt uelocitas motus, & salutis periculum, quod fuit quoque in Pericle saltem prima die, quando tot grauius symptomata sibi contigerunt. Nunc de curatione aliquid dicatur: in qua instituta prima uictus ratio tenuissima in morbo acutissimo erat praescribenda. s. solus pristinae cremor, uel succus seminum melonum cum aqua: deinde facta sectione uenae statim secunda exhibuisse multum aquae gelidae ad extinguendum illico aetum febrilem, nisi tamen affectus ille lienosus prohibuisset si enim Hippocrates in exhibendo sero lactis, uult semper, ut excipiantur, qui natura sunt lienosi, multo magis quoque excipiebent in tradenda aqua, & certe postquam adeo cito Pericles fuit iudicatus rationi consentaneum a medicis aliquod graue remedium fuisse adhibitum quod potuerit subito furentem morbum compescere, quamquam ut alias dixi, non solet Hipp. curationem, & remedia narrare, nempe cuius scopus sit unam historiam, uidelicet prout res contigerunt posteris scriptas relinquere; & certe ubi febris ardens est cum uomitu bilioso, qui simul etiam faciet anxietatem efficacissimum esse, & praesentaneum praesidium aquae frigidae (etiam non expectata coctione,) exhibitionem haud semel usum comperii. Vtrum autem medici medicamentum ullum purgatorium administrauerint, uix audeo asserere, seu negare, quia cum tertia die fuerint uirginae perfecte coctae, potuerunt medici purgationem aliquam exhibere, opera cuius leuata natura reliquum materiae morbificae, quod in uniuerso corporis ambitu tenetur, depulerit per sudorem, atque ita liberatus sit cito: potest similiter fieri, ut absque ulla alia purgatione natura initio sanguinis è nare sinistra fluxu, & urinis turbidis leuata, deinde sequente materiae coctione integram iudicationem fecerit, ita ut non amplius reuerterit morbus.

## HISTORIA TRIGESIMATERTIA.



N Abderis Virginem, quae decumbat in via sacra febris ardens corripuit: erat autem sitibunda: & vigil: descendunt uero muliebria primum ipsi: **SEXTA** anxietas multa, rubedo, horrida, inquietas. **SEPTIMA** per eadem urinae tenues quidem, sed boni coloris: quae ad aluum pertinent, non turbabant. **OCTAVA** surditas febris acuta: uigil; anxiosa; horrida mente constabat: urinae similes: **NONA** per eadem

eadem & sequentibus: sic surditas perseverabat: **DECIMA QUARTA** mens turbata, febris remisit. **DECIMASEPTIMA** è naribus fluxit multum, surditas parum remisit, & sequentibus, anxietas; surditas inerat & delirium. **VIGESIMA** pedum dolor, surditas; delirium desijt. fluxit sanguinis parum è naribus; sudauit, sine febre. **VIGESIMA QUARTA** febris reuertit; surditas iterum, pedum dolor, perseverauit: mentis alienatio. **VIGESIMASEPTIMA** sudauit multum sine febre; surditas defecit, pedum submanebat dolor, in aliis autem perfecte iudicata est.



**N** AB DERIS VIRGINEM. Multorum Abderitanorum cum Hippocrates historias narret, sit ut suspicor tunc illos uidisse, cum fuit uocatus tanta medicinae opinione ab Abderitanis ad curandum Democritum; ad enim usum uenit, ut cum aliquis celebratus medicus ad aliquam urbem accerteret, omnes ferè illius aegri ad eum accedant. Vtrum autem haec fuerit uirgo, quia de ueritate uirginitatis Diis Deabusque ut faceret etiam ueteres solebant; an uero ita uocetur quia non dum esset uirgo copulata, haud multum inter se scire: sicut neque nomen proprium ipsius, cum scriberet habitationem, atque ut alias dixi, haud uellet nomen mulierum praefertim uirginum, dicere, neque forsan ob modestiam scire. Satis est simpliciter dixisse fuisse uirginem, quia ad cognoscendam affectionem, & ipsius causas maxime uirginitas pertinet, quippe cum, ut ipsemet Hippocr. testatur libro de morb. uirg. & de morb. mul. diuersis morbis soleant, quae nunquam uirum cognouerunt a defloratis tentari. Quae autem fuerit uia sacra; in qua dicit habitasse hanc uirginem, scilicet an similis, atque illa Romae, an uero aliqua regio urbis Abderitanae ita uocata parum refert, nisi forsan dicamus eunlo-cum nominasse, quod esset ob frequentiam templi uirginibus sacris destinatus, uel quemadmodum scribit Festus, ex causis: propter quas fuit Romae uia sacra uocata eam fuisse, quia per eam sacrificia in templum Capitolinum gestabantur sic fuit Abderis. Hanc aegram tantum sexta die ab Hippocrates fuisse uisitatum, ex eo coniecit licet, quod pauca admodum commemoret ante eam diem; & certe cum tunc fluere mensis, atque plerisque soleant durare tribus diebus noluerunt mulieres aescisci medicum, priusquam muliebria desissent: quamquam potest etiam fieri, ut haec purgata sit quinque uel ex diebus, quod ubi contingit morbum denunciari scribit Hippocr. primo de morb. mul. & Arist. septimo, de hist. anim. cap. primo. Aetas quae fuerit ipsius uidetur statim docere uoluisse Hippocr. cum dicit ipsi primum fluxisse menses, id quod fieri consuevit ferè omnibus circiter decimum quartum, uel decimum quintum aetatis annum, quamquam non diffiteor ultra etiam nonnullis, produci: & miror quosdam non intellexisse, quid hic significet uox illa *πρώτων* interpretantes Hippocr. quali dixerit in prima inuasionem morbi muliebria profluxisse. Cum enim dixerit fuisse uirginem, ualde uerisimile est

A dixisse primum tunc sibi fluxisse muliebria, id quod non sine ratione adnotasse puro, quod compluribus uirginibus quando primum fluere incipiunt menses, morbi grauissimi contingere soleant, ut quae ad libidinem incipiunt uehementer concitari ob quod Arist. septimo, de hist. anim. cap. primo. dicebat eo tempore esse magna diligentia custodiendas; nam infra aegro ante penultimum, quae est uirgo larissaea, utitur simili parasi, dicens tunc primum fluxerunt menses, cum esset uirgo, & certe cum Hippocrates dicat tunc primum sibi fluxisse menses uidetur indicare serius, quam par fuisset, coepisse fluere. Redeo autem ad historiae examen: Hanc uirginem dum sibi primum menstrua fluere, coepit febris acuta; & ardens, ob quam stiebat uehementer, nec dormiebat Galenus pauca de hoc casu scribit, nisi quod aegra ex plenitudine laborauit, & quantum ex his quae contigerunt, initio coniecit poterat aliquem forsan suspicaturum fuisse, illam interitum. Mihi quoque placet hanc uirginem sanguinis plenitudine laborasse, atque id ipsi accidisse; quod forsan paulo plus dilata, esset menstruorum eruptio, scilicet circa decimum septimum, uel decimum octauum, aut uigesimalum aetatis annum, ut ueluti nuper dicebam, quasi rem inusitatum significaturus Hippocr. dixerit, tunc primum descendisse sibi menstrua. Quomodo uero genita sit sibi febris acuta, atque ardens, non est arduum comprehendere; siquidem copiosus sanguis accumulatus, ac uolentia quadam a natura extra propulsus, in calcere ultra modum coepit; in calcere nam facile sequuta est putredo tum ob copiam, tum ob diuturnam, & praeter naturalem retentionem; a putredine in toto, & praesertim circa uterum & uiscera facta est febris acuta, & ardens, cuiusmodi solent esse, quae copiosius, & biliosi sanguinis putredinem sequuntur: Febrim, autem magnam & ardentem, uigilias, atque sitim inducere nemo ignorat Medicus.

**S**EXTA. Visitauit hanc uirginem Hippocr. tantum sexta die, ab hac ad nonam singulis diebus: a nona usque ad uigesimalum septimum singula quaeque quarta. An uero praeter sitim, & uigilias totis quinque prioribus diebus alia symptomata affuerint, haud dicit Hippocr. & non est a ratione alienum, quando proflexerint menses sola memorata effatu digna euenisse; quandoquidem huiusmodi fluxus solet abducere uapores, & succosa toto ad uterum: at iis finitis sanguinem; & succos alio conuersos per corpus praua alia symptomata attulisse, nimi-



nimirum anxietatem multam rubedinem, horrore, & inquietudinem, seu membrorum iactationem, etenim uerbum *αδρα* sic potius interpretandum est, ut Galenus in ling. quam moesta, quemadmodum faciunt alii nonnulli; est enim differentia inter *αδρον* & *αδρωσ* quod illa faciat aegrotantes angere, & uix respirare posse *αδρωσ* uero huc atque illic corpus moueri, nec quiete ullam reperire. Haec ergo uirgo febre acuta, & ardente laborans cum non amplius menstrua haberet, quorum exitu declinarentur alio fucum, & uapores putridi, sicque tranquilliores statum redderent; hi conuerti ad stomachum pepererunt *αδρον* seu anxietatem, & angustiam; sublatis in faciem illum ruborem induxerunt, quemadmodum percidentes cunctas corporis sensibiles partes illum horrorem illamque inquietudinem faciebant. Sed dicitur quibus cur potissimum in hac muliere commemorauit rubedinem faciei, quod non solet facere, & si uerisimile sit, & usu probatum hoc symptoma compluribus febriçantibus continere? An forsitan in hac muliere maxima erat illa rubedo, ut propterea fuerit digna memoratu? nam in uirgine repleta sanguine, & cui primum tunc fluxerunt menses, atque fluere desierant facile fuit in caput, & praesertim ora sanguinem restagnare ac ruborem inducere: est enim ut ait Arist. nono prob. tertio rubedo sanguinis concursus, quam rubedinem solent, eo magis uirgines contrahere, quod suaapte natura sint pudibundae, proptereaque sanguis in ipsis faciem impetere lit fuespuit. Etenim pudentes erubescere & Arist. undecimo. prob. 53. & quotidiana experientia docent; cuius rei causam indagans Alex. primo probl. 15. duo dixit, unum est naturam suaapte naturali, non uoluntario instinctu, quod uerendum, & honorandum est refugere, ut faciunt puellae, quo tempore sanguis intro impetuose tractus nec ibi consistere potens, remeat ad uultum. Alterum est aliquos exilissima naturam sese pudentem copia sanguinis regere uelle, sicut pleuraeque etiam pudentes ob id manum uultui apponunt, & exemplum affert pudicarum nobiliumque puellarum, quae iccirco facilius coeteris pudore, & rubore afficiuntur, quod quae reuerenda conspiciunt; ab illis natura sese trahere cupiens sanguine concitet, & in uultu rapiat, ubi oculi sunt qui potissimum pudori occasionem praebent. Erubuit mulier seu lacte purpura mixta dicebat Ennius.

**S E P T I M A.** Habuit ut notat Galenus haec aegritudo ut criticae periodi manifestae fuerint, cum natura in ea praestenderit signa, & symptomata critica: etenim & si dicat in hac die fuisse eadem, quae antea, cum tamen etiam dicat urinas fuisse tenues, atque boni coloris, ratione tenuitatis, ut ait Galenus, indicabatur morbi longitudo, bonus uero color monstrabat iam coepisse naturam coquere materiam morbificam. Sed quid uoluit significare cum dixit quae circa uentrem non turbabant? Puto uoluisse significare alium quidem fuisse aliquantisper solutam, sed non ita ut incommodaret.

**O C T A U A.** Octaua dies, ut paritate correspondebat sextae sic etiam cum ipsa proportionem habuit, quod symptomata, quae nec pauciora, nec

meliora fuerunt, nisi quoque fuerint deteriora: nam rubor faciei, qui signum erat sanguinis caput petentis fuit, simul signum prognosticum furditatis futurae exitit, aut alterius similis capitis aegritudinis; siquidem facere solet illius copia ubi sursum fertur, ut male audiamus, quod pori auditorii crassus uaporis replentur; Neque credo integram fuisse furditatem, sed auctum potius immixtum. & Arist. 32. probl. primo. dicit aures esse calidissimas (quae sententia ualde suspecta medicis est,) unde saepe usu uenit, ut rubor faciei ad aures confugiat, tum quia tanquam ad partes propinquas, tum maxime, quia aures sunt temporibus ualde propinque per quae feruntur humores a partibus infernis ad supernas. Febris quoque aucta est, & uigiliae permanserunt, cum horrore, & anxietate quasi uero prius horror factus sit, motis humoribus. scribis per partes sensibiles; mox iidem humores seu ipsorum uapores os uentriculi petentes anxietatem genuerunt, simulque febris acuta sit. Verum tamen bene intelligebat, & urinae erant similes praecedentibus semper tenues, atque boni coloris; Et adnotandum est Hippocratem uoluisse obseruare, quod non delirasset octaua, quia certe mirum erant, furditatem cum rubore uultus, non secum esse delirium aliquod, at id forsitan contigit, quoniam sanguis benignior erat, quam ut posset cerebri temperamentum ita peruertere, ut praecipuum ipsius, actionem laederet; praeter quam quod facilius fuerat, sanguinem a uultu ad aures, quam ad cerebrum diuertere, quas scimus etiam, facilius tamen pudore, quam aliis affectibus rubere, ut testatur Arist. 31. prob. tertio & trigesima secunda, primo.

**N O N A.** Nona atque etiam sequentibus diebus usque ad uigesima quartam scribit eodem sese habuisse modo: peculiariter autem furditatem perseuerasse, quasi uero obseruatu res digna sit in febre acuta; aliique symptomatis diebus perdurare furditatem, neque mentem labefecisse.

**D E C I M A Q U A R T A.** Inter signa decretoria commemorantur quoque deliria, & certe in omnibus penè magnis euacuationibus, aliusue eruptionibus, quae solent aliquo modo critico fieri, uideamus quotidie deliria subsequi, scilicet commotione illa humores agitati in cerebrum uapores mittunt, qui illius statum peruertentes mentem offendunt. Sed quo pacto fieri potuit, ut in crisi licet obscura & imperfecta decimoquarto die facta potuerit simul remitti febris, & delirium, quod non ante apparuerat fieri; nam dum febres sunt in uigore, tunc maxime accidentia; atque deliria augentur; contra inclinante febre cuncta solent mitigari. Dicendum est decima quarta die fuisse sanè factam aliqualem motionem criticam, uerum satis rudem, atque imperfectam, quod nec ante ipsam uisum sit: quicquam noui factum a nona usque ad decimam quartam: unde non inconuenit, quin ratione illius furditatis perseuerantis a cerebro noxa aliqua communicata sit, quae non formatum delirium, sed τὰ τριγώνια παραχρῆμα id est mentis perturbationem pepererit, & nihilominus putredo in hypochondriis sit non nihil placata, simulque febris remissa; ut enim diuturna illa furditas

tas

tas haud amplius ab infernis fomētum suscipiebat, sed a materia circa aures potissimum existente conseruabatur, pariter illa malum poterat cerebro communicare absque quo ab inferioribus partibus noua per febrim materia suppeditaretur, quae delirium efficeret.

**D E C I M A S E P T I M A.** Quod saepe numero diximus id quoque nunc placet repetere Hippocrates ubi protrahebatur morbi non conuenisse adnotare nisi quae diebus iudicatoriis, & decretoriis contingebant; ut in hoc aegro apparet, in quo post nonam & consequenter undecimam decima quartae symptomata proposuit & nunc decima septimae, in qua dicit multum sanguinis fluxisse, & non nihil remississe furditatem; sed dubium est quomodo parum furditas remiserit, siquidem Hippocrates quarto aphorismo. sexagesimo. & in Coac. scribit in furditate sanguinis est naribus fluxum & alui fluorem eam soluere. Dico propterea Hippocratem uoluisse hoc adnotare, quoniam sibi quoque mirum uidebatur non esse solutam furditatem ex multo fluxu sanguinis: causa autem fuit, quia non fluxit intempeliuè, scilicet non apparente coctione in urinis, unde non fuit uerè criticus: uerum tamen diebus sequentibus usque ad uigesimalam habuit anxietatem, furditatem, & delirium. Quod enim furditas fieret a sanguine, ut retro diximus ex hoc quoque monstratur, quoniam exeunte è naribus copioso sanguine illa imminuta est; quod pariter huiusmodi fluxus sit praemonstratus tum ab ipsa furditate, tum a rubore faciei, tum postremo a delirio, id quoque perspicuum est, cum haec ab Hippocrate, & Galeno inter alia signa futuri sanguinis è naribus fluxus etiam recensentur. Et quamquam decima quarta, factum delirium sit, attamen perdurauit una cum furditate, merito cuius illud esse potissimum factum ducebamus; cumque redierit anxietas, uerè simile est quoque in hoc critico motu, aliquam materiam saltem uaporosam esse ad uentriculum declinatam; ubi illius os laedens anxietatem induxerit.

**V I G E S I M A.** Vigesima quae ultimis acutorum terminus est, quaeque similiter decretoriis uim habet non exigua habuit obseruatu digna, in primis fuit pedum dolor; circa quem uidetur dubitatum num uerè uocandus fuerit podagricus; siquidem ex una parte cum durauerit etiam post iudicationem, & in reliquis ac acquisitam sanitatem, non alius uidetur esse potuisse; quam podagra facta abscessu ratione. Sed ex alia parte non uidetur talis fuisse, quoniam Hippocrates sexto aphorismo. uigesimo nono. scribit mulierem podagra non laborare, nisi menstrua ipsi defecerint; idque uerum fuisse ipsius Hippocratis tempore non autem in posteriori ob singularem omnium luxum, non modo scripsit Hippocrates, uerum alii plerique scriptores, & praesertim Scriba, qui Episc. nonagesima sexta damnans mulierum uitam, inter alia dicit mulieres tempore Hippocratis, non laborasse podagra; uerum sua tempestate ob mutatos mores, ac

uitam, non autem naturam passim tentari consueuisse. Respondendum est dupliciter uno modo dolorem quidem podagricum fuisse, & licet tunc habuerit aegra menstruas purgationes, attamen fuisse tardas, ut dicebam, ac propterea facta in corpore repletionem podagrici dolori esse datam occasione. Sic enim concedit Hippocrates mulieres tentari podagra ubi purgationes haud fluunt; ut debeant perinde namque est eas uel non profuere, uel diminutas esse, atque incipiendo tardare. Possimus alio pacto respondere non fuisse uerè dolorem podagricum, quod dolor haudquaquam articulos, sed totum ipsum pedis corpus occuparet, atque factus esset natura ipsa humores morbificos suo proprio robore ad partes extremas propellente unde iure merito & furditas, & delirium intemiserunt, scilicet abducta materia morbifica, & praesertim sanguine illo impuro a supremis ad infimas partes; qui tamen quoniam haud totus potuit deorsum ferri, factum est ut illius pars è naribus proruperit, ac sudauerit: ex quibus omnibus soluta est ad tempus febris, atque imperfecta crisis secuta est.

**V I G E S I M A Q U A R T A.** Medicus etiam mediocri facile putasset ex toto morbum fuisse uigesima die finitum, quando quidem factus est abscessus ad infimas partes sudauit, desit febris, furditas, delirium, atque haec omnia uigesima die decretoria contigerant. Verum deerat unum maximum omnium momenti nempe coctio in urina, quam haec tenus perseuerasse boni coloris, sed tenuem, quod signum plenitudinem, & eruditatem significat, facile postumus conuicere, ex eo quod Hippocrates illius mutationis ab octaua die haud meminit, non insolens tamen meminisse, quando in ipsa mutatio uel ad bonum, uel ad malum sit; ea propter deficientem coctionem haud mirum est si crisis non fuit secuta, imo uigesima quarta die febris rediit, nec non furditas, atque mentis alienatio, non tamen insignis, sed tantum παρακωστή etenim relicta illa materia cruda, ubi coepit putrere; & ad coctionem aliquam propere, factum est rationabiliter, ut symptomata ea sint secuta, quae suppurationem, atque coctionem commitari dicebat Hippocr. quaeque simul futuram meliorem crism praedicunt. atque ob hoc factum est ut uigesima septima, quae est primus septenarius a uigesima non modo sudauerit, ac reliquiae furditatis, & delirii sint finitae, uerum etiam omnia alia perfectè sint iudicata, excepto dolore pedum, qui adhuc post iudicationem relictus est: atque idem factum fuit ut morbus sit solutus; nam perit Caluus larissaeus, quia dolor genu non permansit sed recessit statim, sicuti alii omnes, quibus recessus fit ad inferioribus partibus ad superiores. Verum quaeret alius non immerito cur cum adeo perfecta sit facta iudicatio, dolor tamen ille pedum remansit? Cui respondendum est propter tres causas dolorem pedum non fuisse cum aliis symptomatibus finitum; unam quia copiosa fuit materia, & crassa, quae ut discutatur longo eget tempore. Alteram quia pedes sunt remotissimi a fonte caloris, & propterea frigidi, ob quod facultas eorum haud ita cito potest mate-

O riam

riam morificam superare: unde Aristot. secunda A  
probi. 26. dicebat pedes minime sudare  
quocumque; sicut ab impotentiū consumendi humo  
res tertiam quoniam ut scribit Hippocrates, &  
obitus ipse docet pedes compositi sunt multis  
ossibus, multisque neruis, atque aliis partibus  
duris quae faciunt, ut materia semel iis infixa  
haudquaquam cito, & facilius queat inde elidi;  
quae pariter causa est, cur pedibus etiam nudis  
incedentibus nihil deteratur, & tamen soleae fer  
ratae consumantur; quibus illud quoque accedit B  
pedibus aegris ob situm decliuem assiduo nouam  
materiam suggeri, proptereaque aegre, & non nisi  
longo tempore eorum mala finiri. Sequitur cura  
tio, quam, certum est debuisse adhiberi sicut coe  
teris acutis, atque ardentibus febribus; & in pri  
mis uictus totus debet esse insigniter calefaciens,  
atque refrigerans cum uini abstinentia, atque usu  
ptissanae, & aliorum ciborum humectantium, &  
refrigerantium; pro potu aqua, uel hordei, uel an  
guriae potius quam simplex refrigerata fuisse eli  
genda & Auer. libro septimo. cap. duodecimo. cu  
rationem febris ardentis instituens, inquit melio  
rem esse aquam anguriae, quam refrigeratam a  
quam niue cum citius calefiat haec, nec quicum  
nutrimenti, uel sanguinis correctioni conferat. A  
prima usque ad sextam si profluxerit menstrua,  
secundum rationem par est existimare de sangui  
ne mittendo nil fuisse cogitatum; si uero tardius,  
atque minus quam debeant, mensis redierint sane  
statim de sanguine mittendo deliberari oportebat,  
prius, scilicet lenta aluo, postquam non erat spon  
te citata; deinde secta uena tali aut poplitis, ab ea  
que misso sanguine ad unam, uel alteram hemi  
nam una aut pluribus uicibus, immo si, ut Gale  
nus existimauit, plenitudine abundabat sanguinis  
in imminuto menstruorum fluxu plus etiam san  
guinis fuisset detrahendum, tum coctioni erat in  
cumbendum, atque uiarum apertioni per decocta  
ex oxalide rad. petronselini cap. ueneris, & simili

bus aliis accomodatis. Interim quia ex rubedine,  
& surditate apparebat, sanguinem in caput non  
absque impetu aliquo ferri, frictionibus, & cucur  
bitulis tam scarificatis, quam siccis, nec non blan  
dis ligaturis fuisset ille impetus comprimendus;  
cumque aluus haudquaquam flueret, & urina li  
cet tenuis, attamen esset boni coloris, aliquam le  
uem coctionem significantis, plane transacta sal  
tem decimaquarta die praerogasse ichores bilio  
sos medicamento aliquo cholagogo, atque denuo  
grauioribus incubuisse in humoribus efficacio  
rem praeparationem, atque apertionem. Interim  
ventriculo linimentum ex oleo masticino cum pul  
uere corallorum administrasse propter illas an  
xietates sicut ad surditatem oleum amigd. ad fum  
um amararum; etenim in delirio, ut in febre ac  
ta calidiora fuisse uitanda omnes intelligunt; sic ad  
delirium leuia, & simplicia oxyrodina conueni  
sent; quamquam leuem insaniam, & a sanguine,  
& febre enatam sperandum fuisset absque multi  
labore, ut contigit, esse finiendam. Coeterum do  
lori pedis dum febris & morbus adhuc durabant  
sola mitigatoria potius relaxantia quam ullo mo  
dorepercussio congruebant, ut prius simplex  
lac. uel paneritro mixtum, aut aqua tassi barbassii  
tepida uel oleum lumbricatum: nam Galenus li  
bro meth. vñdecimo. cap. vigesimo. dicit Medicos  
saepè prouocare podagram, ut febris fomentum  
eripiant. Post unctionem uero paulo auden  
tius aduersus dolorem contendi debebat lauacris  
ex decocto maluae, lapathii, rosarum, & unctio  
ne ex oleo anethino, uel camomelino uel oleo lute  
orum oui, & in declinatione doloris posca aut ui  
num, aut marina, uel salsa aqua magnam utilita  
tem praestitissent, tum in finiendo dolore, tum in  
desiccandis, atque confirmandis pedibus; Illud  
certè uerissimum est, quod de se ipso tradit Auer.  
ex febre, scilicet ardente factum fuisse arthriticum  
& forsan etiam praesenti mulieri diu permansit pe  
dum dolor.

## HISTORIA TRIGESIMA QVARTA.

31. Feb. 3.

**A**N ABDERIS Anaxionem, qui decumbat ad Threicias por  
tas febris acuta prehendit; lateris dolor dexteri continuus, exusti  
uit sicca. neque expuebat PRIMIS diebus, sitibundus. uigil;  
urinae boni coloris, multae, tenues: SEXTA delirius: ad fo  
menta uero nihil remittebat. SEPTIMA laboriosi: nam fe  
bris intendebatur; & dolores non remittebantur: tussesque infe  
stabant: difficiliter respirabat: OCTAVA cubitum secui effluxit multum,  
quale oportebat: remisserunt quidem dolores: attamen tusses siccae pergebant. VN  
DECIMA remisserunt febres, parum circa caput sudauit; adhuc tusses, & quae  
a pulmone humidiora DE CIMA SEPTIMA coepit pauca, & cocta expuere,  
alleuiatus est: sitibundus autem erat; & a pulmone haud bonae purgationes VI

GESIMA

GESIMA sudauit, absque febre post crism uero leuatus est VIGESIMA SE  
PTIMA febris rediit tussiu: reiecit cocta, multa: urinis subsidentia multa, alba,  
sine siti factus est: somni TRIGESIMA QVARTA sudauit per totum sine  
febre iudicatus est omnino.



**N** ABDERIS ANAXIONEM.

Complures in hoc libro commemorat  
Abderitanos Hippocrates fortasse (ut  
retro etiam dixi) quia, cum is ad cu  
randum Democritum ab Abderitanis  
fuit accitus multos etiam alios ibi curare fuit co  
actus; quemadmodum saepe numero contingit, ut  
cum aliquis magni nominis Medicus in celebrem  
Ciuitatem uocatur, quicumque in illa sunt aegro  
tantes a simili medico curari capiunt, & certè hoc  
uidetur admodum uerisimile, ut potius tunc om  
nes Hippocrates curare contigerit, quam ut diuer  
sis temporibus ad unumquemque curandum iue  
rit, quam Medicus tantae grauitatis adeoque occu  
patus haud abudauerit, ita ocio, ut potuerit huc,  
atque illuc ad medendum uentitare sicuti faciunt  
mercenarii. Sed utrum hoc, uel illud fuerit pa  
rum interest. id certè non est ignorandum, si ullus  
est ex aegrotantibus ab Hippocrate relatis; qui a  
Galeno sit frequenter commemoratus, atque quo  
tidie in ore omnium uerferet certè est hic Ana  
xion, cui, ut audietis secta fuit uena die morbi octa  
ua, secusque ipsemet Hippocrates iubet secundo  
C aphorism. ubi scribit, si quid mouendum in princi  
pio moue; & quamquam de eo nil aliud Hippo  
crates dicere potuisset quam proprium ipsius no  
men, quod, quia rarum esse satis esse poterat ad de  
monstrandum uirum, quem forsan nullus esset alius  
in his regionibus, qui ita uocaretur, sicut simile no  
men apud alium scriptorem non ita facile reperi  
re conceditur, nihilominus uoluit quoque appo  
nere habitacionem, forsan ad significandam aliquã  
morbi occasionem, quod saepe facere, uel saltem  
interdum solet, ut Galenus insinuat libro de linguis  
in uoce. Stymargi. Habitabat, itaque Anaxion ad  
portas Thracias, hoc est, illas, quae ducebant in  
Thraciam; prope portas autem solet gens uilior  
atque inops habitare; De tempore nil dixit, quia  
facile intelligi poterat fuisse hyemem, quoniam ut  
ipsemet docet tertio aphorism. vigesimotertio hye  
malis morbus est pleuritis, imo Galenus in commen  
tario inquit Hippocratem in eo aphorismo non fa  
cere mentionem aliorum temporum quia pleuri  
tis, & peripneumonia, sunt proprii morbi hye  
males, nec communes aliis temporibus, & fiunt, ait  
Galenus quia a frigore spiritalia laeduntur; Consi  
militer non meminit aetatis, quia pleuritis uera ra  
ro fit in alia aetate quam uirili, ut liquet ex Hippo  
crate, & Galeno tertio aphorism. trigesimo: Ad hunc  
uel non uocatus fuit nisi sexta die, uel si uocatus  
est, non accessit ad eum, nisi semel quinque illis die  
bus, qui sextam diem antecesserant. Habuit  
hoc tempore febrem acutam, lateris dexteri  
continuum dolorem, atque tussim siccam cum siti,

& uigiliis, atque anhelitus difficultate, quae om  
nia symptomata poterant unumquemque docere,  
Anaxionem uera pleuritide laborasse; nec quic  
quam obstat, quod Hippocrates haud meminerit  
anhelandi difficultatis, quae alias ab ipso in libro  
de acutis, in quibus de hac sola, & peripneumonia  
fere semper loquitur; inter signa illius morbi pa  
thognomonica recenset, quoniam, ut scribit Gale  
nus secundo de difficul. respirantium cap. octauo.  
cum necessario difficultas respirandi sequatur pleu  
ritidem nec eam Anaxione quicumquam peregrini,  
uel rari haberet, haud uoluit statim commemorare;  
quamquam nominari situm, quae necessaria  
non est, nec non uigiliis, & uiriarum statum; sic e  
tiam quarto, de causis. pulsuum inter signa pleu  
ritidis recensuit delirium, & quoniam pleuritis  
est morbus frequentissime a Medicis tractatus, &  
satis frequenter contingens ipsum paulo accura  
tius, & diligentius examinare oportuum erit, tum  
quoad partem Theoricam, tum etiam quoad Pra  
cticam. Et primum quoad nomen scribit saepe Ga  
lenus ut septimo aphorism. quadragesimosecundo.  
C & quarto aphorism. sexagesimosexto. & secundo  
de difficul. febr. ac tertio, in primum Epid. Veteres  
non appellasse febres huiusmodi morbos, sed pleu  
ritidas; quoniam illae sunt pura accidentia essen  
tiam tamen morbi constituentia; nec ualet, nomi  
nasse Hippocratem hic febrem, atque etiam ante  
dolorem, quoniam fieri potest ut prius febre labo  
rarit, quam dolorem senserit: Latini modo uocant  
nomine Graeco, modo lateris dolorem dicunt. Se  
renus telum appellari dicit forsan imitatus Hippo  
cratem. Qui secundo de acutis scribit pleuriticus  
uocari *βλῆτος*, id est percussus, quia ubi sit morbus,  
ibi apparet stygma, & ueluti uibex quidam, ac si ibi  
percussionem accepisset. Barbari pleuritim potius  
dicunt. Est autem pleuritis circa omnium contro  
uerfiam inflammatio illius membranae, quae costas  
subcingit, qua in re differt a spuria pleuritide, quae  
quidem non est inflammatio, sed tantum dolor la  
teris tactus, uel ab humore aliquo uel a flatu di  
stendente, & a suo loco praedicatam membranam  
diuidente; & quamquam huiusmodi inflamma  
tio fiat circa partes internas collarum, fit etiam in  
terdum & circa externas, quae tamen haudqua  
quam legitima est appellanda, ut altera; adeo ut pa  
teat locum affectum nullum aliud esse, quam mem  
branam, & costas; Modus generationis idem est,  
qui & aliarum inflammationum transmissio, scilicet  
F sanguinis a uenis extra uenas, eiusque accensio,  
& putrefactio. Certum enim est in uenis esse san  
guinis locum ac propterea in ipsis proprietate lo  
ci conferuari, extra uero ipsas corrumpi; Coe  
terum quia sanguis, qui facit malum, interdum  
O 2 purus

purus est interdum biliosus, uel pituitosus, uel melancholicus, inde fit ut inflammatio, seu pleuritis a medicis interdum dicatur esse sanguinea, interdum biliosa; uel pituitosa, uel melancholica. Sed oritur dubitatio hoc in loco, urea pleuritis sit periculosa an sanguinea, an biliosa; nam Hippocrates tertio de morbis inquit, biliosam pleuritidem esse mitiorem nec lethalem; sanguineam uero esse fortem dolorosam & lethalem. Contra sexto Epid. commen. tertio; aphor. ultimo, & tertio commen. in libro de hum. text. 33. dicit sanguineam pleuritidem prohibere missionem sanguinis, quam sententiam exponens Galenus dixit sanguinem haud mitti in pleuritide sanguinea, quia multissima est, ita ut magno remedio non egeat. Dicendum est sanguinem facientem pleuritidem, uel esse paucum, uel mixtum aliis humoribus, sed superabundantem, atque de priori loqui sexto Epid. de posteriori autem tertio de morbis, sicuti etiam loquitur Celsus, ubi dicit quarto libro cap. sexto. ex sanguine pleuritidem esse grauem. Sic itaque patet, quae sit affecta sedes, & quae causa continens, nimirum sanguis transfusus & in census. Causae uero transmittentes, uel sunt internae, siue *πρωτογενέαι*, uel externae; internae sunt pleuritis, siue *πρωτογενέαι*, uel thoracis, sexus, & aetas sicuti dicit Cael. Aurel. libro secundo acur. cap. 13. mares magis, quam foeminas, & senes magis iuuenibus, & pueris pleuritide tentari. Externae uero sunt complures, quae omnium diligentissimè & copiosissime proponuntur a Coelio Aureliano & Aretaeo, & forsitan quia multae causae possunt hanc inflammationem facere, atque locus maxime aptus est ad patiendum ob situm, uocem, atque respirationem; hinc fit, ut frequenter pleuritis a Medicis conspiciatur, ut iure merito dixerit Galenus duodecimo meth. pleuritidem & disenteriam hinc signa maxime omnium scientifica, sunt autem signa illa quatuor, quibus constituitur hic morbus, febris acuta, dolor lateris, tussis, & difficultas anhelandi coetera uero addita a Galeno & ab aliis, nempe pulsus ferrinus, delirium, litis, uigiliae sunt, uel comitantia, uel superuenientia. Iam uero ut de Anaxione loquar, quae fuerint causae antecedentes & externae sui mali haud constat; potuit esse tamen labor nimis uociferatio, nec uero aer frigidus laedens spiritalia, ut ait Galenus uini potus; & notandum est apud Aristotel. tertia sect. probl. primo licet uerum sit pleuritidem, fieri a potu uini ibi tamen non quadrare, cum non sit affectus frigidus, sed loco aius legi debere *παρὰ λουσαν*, ut a Galeno colligitur secundo de temperam. sed quaecumque fuerit primum facta est febris acuta quoniam, cum inflammatio esset in dextera laterum parte, & iocino, & cordi, ac septo transuerso communicata est facilliter accessio per putridos, & accessos uapores, qui astrictio suppeditati cordi alsidiam quoque febrem faciebant, quemadmodum quoque continuus erat dolor, eo quod attracta uel caloris semper noua materia, nouam nec intermissam continuam solutionem inducebat. Goeterum id quaerere oportet utrum primo contigerit febris, an dolor nam si

seriem Hippocratis perpedamus plane uidetur febris eam in prima corripuisse, ex altera parte ut etiam retro dixi est Galenus septimo aphorism. quae dragesimo secundo. & quarto aphor. quadragesimo quarto. & secundo. de differen. morb. qui dicit ueteres febres pleuritidis, & phrenitidis non appellare febres, eo quod sint potius symptomata; iam uero symptomata sequuntur mortem. sicut umbra corpus. Pro resolutione dicere, oportet aliud esse recitare symptomata aliqua morbi, aliud quaerere naturam eius; quando ueteres quaerebant naturam pleuritidis, & similia morborum, nunquam appellabant febres, iam uero Hipp. qui sibi proposuit recensere symptomata aegrotantium, prout sibi accidēbat; narrabat prout accidēbat; quare cū Anaxione primo apparuerit febris, quam dolor, hinc est quod primum eam commemorauit. Cur uero potius factus sit dolor in dextera, quam in sinistra parte fuit causa aliqua particularis, alioquin pars dextera ob uiciniam iocini magis calefit, magis exercetur, proptereaque promptius materia in ea parte dissipatur, ita ut non facile in ea generetur pleuritis, sed frequentius in sinistra quemadmodum testati sunt Ruffus Ephesus, & Razes. & quando generatur salubrior est, ut ait Auicenna, & attamen longior, qualis haec, quamquam, ut dicebat Hippocrates tertio de morbis quando robustiores sunt dexterae partes. sinistris, tanto etiam fortiores morbi in his fiant: A quo uero sanguine facta sit in Anaxione pleuritis, non multo negotio conici potest, tum quia, ut scribit Galenus primo. aphorism. duodecimo. & quinto de locis affect. quarto. nec non Auicen. decima, tertii cap. de pleuritide, plerumque fit a sanguine bilioso, tum quia sitis, & uigiliae, ac delirium, quae superuenerunt Anaxionis factis docere poterant materiam peccantem fuisse sanguinem biliosum; Tussis pariter facta est, quoniam, cum affectus sit in parte septo, ac pulmonibus proxima ij laesi, atque laesionem a sese depellere conātes mistum illum excitant, interdum tam grauem & interiora diuelli iudicantur, qui motus ab Hippocrate in Coacis praedictionibus (quicquid alii dicant nuncupatur *σπασμῶς*, ubi dicit pleuritidem spasmatē tuiorem esse, eo quod hauiusmodi diuulio, & uehementer tussis haudquaquam fieri potest absque robore facultatis in quo certum est sitam esse omnium pleuriticorum salutem; praeterquam quod multo melius huiusmodi pleuritis suppurata expurgatur. Haec uero tussis, quae patognomonium est signum pleuritidis, interdum sicca est, interdum uero humida; sicca est, quando aut nihil aut exiguum, quid & crudum cum ipsa reicitur; uigilia uero quando uel sanguis purus, ut in mitissima quemadmodum Galenus sexto Epid. sectio. tertia. ultimo. nec non comment. in libro de hum. eicitur, uel bilis, uel pituita, uel melancholia: & si, ut dicit Galenus frequentius sit tussis cum excrementis liquidis & primo spumosis, deinceps sanguineis postea fellois, ut ait Coelius, ac saniosus, seu purulentis: causa uero ob quam fit ea sit tussis a Gal. secundo. de crisi duplex proponitur, uel materiei crassities, & uiscitas,

ditas, uel nimia ipsius tenuitas ob quam irritat quidem naturam, sed auis expulsiorem refugit. Erat autem tussis Anaxionis sicca, nec primis diebus quicquam expuebat; sed dicit aliquis, cur Hippocrates non contentus fuit dicere, tussim fuisse siccam sed uoluit addere, nihil primis diebus expuisse; cui responderi potest, particulam ultimam esse prioris explicatiuam, perinde acsi dixisset, fuisse siccam tussim, hoc est nihil prioribus diebus expuisse; uel possumus dicere, quod quoque superius dicebamus, scilicet quandoque etiam dici tussim siccam quando exiguum quid expuitur, unde uolens eam excludere penitus, addidit non solum exiguum non expuisse, immo nihil omnino.

SITICVLVSVS. Galenus secundo. de diff. respon. cap. octauo. scribit sitim pleuriticis, neque necessario, neque ut plurimum contingere, ac propterea Hippocratem tanquam rem haud usitatam uoluisse hic commemorare; sed hoc apud me non est ita tutum asserere, primum quia idem Hippocrates in libro tertio, de morbis, loquens de sicca pleuritide inquit, eas habere opus multa per potum humectatione, & cum sicca sit lingua in omni pleuritide, febris acuta, & in spiritalibus incendium ingens, quomodo fieri potest ut non sitiat nisi dicamus, ut Coelius Aurelianus, in initio pleuritidis minime fieri sitim, at peiorandem (ut loquitur ipse) passione fieri linguam asperam; & siccam, ac propterea sequi sitim (ut ipsa experientia docet). & una cum siti uigiliae, quemadmodum uerisimile est contigisse Anaxioni saltem paulo ante sextam diem.

VRINAE. Certe si ipsius pleuritidis idaeam spectemus, haudquaquam urinarum inspectio utilis est, siquidem urinae statum uenarum indicant, & pleuritis est morbus extra uenas positus, nil autem cum uenis communicat membrana cingens coelitas, sed quamquam non conferat urinae cognitio ad ipsius pleuritidis essentiam indagandam, conducit tamen ad febrem, & ad statum corporis cognoscendum, qui utrum bonus, uel malus sit, maxime refert ad salutem, uel necem praedicendas; quam praedicendi, & praecognoscendi disciplinam hic docere sibi Hippocratem proposuisse testatur Galenus. Habuit itaque Anaxion ante sextam diem urinas multas, atque tenues, sed boni coloris; erant multae forsitan quia multa potatio pleuritidi occasionem praebuerat, quam ipsemet Hippocrates libro de affectionibus docet interdum esse causam huiusce morbi; uel quia pars materiae euacuabatur per urinam, ut quandoque solet hicse in casibus contingere: Erant tenues ob cruditatem, erant tamen boni coloris, quoniam febris nil habebat per regnum, sed erat purum symptoma ipsius inflammationis.

SEXTA Galenus. 4. de causis pulsuum cap. 8. scribit nunquam fieri, quin in pleuriticis, & peripneumoniacis caput laedatur, quod humoru fulgines in inflammationibus putrescentium suscipiat, quae, si biliosae, atque acres sint mordicant, erodunt, atque cerebrum irritant, ita ut ad delirium perducat; quod etiam confirmat quinto de locis aff. quar-

to & secundo diff. resp. cap. octauo ubi loquens de hoc Anaxionis casu dicebat delirium non fuisse proprium aliquem morbum, sed affectum solummodo ad accessorium ad pleuritidem fortem, siquidem in fortibus pleuriticis fiant deliria.

ADFOEMENTA. Hippocrates lib. de acutis, ubi instituit curationem pleuritidis, uult statim fomentis siccis, aut humidis tentandam esse doloris placationem, quae si non succedat ad alia remedia esse deueniendam uel purgatiua dolore ad hypochondria inclinante, uel ad languinis missionem. Cur igitur in Anaxione facta sint sexta die fomenta non potest ulli maior afferri ratio, quam quod uel hoc non ab Hippocrate sed ab adstantibus factum sit; uel quid Hippocrates tardo uocatus haud omnino uoluerit suas leges omittere ut scilicet primo tentaret doloris per omnes sedationem simulque experiretur an esset a flatu morbus, uel ab aliquo alio uitio; unde postquam exploratum est dolorem non remitti a calefacientibus fortibus, simulque septimam fuisse laboriosam, quod febris acuta fuisset, dolores acerbiores facti tussis uehementior una cum anhelanti difficultate; iam rarus morbum non a flatu, sed ab humoribus calidis fieri sese octaua die ad missionem sanguinis contulit; quod existimandum est non fecisse septima, neque sexta, quia eo tempore tantummodo uocatus, maluit suis legibus in libro de uisitu actorum traditis uti, scilicet tentare discussionem, & morbi naturam explorare, & praefertim cum septima dies sit decretoria, & in ea fuerit symptomata omnia exacerbata, quae potius vacationem a magnis remediis postulabant, quam illorum administrationem; & sane magis mihi placet existimare, quemadmodum, (ut puto) existimauit Galenus, Hippocratem uocatum esse sexta die, quam octaua, cum diligeret narret, quae in ea, & septima contigerint, quod haud solet facere, nisi quando ipsemet aegros uisitabat, ut saepe numero dixi. Sed dubitabit aliquis, quomodo idem Hippocrates libro de affectio. uelit calorificis extinscens utendum esse solum, quando pus excerni incipit. Cui respondeo, id esse intelligendum de ualde calorificis, & iis, quae non ob sedandum dolorem, sed ob euacuandum materiam iam coctam adhibentur; hoc licet cognoscere male agere Medicos illos, qui statim atque pleuriticis uident, uenam secant, Hippocrates enim & si uocatus sexta die, nihilominus uoluit fomentis uti, licet sibi cognita esset pleuritis, & duos dies tardare, priusquam ad secandam uenam accederet. Dicit itaque Hippocrates, postquam cognouit ullis fortibus non mitigati dolores sexta die, & septima uiditque cuncta symptomata pleuritidis naturam constituenta esse mirum in morbum acuta, scilicet dolorem, febrem, tussim, anhelanti difficultatem & praeterea uigiliae, atque delirium, se curasse, ut cubiti uena per-tunderetur, ex qua multum effluxit, quemadmodum opus erat; dixit secui, non tantum, quod & ipse manu operaretur, quemadmodum faciunt chirurgi, sed ut sui ipsius audaciam, uel potius in exercenda arte confidentiam ostenderet; siquidem pauci Medici

*Pleuritis biliosa*

*Non 30 ad lab cap. 54 f. 77*

*Ad deo alle...*

*respon. m. sign. feb. lingua. Don. Anax. d. petri.*

*Jan. 30. d. 37.*

*videtur uis.*

in morbo graui, & qui iam octo dies durauerat, sanguinem mittere uena secta ausi essent; Non dicit a qua parte, quoniam cum dolor esset in dextero latere poterat uniuersique manifestum esse, uenam debuiffe ob eadem latere pertundi cum ipsae in libro de acut. morb. uic. rat. statuerit magis praesentaneum, & magis utile esse, ita facere ex aduerso latere sanguinem mittere, praesertim cum morbus iam esset progressus. Neque dubitandum, quin haud fluente alio prius clysterem infundendum mandarit, aut abstinuerit propter incediam antegressam. De quantitate sanguinis haud aliud dicit quam fuisse tantam, quantum oportebat, usque, scilicet ad mutationem coloris ipsius sanguinis donec rubicundior exiret, aut pro puero, & rubro liuidus ut ipsemet praecipit secundo de acut. tex. decimo. & Hippocrates uoluit potius ita loqui quam sanguinis mensuram determinatam dicere, ut moueat nos, haud posse mensuram, certam praescribi, sed tutiorem aliis modum esse, ut mittatur quantum oportere iudicabit praefens Medicus, ut docet quarto acut. tex. 19. 24. & 25. Galenus circa hanc rem unum dicit non abique animaduersione praeterendum, nempe Hippocratem, neque in primo libro Epid. neque in hoc tertio haud unquam alias, quam in hoc loco sanguinis missione meminisse & si certum sit si hoc in casu octaua die misit, magis id facere debuiffe secunda, uel tertia, uel quarta quando opportunius est; sed tantum cum distulisse iam diximus, quia tarde adscitus est nempe sexta solum; & placere mihi non potest eorum sententia, qui dicunt distulisse sanguinis missionem usque ad octauam, quod praecidisset morbum futurum longum: nam licet id concedamus, non debebat tamen differre, quod ipse alias statim facienda iudicauit, ubi magnus est morbus, & uires ualidae, ut quarto acut. tex. uigesimo quarto, & uigesimo quinto. Fuisse autem id prudenter ab Hippocrate factum demonstrat ipsa curatio, siquidem remissi sunt dolores, eo quod detracto sanguine, & loco affecto non nihil euacuato, illa tenio quae dolorem faciebat, est imminuta; Nam Galenus primo aphorism. in fine dicit in maximis doloribus nihil esse efficacius missione sanguinis usque ad animi deliquium, & quinto Epid. hist. sexto scribit dolorem, quem pharmaca tollere non potuerant, sustulisse sanguinis missione copiosam, & in uentriculo imbecillo. Extussire, & nihil spuere pergebat, cum materia cruda nondum ad maturacionem peruenire coepisset; unde iudicandum erat, morbum hunc protractum iri debere, postquam necdum octaua coctio erat inchoata, & Galenus primo aphorism. duodecimo. producens totam hanc historiam docet ubi tertia, uel quarta die incipiunt apparere sputa ad somnum finiri morbum decima quarta, uel uigesima, sin minus tardius necessario solui. Et non solum remissi fuerunt dolores ob festam uenam, uerumetiam ipsa febris non parum mitigata est undecima die, quo tempore ipsum uisitauit; quod enim alias diximus Hippocratem, in plerisque aegris fecisse, ut solummodo eos ob ingentes occupationes diebus indicatoriis, atque de-

cretoriis uisitare, id quoque in Anaxione fecisse clarum est, ex quo conicio, ipsum non fuisse sibi intimum amicum, nec forsan ulla claritate insignem; Nonnulli putant, teste Galeno, Hippocratem etiam ante octauam secuisse uenam, sed illius tantum octaua meminisse ut indicaret, id factum praeter consuetudinem, atque etiam esse faciendum postulante usu; sed quod id dicat Galenus in hoc commetario haud uidere possum, immo solo eo die dicit secuisse uenam; sed errant etiam ii putantes Galeno posteriore fuisse Celsum, qui uixit circiter Neronis tempora, ut exquisite ab ipso met Galeno libro decimo med. local. colligitur. Undecima ergo die remissa fuit febris, & parum circa caput sudauit; tussis adhuc perseuerabat, & quae a pulmone exhibant humidiora erant. Quod Hippocrates dicebat numero plurali febres esse remissas, puto rationem fuisse, quia uoluerit intelligere non modo illius diei, uerum etiam subsequenti fuisse remissas; siquidem tunc etiam expuere incoepit, quod antea non contigerat; sudor uero in capite fuit, quoniam ut dicebam, ex Galeno in pleuritide semper caput afficitur ratione inflammationis, a qua iugiter uapores in ipsum attolluntur; & licet Hippocrates in prog. damnet capitis sudores, haud tamen hi soli sunt ita lethales, ut cuncti cum aliis signis saltem mediocribus nequeant promittere salutem; Tussis porro perseuerabat perseuerante inflammatione; nec non pulmonum laesione; qui tandem cooperunt humidiora transmittere antea erant tussis sicca, quae uel nihil, uel exiguum, atque id siccum, neque ex uomica educabant, undecima autem euacuari coepit ipsa uomica, & primum tenuiorem emittere materiam, quae attracta in pulmones, & ab his in asperam arteriam transmissa tussi excrebatur: ob id namque Hippocrates dixit pulmonibus reiecta fuisse humidiora, quoniam uia educendi a laterum uomica purulentas, aliaue materias, est quam dixi per pulmones; raro autem per urinas, aut per alium sit huiusmodi exeretio; & si quando sit est per uenam illam magnam aigou; quam percipere dorsum ex ipsa anatome cognoscitur; uerum in pleuritide semper sunt attendenda, quae a pulmone educuntur.

DECIMASEPTIMA. Ab undecima tranfit Hippocrates ad decimaseptimam, praeteriens decimam quartam, quae tamen solet in pleuritide esse contemplabilis, imo uero & critica; causa huius forsan fuit, quod perrexerint in ea, quae apparuerant undecima. Nam tunc cooperunt rudimenta conspici coctionis & uomicae rationis, quas lentè processisse ex eo colligere possumus, quod febres non essent, ut antea uerementes, sed remissiores; neque tussis admodum graues; itaque iure omiffa decima quarta, ait Hippocrates in decimaseptima coepisse, quae prius humidiora per tussim expuebantur, aliquantisper cocta reijci, & propterea aegrum leuari; est enim salutis, & aluiationis omnis vis pleuritidis posita in expuitione; & certè medicus solers potuisset hac die conuicere trigesima quarta Anaxionem liberatum iri debere,

bere, quoniam semper ab ea die in qua incipiunt pleuriticis concocta expuere, totidem dies infumuntur in expurganda integre uomica, totoque morbo finiendo, ut si quarta die incipiunt, septima finitur malum, si septima est initium expuitionis, decima quarta est finis, atque sic de singulis; quod ita esse potius obseruationem, quam rationem fuit ab Hippocrate compertum. Et notandum est non dixisse Hippocratem aegrum hunc simpliciter expuisse cocta, sed coepisse parum cocta expuere, quia licet non nihil fuisset leuatus, attamen sitiebat, nec adhuc illa sputa erant ita conferentia, quemadmodum expetebatur; Fiebat uero sitis ob expuitionem, ob quam exentibus humidioribus succis, & pulmones, & fauces quoque exsiccabantur, ut uerum esse appareat, quod retro dicebam ex Coelio Aureliano in pleuritide non fieri necessario, nec ut semper sitim in pleuritide, sed in progressu morbi asperam, & siccam fieri linguam, sicque consequenter excitari sitim. Non erant autem admodum utiles a pulmonibus factae expurgationes, quoniam erant pauca, quae exercebantur, & parum cocta, sed illud tamen habebant boni, quod significabant naturam robustam esse, atque materiam morbificam coquere, & superare. VIGESIMA. In pleuritide hac duo erant mala, febris scilicet & inflammatio, seu, ut loquitur Auicenna, calidum apostema; & febris, quae in die undecima erat remissa, in uigesima; quae est ipsius dupla per sudorem fuit dissoluta, & aeger leuatus est post hanc crifim, quam sic appellat respectu ipsius febris, non autem respectu pleuritidis, nempe quae haud sudore, sed sputo tantum iudicari potest. VIGESIMASEPTIMA. A uigesima est septima uigimaseptima, in qua uoluit Anaxionem uisitare Hippocr. ratus aliquid noui fuisse necessario apparitum, tum ob pleuritidis naturam quae solet per septennarios circuitus insignes facere mutationes, tum etiam propter ipsummet diei uim; & sanè spes eum non fellit, quandoquidem cum solo sudore decessisset febris, non potuit illa crisis non esse imperfecta, unde aere illa rediit non tam ob tussis, & iugem expurgationem, quam quia relicta erat materia, & in uenis, & praesertim in uomica, quae nouam putredinem concipiens febri occasione amplam praebat: est enim uerissimus aphorism. duodecimus libri secundi, & secundi Epidem. quae relinquuntur in morbis reciduas, facere consueuerunt. Nec solum febris reuertetur; uerum etiam (ait Hippocrates) tussiebat: sed ad quid (dicit aliquis) Hippocrates hoc dixit, quod saepe numero etià dixerat, & quod unusquisque etiam uel mediocrius medicus poterat intelligere necessario affuisse? Respondendum est, id Hippocratem dixisse, ut significaret magnam & frequentem tussim habuisse, quod inde colligitur uerum fuisse, quoniam cocta, & multa expuebat, quae sanè haudquaquam possibile erat excerni a pulmonibus, nisi assidua, & magna tussis affuisset, atque hoc est quod uoluit dicere Hippocr. in Coacis praenotionibus scribens pleuritidem cum spasmate esse tutiorem quam sine spasmate, appellans scilicet spasma (ut retro dicebam) eam uerementem

in tussiendo concussionem & musculorum thoracem mouentium, ueluti lincinationem qua aegri dicunt sibi pectus rumpi, & ob quam, cum fiat insignis a pulmonibus expulsi materiae purulenta, dubio procul tutior est quam tussis mediocris, qua non ita egregia sit expurgatio; quamquam possimus dicere etiam pro spasmate intelligere fracturam ipsius membranae succingentis costas, qua multo melius materia crassa, & purulenta euacuatur, quam per resudationem, qua tantummodo ichorosa, tenuis, non autem crassa excerni potest. VRINIS. Dixi spectari in pleuritide urinas non ipsius ratione, sed pro totius corporis statu cognoscendo, qui si bonus est non necessario salutè pollicetur, licet bonum significet, sicuti si malus est, necessario semper malum significat. Itaque ad securitatem finis morbi totius erat non tantum expurganda uomica, uerum etiam extinguenda penitus febris; neque huius poterat sperari secunda dissolutio, nisi uenarum coctio uisa esset, ut in lib. de crifibus uolentur docuit Galenus; Igitur iure Hippocrates eas diligenter obseruare uoluit, ut posset de perfectione crifis, quae trigesima quarta expectabat, certitudinem habere; & ob id dixit urinas habuisse subsidentiam multam & albam, quae conditiones coctionis argumenta sunt ad quam postea sequuntur alia bona, ut carere siti, atque dormire; & notandum est prudenter Hippocratem dixisse urinas, & non urina, quoniam ad testandam coctionis perfectionem, atque securitatem haud sufficit ut una, uel altera tantum urina habeat huiusmodi signa, sed necessariū est ea in multis perseuerare; quod debet medicis esse documentum, ut prius quam iudicium uerum salutis, uel mortis faciant, signa mala atque plura, uel bona obseruent, eaque animaduertant, num in multis perdurent. Cum ergo Anaxioni a uigimaseptima usque ad trigesima quartam apparuissent signa coctionis in urina atque sputis, eaque non semel, ad faepius fuissent obseruata, non sine causa in ea ipsa trigesima quarta, quae est dupla decimaseptimae cuncta sunt iudicata, hoc est fuit facta perfecta crisis etiam ipsius febris, quae sudore uniuersali praecedente soluta est. Sed dicit aliquis, cur Hippocrates de crisi febris per sudorem est locutus, de crisi pleuritidis non, quae tamen erat praecipuus morbus? Respondetur per sputum non fieri ueras crifes, quia non affatim exit, sed paulatim; cognoscitur autem solutio symptomatum cessatione, & praesertim difficultatis anhelitus & sitis, unde dixit factum esse sine siti, & bene spirantem. Atque hic fuit finis optatus, sed forsan non speratus aegritudinibus Anaxionis, qui cum pleuritide laboraret, nec a principio, ut decebat, curatus ab Hippocr. fuisset, nihilominus incolumis euasit, & quod mirandum est, trigesima quarta die, cum Hippocrates quinto aphor. octauo, scriptum reliquerit pleuriticis factos si quatuordecim diebus per superiora, i. per tussim non expurgentur, fieri erepycos, quod etià, de peripneumonia dictum est in Coacis praenotionibus; & quamquam dies illi quatuordecim essent numerandi a sputorum apparitione, haud tamen solet sputa in uera pleuritide adeo tardo apparere; praeterquam quod, cum in Anaxione



Anaxione apparuerint decimaquarta cruda, & decimaleptima cocta, debebat ea ratione morbus finire ante trigessimam. Ceterum quaerere aliquis possit cur toties Hippocr. commemorauerit sitim, quia Cael. Aurel. lib. secundum de acut. cap. de pleurit. scribit sitim non esse proprium signum pleuritidis. Dicendum Hipp. hoc fecisse ut morbi magnitudinem indicaret. nam ubi pleuritis magna est, non modo situm aegri; verum etiam vinum appetunt, eo quod rebus dulcibus vitium. focusque sit prope pulmones, ob quos animalia sitire prodiderunt Homerus, Arist. & Plutarchus. Modo de curatione loquendum, quae initium semper debet sumere a victus ratione tenui; haud tamen ita tenui, quin vires possint confuari, quoad quidem, quod opus sit expurgatione per tussim, atque haec non fiat sine robore, iure dicebat Gal. salutem pleuriticorum totam esse in vitium robore collocatam. Vnde Hipp. semper vitur pifana, vel integra, vel colata, in lib. de victu acutorum, in quibus libri & pleuritidem, & peripneumoniam proponebat. De potu videtur interdum Hipp. indulsisse vinum, at id intelligendum est iam morbo sese remittente, & expurgationis necessitate postulante; ob quam dulce vinum praebet. Nam vero instituto victu, si initio medicus fuisset accersitus, nec alius foeces contentas reddidisset cum clystere, aut glandib. mouere oportuisset; tum statim ad fometa primum blandiora, deinde grauiora deuenisset, iuxta Hipp. formam primo de acutus; his non conferentibus ad sanguinis missionem fuisset deueniendum; quo in casu litigatum est an semper sit mittendus sanguis, & a quo latere; in qua re Arabes & eorum sectatores olim putarunt a latere opposito esse mittendum; Alij sequentes Hippocratem & Galenum potius a lateris affectu brachio; Alii in principio sequuntur Arabes, post principium Graecos, sed puto rem ita esse decernendam; vt secundum Hipp. praecceptum animaduertatur, vtrum dolor pertendat ad iugulum, an potius ad hypochondria; si enim ad hypochondria dimissa sanguinis missione, accedendum est ad purgationem, eo quod huiusmodi dolor non fit ab inflammatione, neque vera pleuritis est, sed fit ab humore pituitoso in illis costarum extremitatibus contento atque dolore faciente; qua de re fusius disputatum est a nobis in lect. Bononiensibus. librorum de victu acutorum. Si vero dolor tendat ad claviculam, quia tunc vera est pleuritis, hoc est inflammatio, cui semper coniuncta est saltem particularis repletio sanguinis, ad sanguinis missionem deueniendam est; eaque faciendam a parte lateris affecti, vt l. simul euacuetur, & deriuetur a loco inflamato; quantitas autem esse debet vsque ad sanguinis mutationem, hoc est quantum citra detrimentum ab aegrotante subterni potest; idque ab Hipp. factum esse non dubito,

A cum dicat effluxisse quantum oportebat. Porro facta sanguinis missione, cum dolores essent remissi, atque tussis sicca; hoc est frequens tussis sicca affligere pergeret, erat studendum materiae maturationi linimento, ex oleo feminis lini, amygdalarum dulcium, butyro, succo brassicae, althaeae, in sinus tum lambitibus, tum liquoribus, paullatim & guttatim deoratis; & quo tempore coepit sputum humidum. tunc lambititia expectorantia erant praescribenda ex amygdalis, saccharo violato, loch farfaeae, pini, addendo semper aliquod oxymelitis, vt s. magis tussis irritetur, sine qua a pectore nulla fieri potest expurgatio: sic. n. dicebat Auicennas omne studium medici eo esse conferendum, vt sputi reiectioni facilis reddatur, quod fit (quemadmodum dicebam) & lambitibus, & liquoribus, veluti sunt syrapi de hyssopo, de liquiritia, de iuiuibis, de capiluenere, & huiusmodi aliis, theriacam, diatesaron, puluerem dentis apri, & papaueris puluerem rubri laudant plerique; quae archana proprietate quadam conferant. De purgatione per aluum haudquaquam tractandum erat; quod Anaxion sola pleuritide nec vlla praua febre principali laboraret. Imo cum Hipp. haec in historia nunquam excrementorum alui meminerit, quod rarissime facit, in ea suspitione venio, ipsum haud multum curasse in pleuritide alui subductione; quippe quod sexto aph. 16. scripserit, si peripneumonia, aut pleuritide laborati diarrhaea superuenerit, malum esse; verum tam neque hoc penitus negligendum duco; sed vbi aluus non respodet clysteribus, aut glandib. agendum est; quemadmodum Hipp. fecisse in lib. acutorum coperimus.

D Aduersus sitim etiam quandoque strenue contendere oportet, quoniam praec illa, & oris siccitate sit necessaria vt maiori difficultate expuatur, quod esse omnino sollicitudine cauendum exploratissimum est, vt propter hoc expediat saepe sitim demulcere, & fauces irrigare aqua hordeacea cum passulis aut iuiuibis, vel cum modico iulapio violato acetoso, aqua pectorali vocata, aut simili alio potus genere; Plerique pleuritiaci consueverunt vinum maximopere appetere, & non rari sunt reperti, qui illud expetentes, & potantes non multo post interierint; cur autem ita pleuritiaci cupiant vinum, etsi aliam disputauerim, nunc tamen illud sufficere dixisse, vt pleuriticis rebus dulcibus, & emplastis, quae ipsis faucibus, adhaerentes nec sitim extinguentes, faciunt, vt quopiam desideretur, quod possit altius penetrare, abstergere, & humectare cuiusmodi est vinum; praeterea quae in quodam modo dicere possumus quod ait Plutarchus in quaestionibus naturalibus. ex sententia Mnesichei medici, nempe quod appetentias temperamenta, & haec morbi comitentur, propterea quae eos seruari, qui in peripneumonia coepas interire qui sicus appetant.

HISTORIA TRIGESIMA QVINTA.



N Abderis Heropythus caput, dum erectus degeret, laboriose habuit: non multo autem tempore post decubuit: habitabat proximè superiorem plateam: febrisprehendit ardens, acuta: vomitus secundum initia biliosorum, multorum: siticulosus: multa ferendi morbi difficultas: vrinae tenues, nigrae: enaorema sublime, quandoque quidem: quandoque autem

autem non: noctem laboriose: febris alias aliter exacerbata, vt plurimum inordinate: circa vero DECIMAM QVARTAM surditas, febres, extendebantur: vrinae per eadem. VIGESIMA multa delirauit, & sequentibus. QVADRAGESIMA è naribus sanguis fluxit multum, & sapiebat magis: surditas inerat quidem, minus autem: febres remisserunt, sanguis fluxit sequentibus, saepe, & paullatim: circa vero SEXAGESIMAM sanguinis quidem fluxiones cessarunt, coxae autem dexterae dolor fortis: & febres intendebantur: non multo autem tempore post dolores inferiorum omnium: contigit autem vel febres esse maiores, & surditatem multam, vel haec quidem remittere, & alleuiare: inferiorum autem circa coxas maiores esse dolores. Iam vero circa OCTVAGESIMAM remisserunt quidem omnia; sed defecit nihil: vrinae enim & boni coloris, & plures subsidentias habentes prodierunt: deliratioque minora fuerunt: Circa vero CENTESIMAM, aluus multis, biliosis superturbata est, & procedebant tempore non exiguo multa talia: & rursus dysenterica cum dolore: aliorum autem commodus status: in totum vero, & febres defecerunt, & surditas cessauit: in CENTESIMA perfecte iudicatus est. Causus &c.



N ABDERIS Heropytus. Vt dicebam, in hac postrema historiæ parte tot Abderitanos recenset Hippocrates, vt existimem tunc fuisse in ea ciuitate, cum haec scriberet, & forsitan eo tempore quo ad curiam Democritum fuit vocatus. Est enim satis longa, sed breuissimè tractata a Galeno, qui scribit hunc casum illud habuisse mirum, quod vsque ad centesimum diem potuerit aeger grauissimo morbo sufficere. Praesentis aegri Hippocrates non solum nomen apponit, verum etiam ciuitatis, & ciuitatis locum ubi habitabat. Nomen erat Heropytus, quod eum non reperitur vsquam aliis scriptum, quid aliud de ipso dicam non habeo; & certe si rarum nomen fuisset hoc in ea regione, haud oportebat, vt Hippocrates illius habitationem ad ipsum magis significandum commemorasset; quae habitatio erat *πλευριον της αβο αβοης*, siue, vt ipse, lego *της αβοης*, id est supra plateam superiorem; verisimile namque est Abderam plures habuisse plateas, seu fora, quorum alterum superius, alterum inferius diceretur; partes autem superiores, & montanae ciuitatum solent semper salubriores esse, ob quod dicebat Plutarchus in Rom. probl. Aesculapii templum in montibus extrabrem fuisse aedificatum; imo & ob hoc, & ob uitandas aquarum inundationes semper existimauit veteres delectatos esse vrbes in montibus extruere. Aetas aegri non ponitur, verum coniecitur, eum fuisse in aetate vigente postquam (vt ait Galenus) non potuit euadere nisi ob ingens virium robur, & quia semper bene appeteret, atque faciliter respiraret: quae duo ad salutem vim maximam habent. sed haec nil, aut parum ad historiae enarrationem referunt. Heropytus autem dum erectus ambularet, suaque munia consueta obire dolore capitis tentatus est, siue vt loquitur Hippocr. *νεραλιν επι το κεφαλον*, id est secundum caput laboriose seu dolerosè

habuit; qui labor tandem eum decubere coegit; non multo tempore post a decubitu vsque ad decimam quartam diem multa sibi euenerunt, quae confusè satis ab Hippocrate narrantur; & certe vix aliud exemplum reperimus, cuius res ita sint tractatae a prudentissimo senex, & ipse non possum existimare Hippoc. aut accitum esse tantum die decimaquarta, aut aegrum ipsum post primam diem non amplius nisi decimaquarta ipsum inuenisse; vnde inclinatur animus, vt suspicor fuisse a scriptoribus omiffas aliquot dierum notas, quod quidem facile erat, cum eas saepe Hippocrates uno tantum elemèto notaret, quod facile est obliterari vel praeteriri: Sed utcumque sit vulgatos omnes contextus consentientes haudquaquam audeo mutare, propterea quae sequar ordinem consuetum singula pedetentim expendendi; quo pacto laborare capite coepit Heropytus, & vtrum a causa vlla externa, nullam certam habere possumus coniecturam: verisimile tamen est, cum erectus maneret, atque statim sit coactus decumbere, aliquam saltem aeris occasionem unà cum interna praeparatione ad laedendum caput conuenisse primum; mox secuta est febris ardentem acutam. sed statim dubitabit aliquis, cur Hippocrates ardenti febrim addiderit acutam; etenim fieri non posse videtur, vt vlla sit febris ardens, quin sit simul acuta, tum motus velocitate, tum viciae periculo. Cui responderi potest aliam esse febrem ardentem, seu *ναυσθη πυρετον*, aliud *ναυσθη*, seu causam. etenim hic semper est morbus uere acutus, febris vero ardens haudquaquam, quoniam febris tertiana exquisita ex numero ardentium est, non tamen est uere acutus morbus, quod penitus careat periculo, qui est praecipuus uere acutorum character; Itaque uolens Hippocrates demonstrare non fuisse solum ardentem, sed etiam causum, seu causam dixit..... perinde ac si dixisset *ναυσθη πυρετον*, talem enim fuisse dicit in extremo historiae vbi quasi

quasi rem miram narrans, dicit centesima fuisse iudicatum, & fuisse causam: & certè, vt ait Galenus, maximè dignus memoria est hic casus in quo potuit tanto tempore aeger maximo morbo sufficere. Causus autem cum fiat a bile; seu sanguine bilioso in vas cordi proximus ferente, atque putrescente haud mirum est, si initio, i. circiter tertiam diem uomuit multa biliosa cum siti, atque multa inquietudine. Quae symptomata solent causare laborantes semper exercere aestu nimirum, inquietudinem & siccitate sitim efficientibus. **VRINAE.** Et si veri characteres causonis sint, aestus, & ex aestu inquietudo, necnon clamosa sitis, ad cum tamen magis adhuc discernendum, qui est passio venarum, haud parum conducunt vrinæ inspectae, & consideratae: quocirca iure Hippocrates post inquietudinem, atque sitim commemorat statum vrinarum, quas dicit fuisse tenues, nigras, cum enacoremate eleuato interdum, interdum non, Quota die tales fuerint, non habetur scriptum, quia tamen dicit, eas interdum habuisse sublimamentum eleuatum, interdum non, colligendum videtur hoc pluribus non vna tantum die contigisse, ac propterea tales coepisse esse circa quartam, & durasse vsque ad decimam quartam, quod essent tenues, efficiebat bilis cruda; quod nigrae, efficiebat tum ingens incendium, tum eadem bilis affata; sublimamentum verò in supericie vrinæ eleuatum erat effectus eiusdem bilis insigniter attenuatae, quae sua leuitate supernatabat; neque venositate videtur in cauitate fieri posse flatus, qui sublimamentum in altum attollant; quia si, vt dicit Hippocr. secundo Epid. & quinto aph. vltimo. Ictericus non sunt statuosus ob humoris naturam, licet ob imbecillitatem viscerum possint fieri, vt exponit Galenus, planè in causone, vbi viscera non laborant, & bilis feruentissima est, multo minus fieri debet flatus. **NOCTEM LABORIOSE.** Vtrū toto tempore intra primam & decimam quartam diem habuerit noctem semper laboriosam, non fatiscit, constat, cum enim singulariter proferatur, videri posset, fuisse noctem alicuius diei peculiaris, cuius nota sit a scriptoribus omissa: verum ex altera parte videtur de pluribus noctibus esse intelligendum propter sequentia, quae sunt, quod febris aliis alio modo exacerbatur, sed vt plurimum inordinatè, vnde colligendum est loqui Hippocr. de spacio illo temporis, quod intercessit inter initium morbi, & decimam quartam; & licet febris ardens magna sit, haud tamen inconuenit, quin modo magis, modo minus affligat, prout maior vel minor sit in hoc, vel in illo loco accensio, atque putrefactio; quae res in Heropyto faciebat, vt non modo fierent exacerbationes, verum etiam illae essent inordinatae; quā inordinationem solet non tantum varietas humorum putrescentium facere, quantum ipsorum locorum vbi sit putredo, diuersitas; Galenus qui solet in longis historicis esse parcus, dicit huic aegrotanti semper fuisse facilem respirationem, atque appetentiā; quae duo magnopere valent ad testandam, atque efficiendam salutem: At dicit aliquis, vnde Galenus colligit hunc aegrum facile respirasse, atque appetuisse, scilicet ex eo, quod non meminert, neque

A difficilis respirationis, neque inappetentiae, vt solet; etenim secundo de diff. respir. docet Hippocratem vbi non nominat difficilem respirationem aut non affuisse, aut adfuisse aliqua ex quibus necessario colligitur difficultas respirations. Dicit etiam a principio febrem Heropyti fuisse acutam, sed subsequenti tempore fuisse remissam acutiem, ac propterea dixisse Hippocratem ante decimam quartam, febres alias atque alias fuisse; necnon inordinatè esse exacerbatas; verum illud habuisse primum signum, quod vrinæ essent tenues, atque nigrae, quae res effecit, vt morbus diutissime fuerit protractus, cum ad coquendum difficilem morbum fuerit opus longo tempore & viribus; quae fuerunt in hoc robustissima, alioquin haud valuisse tam diu perdurare & tandem seruari. **QUARTA D.** à prima die vsque ad decimam quartam confuse omnia narrat, nulla mediarum dierum facta mentione; imo, vt videbitis in sequentibus, solummodo vigesimarum mentionem fecit, quasi in longissimis morbis sint tites septimanae, seu vigesimae, atque in acutis, & minus longis quartae, vel septimae; Dicit itaque de cima quarta surditatem accessisse; febris facta intensiores, atque vrinam fuisse eandem, hoc est tenues, & nigras; Quod spectat ad surditatem, fere semper obseruatur illud in hisce historiis, vt qui ante morbum dolore capitis laborauerit, in ipso morbo facta sit surditas, vt contigit Philistae, atque aliis quibusdam; & certè in diuturnis doloribus capitis solet instrumenta sensuum vehementer offendi, praefertim auditus, & visus ob ingentem quam habent cum cerebro communionem; & licet non semper surditas delirium praecedat; solet tamen plerūque antecedere, & propterea & in Prorrheth. & in Coacis praenotionibus inter signa phrenesim protendentia adnumeratur quoque surditas; Quod porro febris incenditur, erat quia adhuc morbus erat in augmenti principio demonstrato ab vrinis nullam, vel rudem, & inchoatam vix coctionem ostendentibus; Fuisse autem surditatem in Heropyto signum phreniticum demonstrant, quae sibi euenerint vigesima die, in qua & in sequentibus vsque ad quadragesimam multoties delirasse scribit non modo, s. biliosa materia in aures, verum etiam in intimiores ipsius cerebri partes sublata. **QUADRAGESIMA.** Vtrum Hippocrates visitaret tantum vigesima qualibet die hunc aegrum, haud asserere audeo: certè si id fuisset, vel non sine aliqua aut igna viae, aut neglectus labe fuisset; vel diuinum nimis ingenium ostendisset in cognoscendo, & praecognoscendo morbi longitudinem, & exacerbationū protractionem: sed vicumque fuerit, illud re ipsa constat post vigesimam non alia symptomata narrari, nisi quae lingua, qualibet vigesima die apparuerunt. Dicit igitur quadragesima die sanguinè è naribus multum profluxisse, atque ad mentem redisse magis, sed surditatem perseuerasse minusque in festasse, necnon simul febres esse remissas. Quod pertinet ad sanguinis fluxionem è naribus, cum illa sit ex praecipuis signis iudicatoris, atque contigerit quadragesima die, quae est decretoria, vt potest, constans ex sex septimanis, poterit videri consumata

sumata iudicatio, & vltimum acutorum ex incidentia terminus; at licet multum sanguinis fuerit, haud tamen sufficiens fuit euacuatio, eo quia sequentibus diebus perrexit fluere adhuc paulatim, & frequenter, quod in gnum erat superesse sanguinè vitiosum, quem natura expellere conabatur; Ad haec non aderat coctio, imo potius perseuerabant signa contraria coctioni; verum tamen iuuat non parum huiusmodi excretio, siquidem refrigerat cerebro, & euacuata cum sanguine succi biliosi haud exigua portione, magis sapere incipit; & licet adhuc surditas permaneret, erat minor tamen, quemadmodum & febris, vt liceat coniecturā pene certam facere, causam indicatā totius mali fuisse biliosum sanguinem accensum, & putrescentem circa viscera; quo nempe ad superiora naturae beneficio moto per narefque extra propulso, sicuti febrile fomentum substractum est statim, ita quoque vaporibus illis à quibus delirium, & surditas fiebat, & fouebantur, consumptis iure merito omnia sunt immutata; haud tamen penitus sublata ob reliquias, tam in inferioribus, quam superioribus relictas: **CIRCA SEXAGESIMAM.** Non fuisse perfectam iudicationem quadragesima die factam, ac propterea materiae morbificae non parum adhuc fuisse relictum, indicare possunt, quae diebus sequentibus euenerunt, quando cessante penitus illo sanguinis fluore, non modo redierunt fere cuncta priora symptomata, verum etiam aliqua alia noua accesserunt, inter quae fuit primū dolor coxae dextrae fortis, & non multo post dolores omnium partium inferiorum: quod enim successerit dolor, fuit ob solutionē continuam factam à materia calida & acri; quod potissimum coxae, fecit ipsius natura, cuius articulus cum amplius sit, atque valde labore tam in motu, quam in sustinendo corporis onere, consequenter aptissimus est ad recipiendos prauos humores a superioribus partibus, qui prout pauci vel multi, calidiores vel minus calidi sunt, sic modo minorem dolorem faciunt, modo vehementem, vt in hoc proposito aegro; Quod porro dextera potissimum coxa dolore sit tentata, fuit quia circa iecur potissimum erat focus, & sedes sanguinis biliosi feruentis, & putrescentis; & quia (vt dicit Aristoteles) dexterae partes sunt calidiores, & mobiliiores sinistris; quia ratione etiam factum fuit, vt qui erat tenuior sanguis, supra sit missus, qui vero crassior ad inferna lit propulsus, qui cum in articulo totius contineretur minime posset, in alias quoque infernas distributus fuit, vnde crurum dolor, & februm incrementum est consecutum, tum ob humoris ad eas partes motum, tum quia noua facta est materiae putrescentis accensio. **CONTRITAVTEM.** Haec quidem praedicta euenerunt circa sexagesimam diem; ceterum in diebus subsequenti vsque ad octuagesimam contigit morbo febrem, & surditatem augeri, modo haec quidem minui & leuari, at dolores circa coxas maiores fieri, quorum varietatis causa erat, quod natura valida residuum humorum peccantium pellere a sede putredinis conabatur, sicque partem in cerebrum mitentes surditatem augebat, partem vero ad inferiora declinans leuabantur quidem superiora, sed coxae

A antea affectae magis afficiebantur; atque haec cuncta signa erant robustae facultatis, tandemque morbum superaturae; necnon copiae & caliditatis materiae, inter quas assidua fiebat lucta. **IAM VERO CIRCA OCTUAGESIMAM.** Cum varias mutationes habuerit morbus, a sexagesima vsque ad octuagesimam, proptereaque factae fuerint diuersae peccantis materiae euacuationes, iure merito factum est, vt quoque remissa fuerint symptomata in octuagesima; ac post ipsam quae affligebant; quamquam haud penitus nihil sit deletum, eo quod minimè tota materia, sed non exigua eius portio consumpta fuit; Vnde prudenter dicit Hippocr. circa octuagesimam. i. in ipsamet atque post ipsam, cuncta fuisse remissa, sed nihil profusum defecisse; At cum Hippocr. dixerit cuncta esse remissa, cur ad particularia descendens, quae remissionem habuerunt, nominat tantummodo duo, delirium s. & urinas, quas ait fuisse boni coloris, necnon subsidentias habuisse multas; De delirio puto dicendum illud Hippocratem voluisse peculiariter nominare, primum quia est omnium maximi momenti inter signa salutis vel mortis iuxta ipsiusmet Hippocratis sententiam dicentis in quouis morbo consistente & bene se habere ad oblata esse bonū, tum quia dixit vigesima fuisse delirium multum, atque etiam sequentibus diebus, cumque postea quadragesima die dixisset ad mentem rediisse, nec amplius in sexagesima delirij meminisset, poterat quippiam suspicari haud amplius post sexagesimum delirasse; vnde de pro exigenda huiusmodi suspicione voluit adijcere deliria fuisse minora; quasi adhuc saepius delirauerit, eo tempore, sed multo pericidius. De vrinis autem dicendum est, peculiarem mentionem esse faciendam duxisse, vt doceret cum ratione factam symptomatum cunctorum diminutionem, eo quod certissima nec exigua apparebat coctionis signa, quandoquidem vrinæ non modo erant boni coloris, qui solet esse signum saltem inchoatae coctionis, verum habebant sedimentum, atque illud copiosum, quo simul significabatur materia esse paratam, atque iam à natura excerni per vrinam, mox etiam per alias vias excernendam, vt postmodum contigit circa centesimam; Circa quam, alium (cuius ante nunquam meminerat) scribit fuisse cum turbatione, multaque biliosa, quae non solum haud breui tempore durarunt, verum etiam dysenteriam cum dolore pepererunt; vnde summa ratione cuncta alia fuerunt leuata nimirum ad alium materia translata; ex toto autem sublata est tā febris quam surditas, quasi uerò haec tenus aliquid surditatis adfuerit, quae vna cum ceteris fuit in ipsa die centesima sublata, ita vt facta sit integra & consummata iudicatio. Ex hoc euentu potest intelligi veritas aph. vigesimo octauo, lib. quartus, vbi surditati dysenteriam superuenientem liberare, & è contra scriptum est. Duo autem in huius historiae extremo occurrunt digna consideratione; vnum est, cur Hippocrates dixerit dysenterica fuisse excrementa cum dolore, quasi posset etiam sine dolore fieri dysenterica, quod tamen nec ratione, nec visu competum est; cum dysenteria fit cum vlcere intestinali, quod

necessario facit dolorem; & ipsemet Hippoc. lib. de affect. inquit, cum dysenteria occupat, dolor adest toto uentre, & terminus; quod etiam Cels. lib. quarto, c. decimoquinto, affirmat. Ad haec uidendum an febris, qua laborauit Heropytus fuerit caufus; nam in aliquibus contextibus habetur in fine *καθάρσις*, ex alia parte haud videtur rationi consentaneum potuisse febrem ardentem usque ad centesimam diem protrahi. Ad primum dicere oportet duplicem esse dysenteriam, aliam propriam, quae semper est fluxu, aliam uero communiter acceptam pro omni cruenta per alium excretionem absque ulcere, ut docuimus uideatur Gal. quinto aph. 65. & quam etiam explicitè memorat Hipp. secundo Epid. sed potissimum quarto de artic. tex. 38. ubi Gal. scribit; Hippocratem haud semper pro dysenteria intelligere intestinorum exulcerationem, ut veteres medici faciunt, sed etiam pro qualibet cruenta absque ulcere egestione, ut igitur Hipp. moneret sese loqui de vera dysenteria addidit *καθάρσις*. cum dolore, eo quod dolor sit signum ulcers, ac propterea firmus character discernendi uera & proprie accepta a communiter uocata dysenteria. Nam Cels. qui proprietate Latini sermonis semper usus, inuenitur, dum uult ueram dysenteriam Graecorum significare appellat tormina, quasi ea semper torqueat, & dolore afficiat. Ad aliud uero dicendum est dictionem illam *καθάρσις*, in aliquibus etiam codicibus deliderari, cuiusque Gal. nil eius meminerit, uidetur planè ipsam habuisse suspectam, quod si eam sustinere placeret, dicere possumus ab initio fuisse quidem febrem ardentem, sed postmodum desinuisse in aliam, ut contingit saepenumero. Hippocratem autem addidisse illam uocem ad significandum morbum primarium, & cuius uestigia etiam in extremo apparuerunt; etenim sicut solet uerus caufus finire biliosis excretionibus, sic cum haec febris fuerit soluta, uisum est et dysentericis, uidetur quando ueri cauli imaginè repraesentasse. Modo ad curationem uenio, pro qua instituta fuerat in primis de victu decernendum, & quoniam statim summa morbi acuties apparuit, debuit victus esse tenuissimus initio; postmodum autem uerior, praesertim post 14. a qua cum varius fuerit morbus, modo factus, modo mitior, ita modo parcius, modo largius alere oportebat; fuit tamen semper a uino abstinendum, quoniam, ut audistis, in historiae enarratione, surditas atque deliria semper fere affuerunt; licet modo mitiora, modo grauiora. Nam quae morbos producit, & symptomata in uiribus fortibus coferunt, sunt potissimum errata aegrotantium, quando impatientia, & taedio diuturnioris morbi haud pergunt in debito ciborum atque potuum usu. Post haec de sanguine mittendo fuisse mature considerandum; quoniam etsi morbus id remedium postulare uidebatur, nihilominus refragabatur vomitus ille biliosus, & copiosus, quo sicuti omnia alia euacuatione praesenti, dicebat Gal. primo ad Glau. 14. minimè sanguinem mitti oportere, quia uisum fuerat euacuatione, itaque primum expectandum fuisse ipsius vomitus exitum, quo finito, ut uerisimile est ante septimam contigisse postmodum nisi alius comode, & copiose profuisset, ipsi prospicere erat necesse, non quidem per superiora, sed uel glandibus, uel clysteribus, medicamentis saltem, tum

A ad sanguinem mittendum deuenire oportebat, quoniam copiosus erat, & non parum peccans, ut demonstrat copiosa ipsius de naribus quadragesima die facta naturalis profusio, quae etiam diebus sequentibus usque ad sexagesimam durauit, licet paulatim, atque in minori copia, iccirco fuisse multum sanguinis demendum non modo ab inter dextri cubiti, uerum etiam a cephalica. Hoc autem utrum factum sit necne, uehementer dubito, quod uero simile sit, minimè debeuisset illum a naribus fluxum fieri, si tempestiue, quantum opus erat, sanguinis detractum fuisset, nec ob id Hippocratem criminari debemus, quoniam forsitan ipse non affuit, nisi decima quarta, cuius solius meminisset; & in qua non erat amplius cura adhibendi illius praesidii occasio; nisi etiam dicamus potuisse quidem esse administrationem uenae sectionem, sed in minori copia ob antecedentem uomitum; unde non fuit satis ad euacuandam materiam quemadmodum expediebat; Absolutio missionis sanguinis negotio, incumbendum erat in humorum peccantium coctionem, & uiarum reservationem cum decoctis accommodatis, & aliis apozematibus, qualia etiam sunt nobis usitatissima serapia; circa quam operationem illud notandum est, quod saepenumero monui, ubi morbi sunt biliosi iuxta regulam Hippocratis traditum secundo acut. a dulcibus istis zulapiis esse caendum, fecus quam faciunt practici plerique; nulla habita morborum differentiatione; Post praeparationem, fuissent humores biliosi purgandi, ut tempestate nostra reubarbaro, myrabolanis chebulis, syrupo rosaceo soluti; etenim humores tenues, & biliosi, ut docet Galenus lib. c. q. p. o. haudquaquam egent multa praeparatione; & coctione. Fuissent autem tam praeparatio, quam purgatio repetendae in morbo usque adeo longo; in quo uix sperari potest ulla crisis; & quamquam in praesenti aegro obseruatur; fuisse crimum perfectam factam centesimo die; illud tamen, per quam rarissimum est; atque ob id forsitan propositum est huiusmodi exemplum ab Hippocrate ut nos doceret, quandoque crises fieri etiam in longis morbis, quos dicebat Hippocrates potius terminari abscessibus, quam crisi. Itaque repetenda fuit praeparatio magis aperientibus decoctis; & etiam humores biliosi, cum pituitosis purgandi, praesertim quando coeperunt aliqua signa coctionis apparere; & forsitan si facta fuisset aliqua tempestiua purgatio, haudquaquam illi dolores inferiorum partium successissent; nec illa dysenteria cum dolore; postquam tandem facta est integra iudicatio. Mittenda remedia pro delirio & surditate, quae toties a nobis proposita sunt, quaeque semper blanda esse debent, ea spe, ut cum morbus sequatur, eo finito, haec pariter debeant desinere; id, quod similiter de artuum inferiorum doloribus, est intelligendum; quibus semper de mulcendis in febribus studendum est cum tutis ac lenibus auxiliis, id cauendo, ne unquam repercutientia adhibeantur, alioquin immineret periculum ne rursus materia ab ignobilioribus ad nobiliores partes repulsa, longè maius detrimentum afferret.

HISTO-

## HISTORIA TRIGESIMASEXTA.



NABDERIS Nicodemum ex ueneris, & potibus febris corripuit: incipiens autem erat anxiosus, & cordis dolore laborans: siticulosus: lingua superflua est: urinae tenues, nigrae. SECVNDA febris exacerbata est: horridus, anxiosus, nihil dormiuit: vomuit biliosa, flaua: urinae similes: noctem quiete: dormiuit: TERTIA imminuta sunt cuncta: facilis uero status erat circa Solis occasum rursus subdificiliter morbum ferebat: noctem laboriosè. QVARTA rigor febris multa: dolores omnium: urinae tenues: enaeorema: delirauit multa: SEPTIMA commodus status. OCTAVA alia remisserunt omnia. DECIMA, & sequentibus inerant quidem dolores: minus autem omnes: at accessiones, & labores huic usque in finem in paribus erant magis. VIGESIMA minxit album: crassitiem habebat: sepositum non subsidebat: sudauit multum, uisus est sine febre esse: uespere autem rursus calefactus est: & iidem dolores: horror, sitis, multam subsidentiam habens: sudauit multo calido, per totum sine febre iudicatus est.



NABDERIS Nicodemum ex Ueneris, &c. Quod ab Ecclesiaste dictum est in sacris libris complures perire gula, & luxu, quam armis, id exploratissimum habetur etiam apud scriptores; Et si quadragesima secundae historiae quas primo & tertio libro Epidemiorum nobis reliquit scriptas Hippocrates diligenter expendantur, haud pauci sunt, qui in aegritudines exitiales, aut saltem graues deueniunt uel ob potum, uel ob cibos, uel ob importunos motus, uel Ueneris usum; uel ob alios in uiuendo commissos errores. Inter hos est nunc nobis propositus Nicodemus, qui licet tandem euaserit; fuit tamen eius morbus admodum periculosus, atque ob potus, & Ueneris importunum usum contractus; quae duo errata, ut solent saepenumero coniungi iuxta illud commune dictum, Sine Cerere & Baccho friget Venus; sic raro contingit, quin mala eximia producant. Et quamquam Hippocrates sexto Epidemiorum, commen. quinto, textu uigesimo tertio, necnon quinto Epidemiorum, in historia Timocharis; necnon Aristot. prima problem. quinquagesimo primo, & quarta problem. decimo septimo, dicant morbos a pituita finire Uenere, quod exitu feminis pituita quoque exuberans exernatur; haud tamen id intelligendum est de Uenere immoderata, quemadmodum male Gaza interpretatus est apud Aristotelem uocem *καρμεία*, sed potius (ut reuerentius interpretatur Galenus apud Hippocratem) pro temperata, ac tempestiua; in qua re etiam iure damnatus est Epicurus a Galeno in Art. Medic. qui dicebat Ueneris nullum esse usum; Atque a Uenere immoderata maxime laedi uentriculum scribit Galenus tertio Epidem. commen. primo, textu quarto, & Aristoteles quarto problem. scribit a Uenere immoderata totum uentrem refrigerari, &

A consequenter omnes coctiones vitari, excrementa multiplicari, omnesque facultates corporis corrumpere, quia exitu feminis simul exit calor, & humor natius; quo etiam effluere pilos palpebrarum dicebat tertio de histor. anim. vndecimo, & quarto problem. decimo. ubi notandum saepe nos adscribere defluuium pilorum morbo Gallico; quod potius tribuendum esset nimiae libidini. A nimio uero potu dicebat Galenus primo de temperam. & Aristoteles loco citato multos succos frigidos gigni: neque ualet, quod uinum sit calidum, & propterea succos frigidos gignere nequeat, quia licet ignis paruus a magno extinguitur, pari pacto calor nocet a uini calore strangulatur, unde frigidi postmodum, & crudi succi generantur. Sed ad historiam deuenire tempus est; & quod attinet ad nomen non est admodum frequens apud Graecos, & miror, cum sit compositio Graeca significans uictorem populi, ob quod forsitan sic appellabatur praesens ager, quia athleta erat, omnesque uincebat; sicut ab Hebraeis uocatus fuit is, qui Christo mortuo officium illud praestitit ab Euangelistis commemoratum. Fuit autem, & hic Abderitanus sicut praecedentes, & forsitan eodem tempore, quo alij ab Hippocrate & uisitatus, & curatus; fuisse enim aetate iuuenem ex eo possumus coniecere, quod senes in laboribus, & uenere, haudquaquam errare consueuerunt. Huic igitur Nicodemum ait Hippocrates ex ueneris & potu non *καθάρσις*, hoc est febris magna, sed *καρμεία* coepit; At antequam ulterius progrediamur, illud quaerendum est, quare Hippocrates praeter usum in his historiis obseruatum, dicit non *καθάρσις*, sed *καρμεία* coepisse Nicodemum, deinde quomodo a ueneris induci possit febris, cum enim refrigerat Venus, ut certum est, nempe quae calorem, & humores natius consumit, haud uidetur rationi consentaneum, uel posse febrim facere. Vnde Arist. quarta sect. probl. P sexto,

sexto, septimo, decimo octavo, & vigesimo secundo, scribit hominem omnium animalum maximè in vltu Veneris languescere, dissolui, & refrigerari. Ad primum d. cendum e. iure Hippocratem hoc in casu vsu esse ea voce, quoniam verè post errores venereos fetres, quae contingunt, admodum imbecilles sunt plerumque, eo quod calor nativus magis prope hebetetur, indeque fiat, vt nequeat in ignem valde conueri, & heri magna febris, praecipuè uerò hoc fit, quando simul potus errores ipsius venereis coniungantur, siquidem tunc duo sunt, quae simul calorem deminuunt, licet dispari ratione, alterum per subtractionem pabuli, vt est immoderata Venus, alterum verò per suffocationem quae est nimis potus; & verum est, quod dicunt nonnulli fere contingere, vt qui nimio coitu utuntur, simul etiam nimio potu atque cibo utantur, quoniam sine Cerere & Baccho (vt nuper dicebam) friget Venus. Ad alterum d. cendum est coitum posse dupliciter considerari, vel dum fit, vel postquam factus est, dum sit proculdubio calefit corpus, atque tunc febris induci potest, nam dicebat Aristoteles eadem quarta sectio, probl. 2. concubitus constare calore propter agitationem, atque propterea maximè in eo actu subidere clunes, & oculos, quoniam valde laborant; ob quod etiam dicebat equitantes maximè ad libidinem excitari, quia maximè secundum partes Veneri destinatas incalescunt: Sin autem post factum consideretur, tunc corpora refrigerantur, vnde febris, quae sunt ex vsu Veneris immoderato occasionem capiunt à motu & calore, qui in ipso actu agentur, quibusque incensi primum spiritus, tum humores paratos simul inflammant, sicque subsequens putredo febris graues tandem facit, quae initio fuerunt mitiores (INCIPIENS) quae primis diebus post febrim contigerunt Nicodemo, complura fuerunt, circa quorum speculationem si vmquam Galenus fuit breuis, & ieiunus, certè hic est, cum nihil aliud dicat, quam ipsummet Hippocratem significasse hoc exemplum esse eorum qui nil paribus habuerunt exacerbationes, & particularia alia posse comprehendi, tum ex his, quae habuit in antecedentibus, tum maximè quae scripta sunt in prognosticis, & prorrheticis. Cum igitur coepisset Nicodemus febre tentari, simul etiam coepit anxietatem, & cardialgiam pati, necnon sitim, atque linguae exustionem; Quod enim ad anxietatem, & cardialgiam pertinet, haec sunt passionis oris ventriculi factae ob vapores, vel succos biliosos, & mordaces, imo etiam ob crudos, & frigidos, illud percutientes; Etenim si sint puri vapores, faciunt quidem illam anxietatem, & inquietudinem, quae Graecè *ἄσκη* frequentissimè ab Hippocrate vocatur: sin verò à succo mordacis, atque cum dolore fiat, est *καρδίαλγία*, ad quos affectus faciendos conducit primum aptitudo ipsius stomachi ad suscipiendos illos succos; quae aptitudo posita est in laxitate, & intemperie partium; conducit etiam impulsus naturae ab humore, seu vapore inimico excitatae. Vtrumque autem erat in Nicodemo, qui ob errores in vsu Veneris

A stomachum admodum imbecillum & laxum habebat, siquidem (vt retro diximus) scribit Galenus primo huius tertij Epidem. textu quarto, quod vt abstinentia Veneris facit stomachum robustissimum, sic nimius illius vsus facit imbecillimum. Porro ad bilis generationem conferre nimium vini potum aliis locupletissimè monstrauius in historijs Philis, & Chaerionis, vt cum adfuerint Nicodemo causae omnes anxietatis, & cardialgiae, merito etiam adfuerint affectus; Im verò linguae siccitas cum siti iure fiebat à ventriculo, vbi aestuans bilis vti alias symptomata pariebat, sic ob communem ipsi & linguae tunicam illam urebat, & consequenter sitim efficiebat.

VRINAE TENUES, Quod nigrities possit cum tenuitate esse in vrina possumus ex eo potissimum iudicare, quod non modo in hisce libris, verum etiam in prognosticis, & Coacis saepenumero huiusmodi urinae mentionem facit, quae etiam frequenter videantur. Atque non ita frequenter eas videri apud nos certum est. Vnde dubitavi interdum vtrum sit vera nigrities de qua loquitur Hippocrates, an potius sit rubor quidam intensus ad nigredinem proximè accedens, atque ab ardore febrili ortum ducens, non autem à succo atro, & melancholico ipsi vrinae commixto, quamquam in Nicodemo haud videtur initio febris fuisse tanta, vt potuerit statim vrina ob illius magnitudinem fieri nigra, sed bene rubra valde; nisi quoque audemus dicere contigisse Nicodemo id quod interdum accidere nimia Venere vtentibus obseruamus, vt scilicet laxationes, & vasa seminaria profuderint sanguinem atrum in yficam, vnde tincta sit vrina; vt si hoc fuisset non poterat esse tenuis.

SECVNDA. Si prima die multa praua Nicodemo contigerunt symptomata, cerè nec pauciora, nec minorauenerunt secunda, & primum febris, quae antea erat *αυστηρῆς*, non *αυρῆς* facta est auctio, cum horrore, & eadem anxietate, ita vt dormire nequuerit, quorum omnium causa erat putredo bilis circa viscera, & praecipuè circa stomachum, quae tanta erat, vt non exigua illius portio in ventriculum propulsa vomitu bilis flauae, ad vrinam verò deriuata, eam flauam efficeret, & biliosam: Addit autem Hippocrates praeter suam consuetudinem flauam, quia in hoc aegro ex nimia Venere, & potu cumulata erant diuersa genera bilis, nempe flaua atra, vitellinaeque. Veruntamen nocte quieuit, & dormiuit; idque non sine ratione, si quidem vomitu, & vrina fuit magna pars humoris illius biliosi educta, qui simul inquietudinem, anxietatem, & vigilias die antecedente pepererat; ex quo factum est vt natura euacuatione illa leuata quieuerit, sicque in somnum deciderit. Sed hoc in loco non exigua oritur dubitatio, quomodo loquens de hac secunda die, inquit primum non dormiuisse, post aut quieuisse & dormiuisse nocte; neque valet dicere primum locutum esse de somno diurno, quoniam ille vitiosus est, & vbi non dormitur interdum melius est. Respon. verum esse quod scribit Galenus hunc aegrum

aegrum ex his esse qui paribus passi sunt exacerbationes, & quibus vt in quarta die habetur, exacerbatio fiebat circa Solis occasum; vnde quando dicit nihil dormiuisse, loquitur de nocte antecedente secundam, quando accessio erat in vigore; quando autem dixit dormiuisse nocte, locutus est de subsequente secundam; quae erat initium tertiae: Vnde dicere possumus Hippocratem in progn. laudare quando non dormitur nocte, vt dormiatur die, scilicet vsque ad quartam horam; hic autem nihil nocte, neque mane dormiuit.

TERTIA. Cum vomitu (vt dicebam) natura esset leuata, & somno recreata, iure sequenti die omnia fuerunt remissa; quae remissio durauit vsque ad Solis occasum; Verum quoniam neque fuerat integra euacuatio, neque poterat esse vix dum morbo principium egresso, propterea incipiente nocte coeperunt iterum molestiae adeo, vt nox ea laboriosa fuerit; Etenim futura erat die quarta accessio noua correspondens secundae, in qua dicit exacerbata fuisse febrem vna cum aliis symptomatibus, idcirco fuit nox antecedens grauis iuxta Hippocratis aphorismum, scilicet quibus futura est accessio nox antecedens grauis esse solet. Itaque DIE QVARTA factus est primum rigor, deinde multa febris, & omnium laborum; rigor factus est, quia succus biliosus in uenis existens, nec vomitu euacuatus à natura extrapulsum perque sensibiles partes latus est, ad cuius propulsionem calor nativus collectans febrem, simulque omnia membrorum molestiam intulit, praefertim verò materia vaporosa versus caput sublata delirium peperit, quod demonstrabatur futurum ab vrina tenui, & à suspensione à flatu genita.

SEXTA. De quinta nil dicit, quod nihil in ipsa contigerit obseruatu dignum: sed quia sexta est par, & suprà natura tyrannica, & fatalis, non est mirum, si in ipsa exitiale apparuit signum nempe delirium, quod solum commemorat, tamquam cetera praedicta affuerint, & amplius hoc.

SEPTIMA. Post sextam meminit Hippocrates septimae & octauae parum. Solumque septima (ait) *ἰσχυρῆς*, qua voce usus est etiam tertia die, à qua cum intercedant quatuor dies ad septimam, videtur fuisse proportio; & correspondentia, vt scilicet quemadmodum tertia status fatiis mitis fuit, similiter etiam contigerit in septima. At percuntabitur aliquis necsine ratione quomodo Hippocrates dicat septimam fuisse quietam, & octaua fuisse cuncta remissa; nam videtur idem esse fuisse quietam, & cuncta esse remissa; puto ita intelligendum esse, nempe quod à delirio fuerit quies, quod multum antea fuerat. Octaua postmodum etiam alia accidentia sunt mitigata, scilicet febris, & dolores omnium partium; Habuisse namque hunc morbum eam conditionem, vt pares, & impares sibi corresponderent.

DECIMA. Si octaua omnia erant remissa, quomodo igitur dicit, decima & sequentibus adfuisse quidem dolores, sed omnes minores; puto rem hunc in modum sese habuisse, quod tota octa-

ua, atque etiam nona status aegri fati placatus fuerit, quemadmodum etiam tertia, verum decima iterum & sequentibus labores iidem redierint, sed minores, eò quod (vt subiungit Hippocrates) huic aegroto contigerint toto morbi tempore exacerbationes, & labores magis diebus paribus, & addit nō sine ratione particulam (*μᾶλλον*), quoniam etiam octaua fuit quies, quae tamen est dies par.

VIGESIMA. Cum ante vigesimam iam coepisset coctio progredi, iure in vigesima ipsae, multo maiora quam ante apparuerunt, coctionis licet non consumatae indicia, siquidem vrina erat alba, crassa, haud tamen posita subfidentiam faciebat, ac propterea multum sudauit, haud ita tamen, vt bona fieret crisis, sed adeo ex sudore leuatus est, vt videretur esse sine febre, nondum tamen erat profusus ab ea absolutus; cum non esset integra in vrinis coctio, quinimo sequenti quae fuit vigesima prima, rursum febre captus est, seu potius ea paullisper aucta fuit summo mane; atque cum ea iidem dolores qui ante, horror, sitis, atque modicum delirium, cum enima materia nouam putredinem suscepisset, vaporesque putres per vniuersum corporis ambitum funderentur, maximè verò in cerebrum, hinc horror, atque dolores omnium fiebant, & cum his non nihil delirij: Vt enim quarta die multum delirauit, quod tunc materia, quae putrescebat, & copiosior, & deterior esset, ita hac die, quando iam, & paucior, & benignior erat, summa cum ratione factum est delirium minus: hic nonnulli dicunt vrinam vigesima die fuisse albam, & crassam, quasque lacteam, quod ob Veneris errores multitudo humorum in renibus, & circa genitalia veluti suppuraretur; Atqui hoc mihi non placet, quoniam ex Venere immodica refrigerantur partes, & potius euacuatur humores prauis, quam secus, vt ob hoc, & Hippocrates & Aristoteles dixerint *τῆς λευκῆς* curari morbos à pituita, atque interdum homines fieri leuiore, praeterea quomodo potuit post vigesimam diem superesse veltigium erroris venerei?

VIGESIMA QVARTA. Vigesima in vrina visa sunt coctionis progredientis indicia certa, ideo vigesima quarta multo certiora debebant esse, & propterea non solum alba erat & copiosa, verum etiam subfidentiae multum habebat; quare subsecutus est sudor, scilicet per totum calidus, & copiosus, ac iure merito perfecte iudicatus est, cum vespere antecedente vigesimam quartam facta esset febris, atque in nocte symptomata, quae crilim praecedere solent; vnde non modo dixit liber factus est, sed addidit iudicatus est, vt scilicet significaret, & à febre, & à symptomatibus liberatum esse. Sed cur Hippocrates non addidit particulam (perfectè) sicut supra in Heropyto? praeterea cur qui aegrotauit ob Veneris nimium & intempertium vsu, potius sudore quam vlla alia excretionem iudicatus est? Ad primum dicimus, quod causa fuit, quoniam ex suis regulis vnusquisque cognoscere poterat eam fuisse integram & perfectam coctionem, & crilim, quandoquidem



doquidem sudor fuerat omnium optimus, ut ipsemet docuit primo progn. 26. quippe qui fuerat in die critica, calidus, copiosus per totum, atque febrē abstulerat. Ad secundum respondent nonnulli propterea sudasse, & iudicatum esse, quoniam iis qui nimia vtuntur Venere, ac ob id aegrotant, putrescit semen, quo deinde computrescunt rores partium. Addit quoque Valesius interdum vsu venire, ut ob nimium Venere vsu abfque villo contagio aliqui lue Gallica capiuntur; Sed pace manium Valesij, & sequacium tres errores cōmittunt: primus est, quoniam falsum est ex nimia Venere putrescere semē, imo ita euacuatur in ipso actu, ut nihil ipsius in vas praeparantibus, & deferentibus vocatis relinquatur, ac saepe loco seminis attractus ui, & non elaboratus sanguis qui est loco rotis emittatur, Aristoteles enim quarta sectio. problem. saepe dixit Venere siccare & refrigerare, ac multo magis, quando immoderata est, ut falsissimum sit post ipsam reliqui semen quod putrescat. At hoc potius contingit iis, qui ob abstinentiam coitus in gonorrhoeam incidunt, ut semen putrescat, atque foetidum emittant. Secundus error est, quod tametsi putresceret semen, & ros, haud videtur per sudorem excerni debuisse, sed potius per ipsammet vrinam; qua ratione, qui laborant febre hoetica solent crebris feminis profluius sollicitari, quod sanguinis in renes & vasa seminaria attractus, putrescens euacuatur, (verum enim & copiosum semen esse in febre consumptis quis credat?) atque tunc etiam fiunt vrinae lacteae, velutique supernatantem pinguedinem habentes; Tertius error est, quod citra contagium ex solo immoderato coitu possit morbus Gallicus contrahi, si quidem huiusmodi morbus noster, qui nouus est orbi nostro, & initio vt perhibent omnes solo scortorum infectorum contactu comparatus fuit, haud quamquam sine eodem contactu communicari cuiquam potest; illud certe fatetur similia symptomata Gallicis posse euenire illis, qui nimia vtuntur Venere, sicut & qui rem habent cum muliere menstrua, cum qua & Hebraei, & Arabes putant, si quis concumbat, praeter ceteris cum euadere leprosum: Nam pilorum quoque defluuium, & praesertim superciliorum, quod euenire Gallica lue laborantibus quotidie experimus, Aristoteles etiam fieri nimia Venere vtentibus scripsit tertio de Histor. animalium vndecima, & quarta sectio. probl. 19. Itaque multo satius est dicere propterea factam esse iudicationem per sudorem, vel propter nimium potum, quo vsus fuerat Nicodemus, & quo scimus sanguinem valde ferofum fieri, vel quia putredo febris potius posita erat in succis tenuibus, & biliosis, vt ostendunt symptomata, quae prioribus diebus sibi contigerunt, cardialgia, rigor, horror, vomitus biliosus, vel quia forsitan conuenerat aeger ante morbum sudare multum. Nam id verissimum est in morbis fieri saepe numero crises per eas euacuationes, quae solent esse dum sani sunt familiaris; & sum eius opinionis hoc exemplum nobis fuisse ab Hippocrate propositum tamquam rarum quiddam; quod scilicet quis ex erroribus

A grauissimis, & praesertim vsu Venere immoderato commissis incidit in grauissimum morbum, & tamen seruatus sit sudore copioso, ob ingens virium robur; & quis scit, an forsitan fuerit hic propterea Nicodemus appellatus, quod iustu, aliique gymnici certaminibus populum, hoc est cunctos vicerit? Modo ad curationem, & primo de victu dubitandum videtur, an conuenisset victus tenuis. Similiter quoque an sanguis missio, quandoquidem ex vna parte non videtur victus adeo parcus conuenisse, neque euacuatio sanguinis, quoniam praecesserat immodica Venus, quae sanguinem, & vires exhaurit, ut potius additio omni ex parte, quam vlla deminutio visa sit necessaria. Ex alia vero parte usus est multo potu, & calor natius haud aptus fuit multum alimentum sustinere, quodque plus est, febris acuta, & magna cum accidentibus pravis postulare videbatur tam victum tenuem, quam sanguinis detractionem. Hac in re non ita leui si mihi occurreret in victu media quadam via incederem, neque enim multum tenuem, neque plenum adhiberem, & praeter pitillaniam, etiam vitellum oui conederem & paruae pullae iusculum; a vino certe abstinerem, quod sicut in his casibus ad vires tuendas haud saltem est necessarium, ita capit, & febris est noxium. In cardialgia certe vinum commendatur, & in anxietate ab Hippocrate, at non in ea, quae fit a bile, & calidis succis; sed quae fit a frigidis tantum, ut inuit Galenus septimo aphorismor. 56. Quod porro spectat ad sanguinis missionem Galenus in libro de cur. per sang. mis. capite septimo, vinosis, & gulae deditis haud utilem esse aut missionem sanguinis, & capite nono dicebat excretionem, atque motionem antea factas haudquamquam ex toto prohibere sanguinis missionem; sed eius quantitatem perscribere; praeterea laborabat anxietate, & cardialgia, & forsitan etiam ob errores in victu antea commissos copia humorum crudorum, ob quae omnino abstinendum erat a sanguinis missione, saltem per venam sectam; nihilominus cucurbitulae scarificatae, praesertim natibus, lumbis, & cruribus adhibita, haud parum profuissent saltem ad auertendos a stomacho, aliisque superioribus partibus succos prauos, & vapores, qui deliria, vomitus, anxietates, aliaque mala producebant; quo in genere contulissent quoque ligaturae, frictions, & vesicantia extremis artibus adhibita. In reliquis danda opera fuisset tum aperiendis viis, tum praeparandis, & coquendis humoribus; maxime vero iis symptomatibus superandis, veluti delirio, cardialgiae, & anxietati iis remediis, quae milies monstrauius conuenire in huiusmodi casibus. De alui excrementis, cum nulla mentio habeatur, credendum est ea recte, & naturaliter sese habuisse, & forsitan contulisset aliqua purgatio biliosorum, & pituitosorum succorum, saltem post viginti diem.

HISTO.

## HISTORIA TRIGESIMA SEPTIMA.



84763  
NTHASO mulier morosa ex moerore cum occasione erecta degens euasit vigil. & cibum auersans, & sitibunda erat, & anxiosa: habitabat autem prope Pyladem in Plano. PRIMA inchoante nocte timores, sermone multi, aegritudo animi, febricula tenuis, mane conuulsiones multae: quando autem deficiebant conuulsiones multae, obloquebatur: obscena dicebat: multi dolores, magni, continui. SECUNDA per eadem, nihil dormiuit; febris acutior. TERTIA conuulsiones quidem defecerunt: sopor autem; & delatio in somnum, & rursus expergefatio: exiliit. continere se non poterat; obloquebatur multa, febris acuta: ad noctem vero hanc sudauit multo calido per totum: sine febre: dormiuit: omnia intelligebat: iudicata est: Circa vero TERTIAM diem: vrinae nigrae, tenues; enacorema autem ad multum rotundum non subsidebat: circa iudicationem vero muliebria multa descenderunt.



NTHASO mulier morosa: Certè negari non potest, quin Hippocrates hanc historiam nobis tanquam rarum quoddam exemplum proposuerit; est enim rarum insaniae genus quo laborauit; est rara occasio, scilicet menstruorum suppressio; est denique rarissimum, quod tertia die morbi fit per menses melancholica liberata. Ad haec satis diligenter eam, & quae necessaria erant pro ipsius cognitione enarrauit; etenim primum describit mores cum dicat eam fuisse *δυσάσπιον*, id est morosam; describit patriam Thasum, habitationem dicens habitasse prope Pyladem in Liaeis; describit occasionem morbi, scilicet moerorem propter externam occasionem acquisitum. Nomen mulieris haudquamquam dicit, quoniam (vt aliis monui) Hipp. nunquam ferè solet nomina propria mulierum proferre, quod forsitan ea scire propter modestiam & reuerentiam haud curaret: sat est hanc fuisse melancholicam, & ob appetentes menses ex moerore in grauissimam insaniam incidisse, adeo ut potuerint mulieres, & adstantes suspicari, vt saepe numero fit, de aliquo Daemone, vel effascinatione; verum fuisse causam omnium retentionem mensium, satis docere potuit curatio, quae successit statim, atque menstrua copiose coeperunt fluere. Dignum autem est, si vnaquam aliam, vt ligillatim cuncta examinemus. IN THASO mulier. Alias dixi quis locus fuerit Thasus, & hanc uocem (*γυνή*) vsurpatam esse a Graecis, pro desolata, & virginitate priuata; sic namque Democritus eam, quam paulo ante salutaerant pro virgine cum habuisset obuiam, atque eam non esse amplius virginem siigno nescio quo cognouisset, sic appellauit *χελπε γυνή* uel i. salua mulier: *δυσάσπιον*, seu vt alij legunt, *δυσάσπιον*, id est morosus quis sit explicat Gal. in comm. & in linguarum explic. dicens ex sententia Critiae eum esse, qui in quibuslibet paruis tristatur, atque magis in magnis, ac pluri tempore, quam alij tristis est, & moestus, quo pacto vtitur nunc Hipp. sicut & rursus paulo post in ea quae in Cyzico gemellos pe-

A perit. Miratur autem Gal. cur non apposuerit huic esse menses vel suppressos ex toto, vel saltem immixtos, siquidem & acutè, & plethoricè videtur aegrotasse, ac propterea tertia die sudasse, atque menstruorum copioso fluxu esse iudicatum; imo uerò, & ipse miror de Gal. qui cum milies dixerit, & praesertim in lib. de diff. resp. Hippocr. haud perspicua, & cunctis manifesta proponere, non uiderit id nunc potissimum fecisse, quando nullus, vel medicus crisis medicus esse poterat, qui intellecto liberationis modo non statim exiitaret fuisse suppressa, ac forsitan ob id saltem maxima ex parte aegrotasse, dicente eodem Hippocrate, atque etiam Galeno primo de loc. aff. nullum esse certius causarum aegritudinis indicium ipsamet curatione.

EX MOERORE. *αποσπασιν*, id est occasione vocare causam externam Hippocr. saepe dixit Galen. quae autem fuerit causa externa, propter quam dum sana esset, & erecta haec mulier tristis, ac moesta euaserit non dicit: solent autem plerumque mulieres in moestitiam incidere ob indignationem, ob mortem alicuius clarae personae ob malum nunciu; maxime uerò ob zelotypiam, & ob amorem, quem admodum docet Galen. in lib. de praec. ad Posth. c. sexto, exemplo cuiusdam mulieris, quam ipse ex simili tristitia & actaciturnitate amare nescioquem Pyladem cognouit. IN SOMNIS. Inter alia mala, quae ante ueram aegritudinem habuit praefens mulier, fuerunt uigiliae, inappetentia, atque sitis. De uigiliis illud certum est eas, atque inappetentiam, ac ciborum habominationem nihil aequè facere atque amorem, & zelotypiam; nam animus dum curis atque sollicitudinibus angitur, haud permittit calorem naturalem quiescere, & ita a corpore abducit, ut id interdum omni sensu carere uideatur; id quod uoluit significare Hippocr. sexto Epidem. sectione quinta, tex. vndecimo, ubi dicit, *απείρατος* *ζυγής* *σπορτίς* *ἀνδρῶν* *αἰσῶν*. Quid uota fuerent, quid delubra iuuant; est mollis flamma medullas, dicebat de Didone amore flagrate Virgilius.

De zelotypia verò Plinius & Seneca scribunt Moe-  
cenatem duos totos annos nil dominiuisse, quòd co-  
gnouisset suam uxorem ab Augusto ualde amari.  
SITIBVND A. Qua ratione sitis in moero-  
re gignatur, & anxietas non est difficile is perci-  
pere, qui sciunt hisce affectibus bilem in stoma-  
cho euocari, vbi membranam ei, & faucibus com-  
munem calefaciens, exsiccans, atque mordens, si-  
mul sitim, atque anxietatem producit; & mirum  
est quantopere sitiant illi, qui ad supplicia ducun-  
tur ob similem causam. H A B I T A B A T. Hip-  
pocrates de aegrotis loquens consuevit dicere mo-  
do eos habitasse hic vel illic; modo decubuisse apud  
hunc uel illum, & causa est, ut puto, quoniam  
vel nobiles erant, ita ut propria domicilia habe-  
rent, atque suarum rerum domini essent; vel sine  
domo propria, ac forsitan in alterius potestate e-  
rant; haec autem mulier ex prioribus fuit, quam  
dicit habitasse propè aedes Pyladis in Licio: Duo  
Pylades memorantur, vnus cytharoadus, qui Au-  
gusti aetate floruit, alter saltator, quem a mulie-  
re amatam sese deprehendisse Galenus testatur li-  
bro de praecogn. ad Posth. capite sexto; quis autem  
fuerit nominatus ab Hippocrate diuinarum ne-  
queo; nisi dicamus eum quoque fuisse saltatorem,  
vel luctatorem aliquem, qui habitaret in via laeui,  
& polita, sic in Thaso uocata ac differentiam uia-  
rum inaequalium, & lutulentarum. Vt cumque  
autem sit, nil refert diligentius inquirere. Cete-  
rum illud scire interest propositam mulierem iam  
melancholico affectui suscipiendo ualde obnoxiam  
prima die sui morbi nocte incipiente à grauissimis  
symptomatibus fuisse oppressam; quae certè ual-  
de similia erant illis, quae solent accidere Daemo-  
niacis, & effascinat; nam tota prima die habuit  
dolores multos, id est multarum partium magnos,  
& assiduos; initio autem noctis timores fuerunt  
ipsi, sermones multi, tristitia, febricula, id est *συ-  
ρίτιον*. Mane conuulsiones multae, quibus inter-  
mittentibus delirabat, ac turpia loquebatur. Sed  
prius quam ulterius progrediamur, circa haec con-  
sideratione digna quattuor occurrunt; vnum est  
cur non incoeperit numerationem dierum à moe-  
stitia, vigiliis, & aliis, quae antea passa erat. Se-  
cundum cur primam diem adnumerans uoluit ad-  
dere horam praecisè, scilicet inchoante nocte. Ter-  
tium est an sola menstruorum retentio ob moero-  
rem potuerit efficere tot mala, scilicet timores, ser-  
mones multos, tristitiam, conuulsiones. Quar-  
tum est qua ratione conuulsionibus illis multis in-  
termittentibus delirabat, turpia loquebatur; si-  
mulque dolores multi, magni, & continui fiebant.  
Circā primum arbitror id ab Hippocrate esse fa-  
ctum, quia antea non decubuit, & (ut aliis do-  
cui) plerumque solet Hippocrates numerare dies  
non a laesis actionibus, sed ab hora decubitus, aut  
etiam ab initio febris: vnde cum febris tunc solum-  
modo inchoarit iure enumerationem dierum ab eo  
tempore incipiendam esse existimauit; & notan-  
dum est Hippocratis vsum esse non admodum si-  
bi uisitata, dictione, *συρίτιον λεπτόν*, id est febric-  
ulam tenuem, quoniam proprium est melanco-

licae, aut non habere febrem (diffinitur enim à Ga-  
leno esse delirium sine febre) aut eam admodum  
exiguam, atque debilem. Ad secundum dixi a-  
lias ex Hippocrate secundo Epidem. partes diei  
habere proportionem cum partibus anni, atque  
vesperem correspondere autumno, quem vocat fe-  
rinum Hippocrates, eò quod melancholici morbi  
eo tempore potissimum grassantur; vnde cum ve-  
spere quoque eadem ratione melancholia maxi-  
mè faeuat, uoluit sapientissime senex id in pra-  
xi adnotare, cuius theoriam iam antea nos do-  
cuerat. Ad tertium dicendum est menstruorum re-  
tentionem, vique adeo prauam semper esse, ut nul-  
lum fere, quantumuis foedi morbi genus reperi-  
tur, quòd ab ipsa fieri nequeat; praecipue autem  
sunt moerores, tristitia, melancholiae, deliria,  
conuulsiones, aliaque similia; & non dubito id ef-  
se verum, quod Theologi nostri profitentur à Dae-  
monibus quoque eadem mala in mulieribus fieri,  
sed ij vt plurimum ad infestandas eas vtuntur simi-  
libus humoribus. Et si enim menstrua sint ille san-  
guis superfluous, qui fit a natura ob sustentandum  
foetum intra, & extra uterum, quique, vbi foetus  
non adest, singulo mense extra pellitur, vt haec ra-  
tione haudquaquam debeat ita perniciosus esse;  
attamen vbi diutius in corpore retinetur, praeter-  
tim circa uterum, qui est veluti cloaca quaedam  
impura, ita foedatur ac corrumpitur interdum, ut  
veneni naturam referat; idque praecipue cognoscit-  
ur ex effectibus, quos producit, qui potissimum  
circa animum apparent, tum quia sexus muliebris  
pusillanimitas suapte natura est, & promptus ad ip-  
sius animi laesiones suscipiendas; tum quia retentus  
is, in cor atque cerebrum vt plurimum restat-  
gnat, vbi cum animi sedes posita sit, iure ipsum in-  
signiter violari contingit, vt perspicue satis docuit  
Hippocrates libro de morbis virgin. & de natura  
ac morbis muliebrib. Causa autem, quamobrem  
potissimum symptomata melancholica incurrant,  
quibus cessant, aut imminuuntur menses est, quo-  
niam vbi diutius quam par sit menses retinentur,  
semper diaporatis tenuioribus sanguinis partibus  
crassiores remanent, à quibus vapores crassi, & ob-  
scuri in cor, & cerebrum prolati contaminant, at-  
que obscurant tum vitales, tum animales spiritus;  
quam contaminationem sequitur deinde laesio ope-  
rationum, & cordis, & cerebri, fitque pavor ma-  
ximè, & moeror, quoniam vt claritas sanguinis  
gaudium facit, quemadmodum scribit Avicennas  
in Cantica, sic obscuritas moestitiam, & metum  
parit; non quia terreatur anima, quemadmodum  
pueri in tenebris, vt dicebat Galenus in hoc ab  
Auerro forsan haud male configuratus, sed quia ob-  
scuritas, & crassities melancholicorum vaporum tar-  
dos, & hebetes facit spiritus omnes praedictos,  
eamque puritatem adimit, cum qua solet consistere  
integritas functionum principum cerebri. Ad  
quartum, & vltimum dicendum est, quod scribit de  
epilepsia, & melancholia Hippocr. septimo Epid.  
& Galenus terio de loc. aff. septimo, scilicet ubi hu-  
mor in ventrem cerebri labitur fieri Epilepsiam, ubi  
uero in corpus fieri melancholicum, sicque melanco-  
cholicos

cholicos fieri epilepticos, & è contra; haud secus ubi  
humor ad principium neruorum tendebat conuul-  
sionem inducebat, ubi uero per totam cerebri sub-  
stantiam fundebatur, delirium quod apparebat, in  
multa atque turpi locutione ubi in corporis ambi-  
tum, dolores fiebant multi, magni, & continui, nam  
& Aristoteles in fine septimi Ethicorum dicat cor-  
pora melancholicorum semper morderi, quod uero  
potius mane fierent conuulsiones in proposita mu-  
liere, causa fortasse erat, quia tunc humor nocte  
coactus magis fundebatur, sicque suffusus, neruorum  
principia laedebat. Galenus secundo de diff. resp.  
cap. ultimo, de hac muliere loquens putat etiam si  
deliraret, non habuisse respirationem magnam, &  
raram, sed potius qualis solet esse in conuulsio-  
nibus, quod haec illud superaret. Cur autem Hippocra-  
tes inter alia mala uisuce prioris diei potuerit,  
quod turpia loquebatur, puto fecisse ad testandam,  
melancholici delirii magnitudinem; quidem cum  
mulieres soleant esse pudibundae; vbi turpia lo-  
quuntur signum est a consuetis moribus multum re-  
cessisse, ac propterea malum esse magnum, dicente  
Hippocrate, & Galeno primo prorr. & in Coac.  
pessimas esse modestorum turpes, & insolitas re-  
sponiones, atque locutiones, quod *αἰσχρολογία* di-  
cit Hippocr.

SECUNDA DIE. Dicit Hippocr. eadem  
accidentia perseuerasse, at alia quoque fuisse adie-  
ta, scilicet quod nil penitus dormierit, & febricula  
in acutum hoc esse magnam exaserit. Nil dormiuit,  
quia id pene proprium est omnium melancholia  
grauilaborantium, ut perpetuis cogitationibus pra-  
uis, atque solitudinibus agitati haudquaquam som-  
num capere queant, maxime cum amore, uel Zelo-  
typia tentantur, & notandum est licet Hippocra-  
tes dixisset ante morbum eam fuisse uigilem, ac  
post subiungat praedicta omnia accidentia perdu-  
rasse etiam secunda die, haud tamen committere  
nugationem, cum addit (nihil dormiebat,) quonia  
aliud est uigilem esse, aliud est nihil penitus dormi-  
re, esse quod etiam qui parum aliquid die dor-  
miunt *αἰσχρολογία* uocantur ab Hippocr. modo nocte  
non dormiant, ut significat Cels. cap. primo, libri se-  
cundi ex sententia Hipp. tertio aph. 24. 31. nil uero  
dormire dicuntur, qui neque die, neque nocte somnum  
ullum capiunt; unde praesens mulier ante morbum  
poterat dormire die, & tamen uigil uocari ab Hip-  
pocr. in morbo autem neque die, neque nocte dor-  
miebat; facta est autem febris acutior, quoniam  
cum paratum esset corpus ob retentum sanguinem  
hoc motu animi, & corporis incenso, & agitato acu-  
ta fuit febris.

TERTIA. Versipellis planè, & dolosus fuit  
hic morbus, qui in tanta temporis breuitate mag-  
nas, uariasque mutationes habebat; etenim inquit  
tertia die, eiusque nocte primum conuulsiones dese-  
cerunt, quoniam conuulsio antea eò translatio facta  
est sanguinis melancholici a principio neruorum,  
uel a uentre ipsius cerebri ad corpus, ubi non modo  
fecit in somnum inclinationem uerumetiam paulo  
post uigilias, & delirium iuxta sententiam Hippo-  
craetis citatam de melancholicis, & Epilepticis;

& iuxta id quod scribit Galenus primo uige-  
simoseptimo. vbi fit mutatio materiae in cerebro ab  
vna in aliam partem fieri quoque uarietatem sym-  
ptomatum, scilicet actionum laesuram; Neque de-  
lirium erat simplex, sed ualidum, ita ut exiliret, ne-  
que sese continere possent, nimirum commorso, atque  
vehementer agitato cerebro ab humore illo inimi-  
co, & molesto; quam diram commotionem mem-  
brorum omnium haud mirum fuit, si acuta febris est  
secuta; hoc est ea, quae prius placidior fuerat, in-  
gens incrementum suscepit.

AD HANC NOCTEM. Inter alia admi-  
ratione digna, quae habuit praesens casus fuit sub-  
ita quam nunc subiungit Hippocrates exitiosissimi,  
& dirissimi morbi ad salutem commutatio; & certè  
illud habent insignes euacuationes, ut mirabilia fac-  
ciant, quemadmodum accidit propositae mulieri  
cum noctu copiosissimus sudor calidus, & per totum  
effluxisset, simulque retenta menstrua proruptim  
iudicata, atque a praesentaneo periculo erepta est,  
ita ut a febre libera remanserit, ad mentem redierit,  
& consequenter dormierit. Coeterum illud non exi-  
quam praebet dubitandi occasionem, quo pacto in  
die non critica, & cum urinis potius malis, quam bo-  
nis potuerit adeo bona fieri iudicatio. Responden-  
dum est nos ignorare an morbus redierit, quando-  
quidem Hippocr. postquam reliquit eam ut sanam,  
nec amplius uisitauit, nec fortè quicquam de ea  
quaesuit, propterea quae siluit, neque enim a ratio-  
ne alienum est potuisse post aliquot dies morbum  
reueri. Vel dicere possumus, quod spectat ad de-  
cretoriam diem non inconuenire, quin ea nox,  
quae sequuta est diem tertiam, & in qua fuit facta  
iudicatio, fuerit initium quartae, atque iudicatoriae  
diei, quemadmodum graua illa symptomata,  
quae tertia die euenerunt, ex illis fuere, quae so-  
lent crism antecedere, ob idque decretoria uocari,  
atque eo magis in hanc sententiam inclinor, quod  
morbus uisus sit nocte antecedente primam diem  
principium sumpsisse; nam solent eadem penè hora  
morbi bene, uel male finire, quae etià inchoat. Quod  
porro urinae essent nigrae tenues, absque sedimen-  
to cum aeneoremate rotundo, quae non modo cru-  
ditatem materiae ostendunt, uerumetiam ipsius co-  
ctionis contrarium, dicunt aliqui tales fuisse, quo-  
niam menses cum essent prorupturi, casita colora-  
runt; uerum cum alia sit uia urinae, alia menstruo-  
rum, haud facile est intelligere, quo pacto possit ab  
iis nondum in uterum fluentibus urina colorari;  
praeterea non tantum color ipsarum aestimari de-  
bet, pro urinae coctionis significatione, quantum  
tenuitas, carentia sedimenti, & aeneorema rotundum,  
quae quidem haudquaquam potuerunt praestari a  
menstruis fluentibus, immo potius hac ratione de-  
buisse esse urina crassa, quam tenuis, & cum sedi-  
mento quam sine; Itaque fatius est dicere hunc ca-  
sum forsan Hippocr. ob id nobis tanquam admi-  
ratione dignum fuisse propositum, ut intelligeremus  
quandoque etiam iudicia fieri sine urinae coctione;  
imo uero cum urina mala, quando praesertim praeci-  
puius morbus haud est in ipsis; & humor melan-  
cholicus expurgatur per ipsam uiscam; sicut hui-  
mulieri

mulieri contigisse uerisimile est; in qua non tantum per sudorem, & menstrua, uerum per urinam quoque facta fuit excretio succi melancholici, quae tamen, haud tanta fuit, ut potuerit eam, quae erat antea tenuis crassam reddere; atque huic interpretationi uiderur attestari Galenus dicens, urinae nigredinem haud quicquam difficile effecisse, propterea quod melancholicorum menstruorum suppressio erat; propter quae uerisimile est delirium, timorē, atque alia animi mala sibi contigisse. De curatione autem id summum dicendum est, cum caussa omnium penē malorum fuerit menstruorum suppressio; omne studium eo fuisse conferendum, ut illa reuocarentur, sublatis causis omnibus, tam externis, quam internis; & quod spectat ad uisendi rationem ipsa erat mediocriter alenda cibus potissimum iis, qui melancholicum humorem demulcere putantur, & certē quia statim conuulsiones, & graues animi laesiones coeperunt apparere a uino abstinentiam ualde commendassent. Ad haec aliis animi perturbationibus sedandis studendum fuisse, siquidem ex moerore, ac tristitia, siue ob amorem, siue ob alud quippiam contractis coepit primum aegrotare, nā tantam uim habet moeror, ut dixerit Galenus ter-

tio de praefag. ex puls. cap. quarto non modo ab eodiaris, uerum etiam hecticas, & pestilentes fieri febres; instituta uictus ratione, tum de sanguine mittendo erat decernendum, locus autem planē eligendus statim fuit, uenarum infernarum, & quia alii excrementorum nulla fit ab Hippocr. mentio primum uel clystere acriori, uel aliquo lenitate medicamento sollicitari debebat, potest mitti sanguis a poplite, uel a phena, atque in ea maiori copia, quae a uiribus aegrotantis innoxie sustineri poterat iuxta id quod scribit Galenus sese fecisse in ea muliere macilenta, & inappetente, cui ob suppressas purgationes menstruas aegrotanti sese ultra sanguinis duas libras maximo cum fructu misisse testatur libro 6. Epid. cap. tertio. tex. 29. Misso autem sanguine, & per sectam uenam, & per cucurbitulas scarificatas, & per ipsas scarificationes, si opus fuisset, erat tum accedendum ad cor tuendum atque etiam ipsum cerebrum per frictiones inferiorum partium, & ligaturas, per oxyrhodina, & cordis linimenta, & similia, intus uero fuissent ea administranda, quae menses promouant, & simul melancholicum humorem demulcent, quae etiam ipsis mensibus fluentibus solent adhiberi, nisi illi copiosiores fluant.

HISTORIA TRIGESIMA OCTAUA.

83. feb 3

**N** Laryssa Virginem febris coepit. ardens, acuta, uigil, sitibunda: lingua fuliginosa, sicca: urinae boni coloris quidem, sed tenues SECVNDA laboriose, non dormiuit. TERTIA multa prodierunt ab aluo, aquei coloris; & sequentibus exhibant talia cum bona tolerantia: QVARTA minxit tenue, paucum: habuit enaeorema sublime: non subsedit: delirauit in noctem. SEXTA enaribus large effluxit multum: horruit; sudauit multo calido per totum: absque febre iudicata est: in febribus autem, et iam facta iudicatione, muliebria prodierunt tunc primum: uirgo enim erat: erat autem semper anxiosa, horrida; & rubor faciei: oculorum dolor: grauitate capitis laborans; huic non rediit: sed iudicata est: labores in paribus.

**N** LARYSSA VIRGINEM. Plures fuisse urbes Larissae nomine vocatus, ex Strabonis libro nono alias significauimus, & inter alias erat quaedam in Aetia regione ubi forsitan haec uirgo aegrotabat, & quam forte ipsi uisitauit Hippocrates; Habitationem non nominauit, nec quicquam aliud, quia cum esset uirgo noluit, iuxta sua praecepta nimis esse curiosus; Cuius autem esset aetatis licet neque ita constet, attamen adolescentulam fuisse circa uiginti quintum annum, atque etiam ultra conijcio, ex eo quod copiosus sanguis ex naribus sibi effluxit in aegritudine, & quod Hippocrates inquit tunc primum sibi menstrua coepisse fluere, quodque esset uirgo repetit; scimus N. plerisque hoc tempore menstruas purgationes inchoare, & magnas in corpore agitationes fieri, ut propte-

rea etiam tum grauissimis aegritudinibus soleant tentari; quamquam suspicari etiam licet forsitan tardius quam par erat coepisse naturales illas purgationes, ac idcirco, & grauius laborasse, & in aegritudine largam sanguinis copiam profluxisse. Coeterum uidetur admiratione dignum, quo pacto statim correpta sit febre ardente, & acuta, cum sit, uigiliis, lingua fuliginosa, & sicca, urina tamen fuerit boni coloris, sed tenuis. Nisi dicamus, quod supra, scilicet eam habuisse in corpore praeparationem in signem, quia eo tempore incipiebant menstrua, & forsitan tardius, quam conuenisset; quamquam dubitandum est quoque non ita cito ipsam decubuisse, & quando Hippocrates fuit accitus, illam iam pridem leuiuscule aegrotasse; sed utique sit, sanguis nimius, & nimium retentus, propterea quae maxima ex parte biliosus redditus, coepit circa uiscera, & uterum

uterum feruere, ac putrere, unde facta est febris ardens, sed cur addit Hippocrates, etiam fuisse acuta? dicendum est uoce *εξ* uoluisse Hippocratem significare, eam febrem non fuisse exiis ardentibus, quae sunt mitiores, sed potius fuisse magnam, & grauem, ut etiam ostendebant symptomata sibi coniuncta, nempe uigiliae, sitis, nec non fuliginosa, atque arida lingua, quae omnia aliunde non nascebantur, quam ex ingenti aestu, & calidi humoris, ac proximi uisceribus magnis combustione: sic enim Aristoteles trigesima quarta, sect. probl. quarto, dicebat linguam esse indicem febris ardentioris, quia bibula est humoribus, & pulmonibus superposita ob quod humoribus, & fuliginibus inde manantibus primum coloratur. Porro de urinis quod dicit eas fuisse boni coloris, sed tenues, non est mirum, quia iam coeperat natura propendere ad caput, eo quod materiam sanguineam, & incensam dirigere, ut euentus postmodum satis docuit, quando praeter alia caepit symptomata, die sexta sanguis multus large profusus est ex naribus.

SECVNDA LABOR. Notat Galenus, & bene, hoc esse ex miris exemplis, quibus obseruauit Hippocr. diebus paribus fieri interdum iudicationes, ita securas, ut nulla fiat recidiuatio, sed habuit & aliud rarum, quod iudicata, est omnibus ferē euacuationibus, alui, sanguinis ē naribus, ex utero, nec non sudoribus; unde iure dicit Hippocrates omnia die secunda fuisse laboriosa, & praesertim nil dormiuisse; & notare uoluit maxime, quod non dormiuerit, quamquam dixisset etiam in prima die fuisse uigilem, quasi tunc parum aliquid dormierit; secunda uero die nihil penitus somni habuerit; potuit etiam hoc fecisse, ut indicaret hunc morbum ante alia petiisse cerebrum, idque fuisse confirmatum quarta die quando delirauit; & aduertendum est in antecedente historia similiter uoluisse Hippocr. adnotare quod in prima die fuisset uigil, secunda nil dormiuisse, quasi mirum & notabile sit statim secunda die in morbis amitti somnum.

TERTIA. Disputant aliqui utrum legendum sit *ιδιοχρόαν* & *ιδιοχρόα* & postremam hanc lectionem alteri receptiori conantur praesferre quod sit familiaris magis Hippocr. & quod aquae nullus sit color, sed quamquam non distitit apud Hipp. non rare haberi similem uocem quae significat bilem aquositate commixtam, atque hanc etiam uideatur magis probare Galenus tertio, in tertium Epid. contex. 72. attamen, & Hippocrates, saepe mentionem facit urinarum colore, & substantia aquam referentium, quas Celsus uocat perliquidas, & Herodianus *ιδιοχρόα* & *ιδιοχρόα* id est aquae colorem referentia uidetur interpretari; neque ualet quod aquae nullus dicitur color, quia sicut dicitur aqua *αδρω* sine ullo sapore, cū tamen habeat proprium, qui passim uulgo dicitur aqueus. sic dicitur sine colore; cū tamen habeat proprium quēdam. Verum siue hoc, siue illo modo legatur, haud multum interest; possunt enim alui excrementa exiisse aquosa, hoc est quodammodo, & substantia, & colore aquam referentia; possunt similiter profluxisse aquabiliosa, hoc est aquositate, & bile commixta, uel biliosa, sed

instar aquae tenuia; atque fusa, quae illud praecipuum habebant, quod facilliter inter exeundum ab aegrotante ferebantur; erat autem iuxta Hippocr. tertio aphor. hoc signum ea quae debebant, scilicet tenues & biliosos, ac putridos humores euacuari, a quibus febris ardens, & acuta producebatur.

QVARTA. Cum, ut dicebam, proposita aegritudo exacerbationes haberet paribus diebus, merito quarta dies fuit satis grauis, nempe quia urina non laudabilis apparuit; nullus sudor factus est; & nocte delirauit, urina fuit tenuis, pauca, & cum sublimamento eleuato; fuit enim tenuis, & pauca, quia praeter morbi cruditate alius quoque fusa erat, nempe quam dixit tertia die, & sequentibus biliosa fuisse, ad haec enaeorema illud eleuatum, ut dicit Galenus statim indicabat ex sua natura non delirium, siquidem ubi nebulae priuantur flatu, qui ipsas sursum sustineat, in fundum labuntur, neque Hippocr. in progn. ubi loquitur de urinis haudquaquam futuri delirii signū esse docuit huiusmodi sublimamentum sed eur Hippocrates adnotauit non habuisse subseditiam, quod soepe etiam in aliis aegris facit; cū tamen haud operae precium sit ea quae non contigerunt enarrare, alioquin immensum nimis opus fuisset. Respondendum est hoc fere tantum de sudore, & de sedimento adnotare consueuisse Hippocr. quando uerisimile, & potuisse alterum contingere, nam interdum usu uenit ut urinae habeant praeter nubecula, etiam aliquid in fundo, uel quod est in summo paullo post in fundum tendat, quorum neutrum ad fuisse huic aegrae placuit sibi adnotare, ut indicaret uere eam fuisse tenuem, atque cruda. Verum quod delirauerit, non fuit ita mirum, quia antecedentes illae, & continua tae uigiliae, linguae prauitas, & urinae tenuitas praedicere poterant futurum esse eiusmodi motum ob calorem, & siccitatem cerebri a uigilia indicatam, & ob materiae ad superiora motum.

SEXTA. Non nominat quintam, uel quia non uisitauit ea die aegram, uel quia nil obseruatum dignum contigit. Sed uere dicit Galenus hoc mirum fuisse, quod sexta die facta sit iudicatio, atque ea satis felix per sanguinis & naribus fluxum, & per uersalem sudorem, quandoquidem hac die tyranni ca nil gratum & securum fieri consueuit. Fuit ergo sanguinis fluxus largus, & multus: hoc est copiosus, & multitudine, & duratione; quod enim ab hac parte fluxerit sanguis, (quod Plinius soli homini contingere scribit libro undecimo cap. 38.) est quia in ardentibus feruet sanguis biliosus, qui facile sursum latus per uias naturae ipsi magis dilectas euacuat; fuit uero copiosus quoniam, ut statui, menses tardauerant uirgini, & forsitan per se fluebant, cum Hipp. dicat mulieri si menses deficiant bonum esse sanguinis e naribus fluxum quinto aphor. trigesimo tertio & hoc forte significare uoluit Hippocrates hinc uerbis (tunc primum menses fluxerant) ac propterea cum latus fuit copiosus sanguis, qui prius in carcere rupta, excludi coepit, & supra, & infra copiosus erupit, quo factum est, ut secuta sit egregia atque felix in die sexta iudicatio praeter uisum etiam a febre ex toto liberata quomodo uero similis factus sit

fit sudor calidus, & uniuersalis in tanta sanguinis profusione, haud ita facile est definire, nisi dicamus hoc quoque febribus ardentibus esse familiare, ut iudicentur sudore, quod tanto minus admirabile fuit in hac uragine, in qua multum feri exuberasse docuerunt illa aquosa excrementa, quae tertia die apparuerunt; esse uero sudorem bonum, qui è toto corpore calidus fertur, iam in prognos. abundè mon strauit Hippocr. sed dicit aliquis quae fuit causa, quamobrem futurū adeo copiosum sudorem, haudquaquam rigor, ut consueuit, sed horror antecessit, Aliqui coxtextus & interpretes uocem *πῶς* coniungunt cum subsequente *ἐπιζῶσα* quasi dicat Hippocrates cum multum horruisset; sed si uox coniungatur antecedenti, ut in pluribus est, puto fuisse quia maior portio humoris illius bilioli, & acris, a quo fit rigor una cum sanguine ferebatur, tum ad nares, tum ad uterum, tum etiā ad aluum, per quas uias etiam euacuata fuit.

IN FEBRIBVS. Quod alias facere consueuit Hippocr. id nunc quoque facit, ut post narrationem symptomatum dierum singulorum aliqua cōmunia ponat. Atque illud primum est, quod in febribus ipsis; atque etiam iis iudicatis, & finitis menstrua fluebant; quodque tunc primum inchoarat quoniam uirgo erat. Casus huiusmodi, (ni fallor) erat, non quod continuo, dum febre laborauerit, menstruas purgationes haberet, alioquin quomodo potuisset in sexta iudicari per largam sanguinis profusionem; sed quod ubi febris exacerbatur tunc potissimum effluebat sanguis, & iure dixit, in febribus, quoniam uis ipsa febrium erat, qua sanguis ardentior factus magis ad siti expulsionem naturam incitabat; praeterquam quod puto hanc fuisse potissimam causam, cur menses qui alioquin tardauerant tunc primum coeperint effluere imperu; febris ipsius prouocati, & propterea paulatim nec copiosi proueunt. Sed dicit aliquis cur Hippoc. (Virgo enim erat?) Puto addidisse, quia non inconuenit, ut aliqua simul deflorata sit, & nihilominus careat menstruis, quandoquidem ut testatur Arist. repertae sunt etiam aliquae, quae licet usae sint uiro, haud tamen unquam menstrua habuerunt; imo uero etiam absque iis conceperunt, & pepererunt. Cur porro haec uirgo post iudicationem quoque habuerit ea, & post largam è naribus sanguinis effluxionem, exitimo triplicem fuisse causam, copiam sanguinis diu collecti, & retenti; exitum non confertim, sed paulatim factum; ac postremo lubricitatem aliquam in ipsis uasis relictam; sit enim interdum, ut post uiolentam, & assiduam aliquam excretionem uasa per aliquod tempus lubrica, & hiantia remaneant, sicque sanguis diu sponte profluat, quod pariter intestinis post longam, & largam aliquam euacuationem contingere quotidie obseruamus.

ERAT AVTEM. Quod praeterea huic uirgini perpetuo affuit in morbo, erat anxietudo, atque horror, nec non facies, & oculorum dolor, simulque capitis grauitas, quae symptomata non tam sequebantur ipsis febribus, & humorum peccantium naturam, quam mensurorum non iuges, sed exiguas, & interpollatas excretiones: scimus, n. maiorū mulierū

A partem dum purgantur nec multum, affici capitis grauitate, praefertuntque iis, & uultum & oculos alterari, ut docent maculae, quae subtrus oculos tunc conspiciuntur; imo hac etiam ratione menstruatae mulieres solent specula commaculare; ut Arist. mon strat lib. de sens. & sens. & in probl. quod potissimum ab ipsarum oculis exeant inquinamenta, quae speculis adhaerentia turpitudinem, & obscuritatem iis inducunt; quae omnia etiam ab Hippocr. secundo Epid. sect. tertia. commemorantur, tanquam fiant fluentibus mensibus maximè in uirginibus, & cum primum fluere inchoant. Cur autem maximè haec contingant circa caput, & faciem est, tum consensus uteri per neruos cum parte capitis antica commemoratus ab Hippocr. & a Gal. sexto Epid. sect. prima. tex. secundo tum praefertim, quia ubi fit in toto corpore agitatio, facilius coeteris membris, ut dicit Hippocr. quarto de morb. caput ipsum recipit, ut uidemus fumos ad tectum suapte sponte ascendere, ubi ignis fit. Haec autem omnia, quae contingebant circa caput, oculos, & uultum erāt satis clara in dicia futuri sanguinis è naribus fluxus; quem dicit Hippocr. quinto aphor. trigesimalotertio. optimum esse ubi menses deficiunt; uel, ut ego addo, immuniti sunt.

HVIC NON REDII. Quamquam solutio huius morbi facta esset per insignes, atque probatas euacuationes; nihilominus aberat praecipuum signum, nempe coctio; dicit autem Hippocr. secundo Epid. quae disparent sine signo esse infida, & *φλυπώσθησα*, id est solere recidiuare; unde debebat hic morbus reuerti, cumque hoc non contigerit, tanquam rarum quid Hippocr. uoluit adnotare; sicut etiam quod absoluta, atque secura iudicatio facta sit in diebus paribus etiam fiebat exacerbationes: etenim si uideatur Galenus primo de dieb. decret. cap. quarto, & quinto uix dici potest quam periculosa, & exitiosa, & incerta, & nullo modo secura faciat sextae diei iudicatione. Modo aliquid proponatur de curatione, quam uerisimile est sibi fuisse adhibitam; cumque constet hanc uirginem statim laborasse febre ardente operae precium est credere statim quoque fuisse propositum tenuissimum uictum, ptisanam, aquam, uel succum granatorum, aut quippiam aliud simile, quod moderatè alere, neque onerare possit; De operatione chirurgica non puto quicquam medicum cogitasse, cum Hippocr. in fine historiae dicat aegrae ab initio morbi fluxisse menstruas purgationes, quae in uirgine debebant forsitan esse parciores iusto, & maximè si tardiusculae, ut reor, fuerint; quo in casu haud ab re fuisset pertundere unam poplitis, uel tali, uti frictionibus ligaturis cucurbitulis scarificatis cruribus, aut prope pectinem non scarificatis. De parte uero pharmaceutica in qua dicebat Corn. Cel. initio libri septimi fortunam sibi multum uendicare, ita incedendum fuisse arbitror, ut prima die nisi aluus sponte fluxisset ea moueri deberit, aut clystere, aut aliquo subductorio medicamento & forsitan factum est, usu clysteris inuitata natura profuderit die tertia multa aquosa, atque biliosa. De reliquis habuimus in alia historia statim in febre ardente aquam

frigidam

frigidam exhibitam maximè contulisse, qua de re tunc multa diximus, & aliqua repetentur ubi opus fuerit. At qui dubium est an fuerit usurpatum hoc in casu remedium; siquidem ex una parte Hippocr. nil meminit, ut tunc fecit; ex alia parte & alui fluor tertia die, & salus sexta secura testari possunt initio simile subsidium fuisse suppeditatum, postquam tamen febris ipsius natura, quam sitis, linguae ariditas, adolefcentia, aliaque plurima partim exigere, partim lemittere uidebantur, id saltem debuit fieri, ut statim coctioni humorum studeretur, simulque putredini, & prauitati obliteretur, tum decoctis accommodatis, atque saepius commemoratis, tum confessionibus nctionibus, profusionibus, aliisque externis, atque internis auxiliis, praefertim circa os uentriculi, quod fuisse non parum uiolatum ostenderit illae frequentes anxietates. Coeterum quacri possit, cum dicat Hippocr. etiam post iudicationem

A perrexisse mensum fluxiones, utrum circa illas fuisset quicquam curandum; qua de re ita censo fuisse deliberandum, ut si fluentibus ipsis corpus alioquin in sanitate proficeret; nil planè innouaretur; sed id totum ipsi naturae permitteretur: sin autem parcius prodisset, iuribus aliquibus ex cicere rubro, radice petroselinij, et tythrodani, folijs cap. uen. ad haec frictionibus affiduis erat auxiliandum, quemadmodum ipsis largè exeuntibus, simulque corpore elanguescente fuisset cucurbitulis mammas adhibitis, partium superiorum frictionibus, & ligaturis cibis, atque potibus non nihil adstringentibus; & in crassantibus agendum, cuiusmodi est pro potu subastringens uinum, & aqua chalybeata, cibi similiter in aqua chalybeata cocti cum portulaca; oxalide, plantagine, polygono, fercula ex farre, oryza, pane trito, aliaque similia.

## HISTORIA TRIGESIMANONA.

**A**POLLONIVS in Abderis erectus degens morbum ferebat tempore multo: erat autem magni lienis: & circa iecur assiduus dolor tempore multo perseuerabat; atque tunc ieterius euaserat: flatulentus, calor subalbi: edens autem, & bibens intempestiuus bubulam, calefactus est aliquantum primo: decubuit; lactibus uero cum esset usus coctis, & crudis multis, caprillis, & ouillis, & uictus ratione praua: omnium laesiones magnae: etenim febres exacerbatae sunt: uenter assumptorum nihil reddidit dignum effatu: urinae, & tenues, & paucae prodibant; somni non aderant: inflatio mala: multa sitis, comatosus: hypochondrii dexteri eleuatio cum dolore: extrema ubique sub frigida: parum obloquebatur obliuio omnium, quae diceret: mente errabat: circa uero DECIMAM QVARTAM aqua cum riguisset, recalefactus est; decubuit, & furore tentatus est. clamor, tumultus: sermones multi, & rursus quies; & sopor tunc inuasit: post haec autem aluus turbata multis, biliosis, sinceris, crudis: urinae nigrae, paucae tenues multa ferendi morbi, difficultas deiectiones uario modo: uel enim nigrae, & paucae, & uirulentae: uel pingues, & crudae, & mordaces: secundum autem tempora uisus est & lactea reddere; circa uero VIGESIMAM QVARTAM placatio: alia quidem in iisdem; parum autem ad mentem rediit: ex quo uero decubuit, nullius recordatus est: rursus autem cito mente errauit: mouebantur cuncta ad deterius. circa uero TRIGESIMAM febris acuta: deiectiones multae; tenues: delirium: extrema frigida: sine uoce: TRIGESIMA QVARTA extinctus est: huic usque in fine. ex quo, & ego uidi: aluus turbata: urinae tenues, nigrae: comatosus: uigil: extrema frigida: delirium usque in finem Phreniticus.



**POLLONIVS IN ABDERIS.** Id uidetur quasi fatale in hisce commentariis fuisse Galeno, ut quo magis Hippocrates longus est in enarranda historia, eo sit ipse breuior in exponen-

C da, quemadmodum in praesenti clarissime conspici tur, ubi cum Hippocrates fulissimè Apollonii Abderitani casum enarrat ipse tamen Gal. nil aliud dicit, quam Hippocratem more solito in fine historiae summam quaedam symptomata continua proponere,

76. 763°



nere, ex quibus facile potuerit unusquisque sagax. medicus praecognoscere futuram mortē, quasi uero caetera sint satis perspicua; & quamquam uerissimū id sit, nihilominus multas & magnas habet speculationes, quas minime praetermittere oportet. Hippocrates uitalle hunc aegrotantem ipsemet in fine historiae significat. atque non est ita certum, quot diebus, & quando primum uitalauerit; etenim licet non ita commemoret, quae contigerunt ante decimam quartam attamen meminit duntaxat decimae quartae, vigesima quartae atque trigesima quartae ex quo possit quispiam suspicari hūc potissimum diebus illum uitalle; uerum illud, quod ipsemet narrat est scilicet ex quo accessit ad uidentum aegrotantem uaria, & graua symptomata habuisse, quae sint morbi initio haudquaquam apparuerunt; neque fieri potest ut semper affuerint; praeterea dicit ex quo uidit eum semper fuisse phreniticum; est autem uera phrenitis morbus acutissimus ita ut celerimē, & ad summum septima die interimat; ut hac ratione potius existimandum sit Hippocrate fuisse uocatum circa aegritudinis finem, & propterea quicquid de aliis antecedentibus diebus adnotauit audiuisse ab adstantibus, nisi potius dicere placeat Hippocrate hic pro phrenitide more suo intelligere graue delirium, non tamen ueram phrenitidem; ac ipsum fuisse uocatum primum decima quarta die quando coepit immanius insanire, cum antea leuiter tantum delirasset. Sed de his suo loco iterum dicam; nunc tempus est ad historiae examen succedere, & primum de nomine, & patria nil dicere necesse est; tum qui alius contigit nobis de Abdera sermone facere; tum quia haud licet facilliter diuinari, quis hic fuerit Apollonius, cum fuerint eius nominis plurimi apud omnes, & in omni aetate; Apollonius itaque, ut ego puto, uir aetatis mediae a natura non admodum recte constitutus priusquam in febrem incidere diu causarius fuit, at que adeo, ut uix sese fulcitare atque erectus ambulare possēt; id enim significat apud Hippocratem uerbum *ὀσφύρειν*. Huiusce autem incidendi, & operandi imbecillitas causa erat, quod magna uiscera habebat, asiduo circa iecur dolebat, tum ictericus, flatuosus, atque coloris albi erat. Hic ergo fuit status Apollonii Abderitani multo tempore antequam aegrotauerit; & appellauit ipsum causarium, quod ueteres ut docui in uariis lectionibus sic uocarent eos, qui causas morbi intus gestabant, potiusque male, quam bene ualentes erant. Porro qui essent uocati *μεγαλοσπλάγνοι* apud Hippocrate (appellatio Hippocrati satis uisitata) docent Erotianus, & Galenus plerisque in locis potissimum autem septima die nāt. aut. nōno ubi colligitur ueteres uocasse *μεγαλοσπλάγνους* eos, qui a natura habent magna uiscera scilicet pulmones, iecur, splenem, ut Euripides dixit *μεγαλοσπλάγνους*. Medicos uero sic nuncupasse, eos qui habent morbo quopiam, nempe inflammatione, uel oedemate, uel scyrro uiscera tumentia, quemadmodum Paul. Aegin. libro primo c. 96. sic uidetur appellasse eos, qui magna uiscera, ac tumoribus suscipiendis obnoxia habent; ceterum hoc in loco utro modo locutus sit Hippocrates dubitari

A possit; nisi sequentia uerba satis clare ostenderent Apollonium potuisse quidem, & a natura habuisse iecur, atque splenem magnum; uerum tunc fuisse etiam praeternaturam secundum illa affectum scilicet obstructionibus, ac tumore laborasse, nondum tamen inflammatione, quando nec adhuc febricitabat. Cur autem Apollonium haberet ampla, & tumentia uiscera, nihilominus asiduo dolebat tantum circa iecur, causa fuit, tum quia suapte natura splen, ac pulmones minus subiciuntur doloribus, quam iecur ob propriam ipsorum constitutionem; tum maxime qui erat maior iocinoris tumor ob retentam in ipso bilem; unde tam humoris acrimonia, quam distensione ligamentorum, in ducebatur dolor; causa uero propter quam in uiscerum magnitudinem praeternaturalem & morbosam incidit, existimo fuisse, quod praua uiuenti ratione uteretur, & praesertim multo ac prauo potu aquae Abderitanae, nec non cibis crassioribus, qualis caro bubula; si enim ut uidebitur Hippo. dicit hunc incidisse in febrem ob similem deterrimum uictum, uerisimile quoque est ab eadem causa ante febrem male ualuisse. Scribit in quadam Epistola Brutus sese ubi in Insulam Lemnum contulisset, ibi reperisse cunctos male coloratos, quod non ob aliud, quam ob pisanacae aquae uitium contingebat; describit & Hippocrates libro de intern. aff. quendam hepatis affectum ex carnis bubulae esu natum, & uini potu.

C ET TVNC ICTERICVS. Praeter asiduum iocinoris dolorem habebat Apollonius alia tria mala priusquam febricitaret; icteritiam, flatuositatem, & leucophlegmatiam appellatam. Icteritia est color totius corporis deprauatus ob effusionem bilis in uniuersum eius ambitum; effunditur autem uel quia copiosa generatur, uel quia non attrahitur a cysti fellis, uel quia attracta impeditur, quo minus, ut a natura constitutum est, in intestina transeat in Apollonio fiebat icteritia, quantum coniecere licet, non tam quod copiosa bilis gigneretur, quam quod ob iocinoris obstructionem, atque etiam ipsius uiscerale haudquaquam attrahebatur; fiebant uero obstructiones a crassis, & uiscidis humoribus cumulatibus ob prauam uictus rationem praesertim ob aquae crudioris potum, atque bubulae carnis esum. Verum illud non exigua dubitatione dignum, quomodo hic aeger simul ictericus, & flatuosus esset, quoniam ut scribit Hippocr. quinto aphor. ultimo. icterici non sunt admodum uentososi praeterquam quod icteritia fit ab humoribus calidis, status uero a frigidis. Ad quod respondere potest dupliciter uno modo, quemadmodum Gal. in aphorismis illius commentario docet, scilicet Hippocr. duabus dictionibus usum esse, ferē, & non admodum, ut interrumperet perpetuitatem aphorismi, quasi fiat quidem, ut simul quispiam sit auriginosus, & uentosus, sed raro, sicuti raro contingit in auriginosis partes ad uentrem attinentes esse imbecillas. Vel responderi potest ictericos factos ob copiam bilis non fieri uentosos; sed illos tantummodo qui tales euadunt ob humores crassos, & crudos obstruentes iecur, & uisculam, ex quibus pariter ratione

ratione imbecillitatis caloris eleuatur flatus qui retenti in hypochondriis inducunt tensionem illam, quam uocant medici *ἐμπνευματόσιον*, seu inflatōnem. De leucophlegmatia, quae est & ipsa symptomata in genere affectum mutatorum idem prope dicendum est; factam eam fuisse ob aquosum languorem, ut dicebat Horatius, seu ob pituitosum sanguinem in uniuersum corpus distributum, tam in uenas, quā in spacia carniū, qui similiter in Apollonio generabatur, eo quod natiuus calor, qui est succorum uerus author ualdē esset hebetatus, tum a calore praeter naturali, tum ob uesitam perspirationem ex obstructionibus enatam; quamquam haud simpliciter dicit Hipp. Apollonium fuisse album, sed fulbum, & Hippocr. secundo Epid. in fine prima sect. inquit ictericorum ex iocinorum colorem ad subalbidum uergere, quemadmodum & ij, qui pituita alba laborant.

E DENS A VTEM & BIBENS. In sanis corporibus comedere, atque bibere *ἀκαποτέρος*. id est in tempestiue semper damnosum est, multo magis in corporibus causariis. Atqui Apollonius non tantum in hoc peccabat, ut praeter tempus, & copiosius; quam par esset, ederet, uerum etiam carnē bubulam edebat: Hippocr. enim libro secundo de dietate dicebat carnes bubulae esse robustas, alium sistere, & aegrē in uentre coqui; propterea quod crassi & multi sanguinis huiusmodi animal est, & Gal. tertio de fac. alim. dicebat carnem bubulam praeter multas alias noxas lienis tumores, & hydrophas facere; ut iure dixerim huiusmodi uictu a principio Apollonium contraxisse malum illum in uisceribus habitum; nam ut retro dicebam Hipp. in libro quoque de interna. pass. sermone habens de quodam morbo hepatico, in quo dolor hepatis urget, & color fit ueluti malicorii eum scribit in aestate fieri, ex carnis bubulae esu, & nimio potu uini. Itaque factum est, ut cum esset Apollonius iam male affectus, & prauo uictu uteretur tandem incidere in febrem, atque ita decumberet fit coactus. Est autem facta febris, atque ea leuis primum & exigua, quoniam a crassitie, & duritie carnis bubulae sunt auctae obstructiones, & consequenter calor praeternaturalis, qui tandem cordi communicatus febrem peperit, & sic decumberē coactus est, neque uictibus amplius inualidis uiribus corporis onus erectū sustinere.

LACTIBVS AVTEM. Certē aeger hic in temperatissimus esse debebat, ut sunt complures, postquam non solum sanus, uerum etiam aeger maxime in uictu delinquebat; nam non defuit qui abutentes sanitatis beneficio passim errant; sed tempore aegritudinis sese prouident regunt; sunt rursus, qui omni tempore uiuere uolunt liberē, atque hos dicebat Galenus libro de cur. rat. pet. san. miss. non esse medicandos, & certē fuissent medici, qui protinus Apollonium deseruissent; nam in febre utebatur lacte, quod Hippocrates secundo aphorism. adeo damnat; utebatur cocto, crudo, & copioso; utebatur quoque caprillo, & ouillo, perinde ac faciat bubulci, & pastores; unde infignes secutae sunt laesiones; etenim usus copiosus

A lactis obstructiones auget, uarietas similiter illius scilicet modo crudi, modo cocti, modo huius, modo illius animalis non exiguum nocuummentum affert, sicut faciunt cuncta edulia uaria: At simul assis, dicit Horatius, misceueris elixa, simul conchilia tridis &c. neque ualeat Pytolem quodam medicum quinto & septimo Epid. commemoratum lac aegrotantibus concessisse, quia ualida aqua miscebat, & forsitan nocebat, ob quod fuit id adnotatum, tanquam res praeter rationem.

B FEBRES SVNT EXACERBATAE. Cum dixisset Hippocrates magnas laesiones esse ortas usu lactis, explicatur deinde, quae fuerint insigniores aut primum febres fuisse exacerbatas; tria enim habebat, quae omnino lactis usum utebant ut docet Hippocrates quinto aph. 64. primum erat febriculosus, deinde habebat tumida, & eleuata uiscera, postremo habebat murmurantia hypochondria cum esset flatuosus; si igitur Hippocrates praecipit Medico, ut nullo pacto in his calibus lac concedat, etiā si parē, & cum omni obseruatione edat, quanto grauius erratur, quando sponte aegrotantes illud sumunt, nulla habita mensurae, atque temporis ratione. Praeter febris augmentum accessit, & aliud damnū, quod alius nil effat dignum reddebat eorum, quae prius fuerant assumpta nam Galenus libro de cib. & m. sic. scribit si quispiam erret in uictu minus malum esse, ubi alius soluitur, quod corrupti cibi exeant, priusquam in uenas penetrent, ergo pessimum est, ubi illi in corpore retenti, perque uenas distributi corrumpuntur, aliique fucis corrumpendis occasione praebent.

D VRINAE TENUES. Solent aliqui ubi alius adstricta est, multum mingere, quo in casu minus quoque laeduntur; natura scilicet ea excrementa extenuante, & per urinas expurgante, ut scribit Aristoteles quarto de gen. an. in fine capituli quarti contigisse illi Perinthi uacuae, quae urina habebat oculum. Atqui Apollonius non solum ab alio, uerum etiam a uiscera reddebat pauca, eaque tenuia, & admodum cruda. Adeo enim usu pessimi uictus creuerant obstructiones, & crassi humores, ac lentis, ut obuoluti foecibus earum exitum impediunt; similiter neque uentibus illi fucis ad uelicam transire, urina tenuem, & exigua faciebant; ac propterea neque dormire poterat, flatuque retentus pessimam inflammationem, multamque sitim inducebat, scilicet ab obstructionibus acuta febris, augebat sitim; praeterquam quod impedita distributio potus, illi quoque incrementum praestabat, ut solet hydropticis contingere.

F COMATOSVS. si nulli erant somni, quomodo igitur nunc dicit ipsum fuisse comatosum; & certe qui crudis succis, & obstructionibus abundant, solent ad somnum esse ualdē propensi, ut ghires, & urfi in hieme; uerum tamen haud dormire poterat hic aeger ob febres, & sitim alioque mala: non tamen erat coma uigil, ut putarant aliqui, nisi quoque dicamus, quae hic narratur ab Hippocrate contigisse quatuordecim prioribus diebus; ac ob id potuisse facile fieri, ut aliquibus

bus dieb. nil dormiret, aliquibus uero nimis in somnum laboretur.

DEXTERI HYPOCHONDRII. Habuit Apollonius semper & iecur & lienem magnū, tumidum, sed non semper cum inflammatione dolo re: ubi autem a febre correptus est, coeperunt crudi humores una cū sanguine in iocinore feruere; quo factum est ut secuta sit illius uisceris inflammatio; cuius uera signa erant tumor, dolor, atque febris; & quia inflammata uiscera semper ad sese calorem natium ab extremis abducunt, hinc iure sequebatur, ut ubique extrema subfrigerent. Dixi namque aliās saepe illud esse proprium febrium, quae sequuntur aliter uisceris inflammationem, tum ut in iis urantur interiora, frigeant uero exteriora, tum ut incēdum cerebro communicatum faciat delirium, quod contingebat Apollonio, sed si obliuio, & memoriae laesio sequitur frigiditate, ut soepe docuit Galenus & maxime tertio de loc. aff. cap. septimo, quomodo potuit in hoc fieri obliuio omnium, qui mente alienabatur ob aestum cerebro ab icore inflammato communicatum? Ad quod respondendum est obliuionem interdum solam fieri, interdū coniungi aliis animi laesibus actionibus, sola memoriae offensio semper fit ab una immensa frigiditate, uel humiditate, quae uero coniuncta est aliis laesionibus potest etiam fieri a calore, a quo peruersum cerebri temperamentum planē cunctis illius actionibus incommodat.

CIRCA DECIMAM QVARTAM. A principio morbi non alterius, ut uisum est, diei facit mentionem Hippoc. usque ad decimam quartam eo quod non uisitauerit ipsum, nisi in decima quarta, reliqua uero antecedentia adnotauerit, ut sibi met ab aegro ipso, atque ab adstantibus refererentur; rem autem ita esse uidentur persuadere uerba, ut retro dicebam, quae in fine historiae habentur, ubi dicit ex quo ipsam uidi, quasi non uiderit ab initio. Itaque circa decimam quartam riguit, febris acuta est, decubuit, & delirium in ingenti insaniam conuersum est, si quidem clamabat, tumultuabat; multum loquebatur, rursusque sedabatur, & inter sudandum in soporem labebatur, quae omnia ideo fiebant, tum quia iocinoris inflammatio progrediebatur, tum quia caput uehementer, & ab inflammatione, & ab ingenti febre uiolatum inflammari & ipsum; ac propterea phrenitidem proximē futuram innari incipiebat. Sed illud non exiguum iniicit scrupulum, quomodo dicat Hippocr. circa decimam quartam post rigorem, & febrem decubuisse, quasi uero non ante decubuerit, cum tamen dixerit ipsum antea initio tandem decubuisse; nec postea unquam eo in statu fuerit, ut sit uerisimile ipsum surrexisse, atque erectum mansisse; Aliqui existimant legendum esse. Circa decimam quartam, ex quo decubuit, quasi uoluerit numerare decimam quartam a die decubitus ut saepe facere solet, quam responsionem haudquaquam damno; sed multo accommodatius, mihi uidetur, si particulam copulatiuam καί ante ponamus uerbo κατακλιθῆναι, ita ut tota oratio ita legatur. Circa decimam quartam ex quo post rigo-

rem incaluit, & decubuit, insanit, & quamquam antea non meminerit rigoris, par tamen est existimare prima die ante inuasionem febris riguisse, & forsitan ab Hippocrate fuit id adnotatum, sed ab exscriptoribus omisum, ut saepe contigit.

POST HAEC ALVVS. A decima quarta die usque ad uigesimam quartam nullius diei amplius explicatē meminit, quia non uisitabat nisi raro, & suspicor fuisse hunc ignobilem, postquam prauis cibis uescebatur. Varius itaque fuit in interuallo horum dierum Apollonii status; semper tamē pessimus, quando non modo principes facultates, ualde offensas habebat, uerum etiam & naturales, ut excrementa pessima ostendebant, quae tamen si profuissent, atque post graues cerebri laesiones apparerent, haud quicquam tamen conferebant. Primum autem aliis turbata est, multaque excretiones biliosas sinceras, & crudas reddidit, quas sic esse factas ob iocinoris inflammationem satis docere possunt, quae scripta reliquit Galenus octauo de compos. med. secundum loc. cap. sexto ubi de ealocuens, inter caetera similia alii excrementorum claram mentionem facit. Sed dicit aliquis flagrantē iocinorē potest quidem bilis copiosa, & sincera gigni, atque eijci. Sed quomodo possunt etiam excrementa esse cruda? Galenus loco citato id apposite satis monstrat, ubi scribit iecur aestuans attrahere quidem cibum a uentriculo; sed cum facultas ipsius coctrix labefacta sit, haudquaquam posse concoquere, ac propterea illud crudum, & corruptum ad intestina trudere adeo ut minime inconueniat icore inflammato excrementa simul biliosa; pura, atque cruda aluo reici, quemadmodum etiam interdum reiciuntur instar colliquationum biliosa, crassa, atque foetida.

VRINAE NIGRAE. Non modo praesens aeger habebat alui excrementa praua, uerum etiam urinas quippe quae erant nigrae, paucae, tenues; fiebant enim nigrae ob aduersionem, & incendium iocinoris, ubi fabricabantur; erant paucae, quia maxima pars humorum, & ichorum ad intestina declinabatur; nam haud possunt, nisi raro duae copiosae euacuationes fieri, & praesertim excrementorum alimenti, ut iure dixerit Hipp. quarto aph. ultimo. mictum noctu plurimum paruū deiectionem significare, quando quidem, & ibidem notat Gal. distributo potu per unam partem haudquaquam suppetit, & distributioni per alteram. Vnde ubi placet aluum siccam mollire, multum potus exhibemus, ut ea mole potius ad intestina, quam ad uesicam prorumpat; sic quando nimis mollem siccare cupimus parum potus praebemus, quo non ad intestina, sed ad uesicam defleat.

MVLTA DIFFICVLITAS INTOLERANDO MORBO. Cur hanc particulam hoc in loco inter excrementa potuerit Hipp. haud satis uideo, & certe iurare fuisse a scriptoribus transpositam, locarique debere retro post uocem παραχρῆν, perinde ac si diceret, magram turbationem, & magnam inquietudinem habuisse; uerum haud multum hoc refert; illud sane certum est multum

eam illam in ferendo morbo molestiam ab ingenti febrili incendio originem habuisse, simulque a uiribus, quae iam incipiebant uehementer laborare, ut declararunt, quae post sunt secuta.

EXCRETIONES VARIAE. Quod male interposita sit antedicta particula, & haec at restantur, quae uidentur continuare excrementorum mutatorum enarrationem. Quod autem dicit est; excretiones alui uarias fuisse, nempe quae interdum erant nigrae, & paucae, aut aerugineae, interdum pingues & crudae, & mordaces; Aliquibus etiam temporibus uidebatur lactea: quod enim essent nigrae, & paruae, uel aerugineae fiebat tum ob uehementiam febris; tum ob mixturem atri humoris cum succo crudo simul ambobus putrescentibus; quod pariter fierent pingues, crudae, & mordaces nascebatur ab iocinoris inflammatione, in qua similes fieri excretiones dicit Gal. octauo Med. loc. sexto imo uerisimile est fuisse quoque; foetidas, & si non dicat Hippocrates quoniam ubi haec tres conditiones contingunt simul cruditas, pinguedo & mordacitas significant ingentem putredinem, & consequenter ingentem foetorem, quem esse, perpetuum putredinis comitem dixit quoque Galenus quinto de simpl. med. cap. 15. Coeterum quomodo fierent lacteae non ita perspectum est, cum non sit alibi apud Hippocratem reperire hanc uocem, nisi dicamus eas ita appellatas quae non calidae erant, sed instar lactis egelidae ac tepentes, sic Crat. Aurel. libro quarto dicit cap. tertio sic Aetius lib. 3. cap. 170. uocant aquam tepidam γαλακτάδην, & certe in pestiferis febribus solent, quae aluo exeunt tepere plerumque. Vel dicere possumus uocasse Hippocratem lacteas, excretiones, quae ob excoctam pituitam colore lactis referantur; aut quod essent admodum albae, nam ἐλευκλαί, & λευκλαί διαχρονίως Hippocr. in Coacis saepe numero damnauit; quamquā quod dicitur aliqui non est absonum, nempe fuisse lacteas eo quod aeger fuerit usus etiam in aegritudine multo atque uario lacte sic enim uidemus quotidie utentes multo lacte facere albas foeces, ut pueri solent, quod quoque ictericis aliquibus contingere exploratum habetur.

CIRCA AVTEM. Dixi saepe, & uerissime dixi, quos aegros Hippocr. non uisitabat quotidie eos saltem uisitare consueuisse diebus uel decretoriis, uel indicatoriis unde cum uisitasset hūc decima quarta uoluit etiam uigesima quarta id agere; & aequum esse existimare cognouisse Apollonium, nō ita cito fuisse peritum propter aetatem, quae erat circa iuuentutem, nec non propter uirium robur; dicit ergo circa uigesimam quartam διαπαρηγορηθῆναι, quae dictio, & quis loquendi modus haudquaquam soler esse Hippocr. uisitatus, & propterea ualde haereo an sit Hipp. nihilominus, quia omnes contextus habent, possumus dicere Hip. uoluisse dicere, quod circa ipsam uigesimam quartam non nihil leuaminis apparuerit, quia & si caetera ipsius eodem pacto sese haberent, nihilominus haud ita immaniter insaniebat; sed aliquantisper intelligebat, & sapiebat. Ad illud notatu dignum est, quod scribit, ex quo decubuit, semper illum fuisse immemorem, ita ut nul-

lius rei recordaretur, quod certe non est ita hecco pe de pertranscendū, quoniam si erat memoria deperdita, atque haec ut retro diximus fit a frigida cerebri intemperie; quo pacto potuit tanta in febre ardente esse cerebri frigiditas, ut potuerit permanentem adeo obliuionem producere? Alias respondi similibus obiectionibus memoriam, ubi sola laeditur semper a frigido immenso & interdum ab humido laedi, at ubi cum aliis cerebri functionibus uiolatur posse etiam a calidis causis offendi, atque hoc uerissimum est: attamen in praesenti casu possumus etiam respondere Apollonum haud meminisse, quod etiam ante morbum imbecillam memoriam haberet ob graues in uictu errores, & praesertim immodicum lactis usum, quo nimis humectatum cerebrū haud solet phantasmata retinere; quod etiā facit non minus immoderatus potus, ut propterea ebrioli omnes, & qui uino dediti sunt obliuiofi, fiant; quem admodum & Arist. & Plutarchus perhibent; nec ualet quod Hippocrates dicat fuisse obliuiofum tantummodo ex quo decubuit, non autem ante decubitū quoniam id intelligendum est de ablata memoria, non autem de imminuta, solet enim memoria primum diminui, deinde auferri tam sanitatis quam aegritudinis tempore; Licet etiam dicere id Apollonio contigisse quod solet euenire plerique lethali- ter aegrotantibus, ut omnium rerum sibi antea optatarum, & charissimarum obliuiscantur, quod quidem exitialisimum signum est, quoniam, ut ex Hippocrate & Plat. probat Galenus libro de plac. Hippocratis & Plat. nil efficacius est ad probandum praesentem aegrotantis statum, quam similitudo, uel dissimilitudo sui ipsius. Vbi enim inquit οὐδὲν εἰρησθῆναι, si intelligamus nullius personae, uel suorū, certe res clara, & accomodata uisuerit.

R VRSVM CELERITER DESIPIE- B A T. Haec pars uidetur coniungenda cum ea ubi dicitur σμικρὰ δὲ κατὰ νοῦν, id est parum autem respicit, quam dicat Hippocr. aegrum parum interdum respicisse, & quod rursum celeriter desipuisse; unde ante cedens particula memoriae deperditae, uel est huic subiungenda; uel tanquam parenthesis legenda, illud sane ferri non potest, neque accommo dari, quod nonnulli interpretes habent, qui loco παραρρησθῆναι desipiebat, legendū putarunt κατὰ νοῦν seu respicere; est. n. uera prior, & germana lectio, & uulgata, at parum refert siue παρρησθῆναι, celeriter, siue ἐπαρρησθῆναι, breuiter ut aliqui habent, legamus, cum perinde sit: Est autem sententia Hipp. uariū fuisse aegrotantis statum circa mentis operationes, quia semper immemor erat, sed interdū respicerebat; interdū uero paulo post insaniebat; adeo ut breuia, nec admodū lucida essent mētis interualla, ac propterea in deterius cuncte rueret, profligatis. s. iam ab atrocitate, & diuturnitate morbi omnibus penē facultatibus, atque uiribus. CIRCA AVTEM TRIGESIMAM. Cornarius, & alii contextus hic habent symptomata trigesima quibus caret contextus Gal. & aliorum aliorum, apud quos statim post antedicta legitur Apolloniū trigesima quarta mortuum esse, tanquam Hippocrates, ut dixi non affuerit, nisi haec die post uigesimam quartam, & ob id nil adnotauerit; quoniam

quoniam uero quae referuntur de tertia rationi admodum sunt consentanea, nos quoque illa proponemus: sunt autem haec nempe circa trigessimam febrem fuisse acutam, hoc est maximè creuisse, secessus fuisse copiosos, ac tenues, delirasse, extrema frigidissimè, & miserum Apollonium uoce fuisse destitutum. Quod spectat ad febrem, acuta est, quoniam natura extremum conatum aduersus uim morbi factura; nouae humorum turbationi, nouaeque putredini occasionem praebuit; unde etiam prauos humores, atque tenues, & biliolos ad aluum depulit; hincque delirium auertit, & extrema frigiditas facta scilicet partim calore nativo imminuto, partim ad interna contracto, ut non immerito uis quoque animalis penitus profligata haudquaquam sufficere potuerit uoci faciendae; & mirum sit a trigesima usque ad trigessimam quartam, in qua fato functus, est potuisse cum tot deterrimis symptomatibus superare. At quia iuuenis erat forsitan, atque robustissimis uiribus usque ad trigessimam quartam indicatoriam, & a vigesima octaua per coniunctionem septimam, prorogauit uitam; & credibile est genus mortis fuisse per suffocationem, cum obierit phreniticus, ut ipsemet Hippocrates testatur, ac phrenitici omnes sic perant facultate animali thoracem a tollere nequeunt.

**HVIC SEMPER.** Quod scribit Hippocrates est semper huic ex quo tempore ipsius res sciuit fuisse aluum turbatum, urinas tenues, & nigras, ipsumque comatosum, uigilemque, extitisse, frigidam extrema habuisse, semper delirasse, atque phreniticum fuisse. Circa haec uero illud primo disquirendum est, an uiderit Hippocrates Apollonium, an uero res ipsas tantum, relationibus aliorum intellexerit. Etenim si uerbi uim (*videtur*) expendamus haudquaquam uidere, sed cognoscere significat; attamen puto ego posse etiam eiusmodi particulam significare illam cognitionem, quae comparatur sensuum operi; illud bene uerum est, ut dixi, raro eum uisitasse, atque tunc singula enarrata aequo dierum discretionem ab assistentibus intellexisse, & adnotasse; quod uero semper aluum turbatum habuerit factum puto ob laetum importunum usum, quod in febribus putridis putrefactam acrimoniam acquirit, & consequenter intestina stimulant ipsorum expulsiuum facultatem ad excernendum se ipsum incitat: Indeficiens urinarum tenuitas perpetuam cruditatem significat, ut minime mirum sit haudquaquam sibi profuisse largam illam alui excretionem, quae circa trigessimam ipsi contigit. Coeterum dubitari potest quomodo dixerit Hipp. hunc aegrum fuisse comatosum, & uigilem, nam quod semper uigili illo comate toties ab Hippocrate & Galeno commemorata tanto tempore laborauerit, uix credi potest: Aliud est dubium quomodo nigrae urinae potuerint tandiu perseverare. Ad primum puto partem hanc sic esse interpretandam tanquam Apollonium toto tempore ex quo ipsum uidit, Hippocrates id habuerit, ut modo in somnum ualde propensus esset, modo uigilaret, prout scilicet uapores crassi, & humidi in cerebrum lati uel perseverabant, uel dissipabantur: coeterum ab Hipp. non esse usum initio

aegrotantem praeter coetera ex hoc potest colligi, quod initio dicit aluum nihil effatu dignum reddidisse: in fine autem dicit ex quo ipsum cognouit, & uidit habuisse aluum turbatum. Ad secundum de nigredine urinae dicendum est appellari saepe numero ab Hipp. nigram urinam, quae claris contraria, & obscura est, cuiusmodi in febribus solent non raro conspici, & perdurare, sicut rarissimè uera nigredo in iis spectatur. De delirio quod scribit ei perpetuum fuisse, sanè etiam ante decimam coepit mente moueri, atque obliuiosus esse. Verum circa decimam quartam, *et quatuordecim*, seu uehementer insanit, siquidem ab eo tempore sumendum est phrenitidis uerae initium planè esset necesse ipsum uiginti diebus, in uera phrenitide perdurasse, quod si uerum fuit admirabile certe est, ac ob id forsitan ab Hipp. propositus est casus, & in fine ad posita uocula illa *peruicacissimus*: alioquin uera phrenitis quae est membranarum cerebri inflammatio, quomodo posset tam longè protrahi? nam si ex pura bile fiat phrenitis, siue a sanguine, & bile, semper cito interimit. Curatio qualis fuerit, aut qualis esse debuerit, ex perspecta ipsius morbi, & aegrotantis natura conici potest; erat aeger iuuenis intemperatissimus, fuitque morbus febris praua cum iocinoris inflammatione, quibus accessit phrenitis: itaque fuisse initio statim institutus uictus, quod certè factum putandum est, licet ab aegrotante minime fuerit seruatus, quis uero uictus esse debuerit, ex uiribus, & morbi constitutione erat sumendum, habita tamen aliqua consuetudinis aegrotantis ratione. An lactis usus pro cibo sibi fuerit a medicis permixtus quaeri posset, quando ueteres, atque Hippocrati contemporanei, ut ipse docet initio lib. de uic. acu. lac. etiam in febribus, aliaque plurima uetita indulgebant, qualis fuit Petronas, qui ut scribit Galenus in primum Epid. tex. 13, aegris concedebat intempestiuè carnes, & uinum in febribus; unde huic abstinentium erat ab hisce duobus, scilicet uino, & carnibus utendum aqua cocta cum pistana, & alio iure leui: uerum tamen adeo tenui uictu haudquaquam fuisse utendum in toto morbi tempore, qui perdurauit usque ad trigessimam quartam, sed transacta septima fuit paullisper augendus. A uictu instituto erat statim deliberandum de aliqua sanguinis missione, at quia usus fuerat multa carne bubula, multumque potauerat, nec alius quicquam effatu dignum reddebat, prius cogitandum fuit de externo cibo foras ducendo, uel per clysteres, uel per aliquod lenè pharmacum; siquidè dicebat Gal. lib. de cib. & suc. ubi factae sunt ex inordinato uictu cruditates, nisi natura sponte eas expellat, debere medicum id tentare. Euacuationis intestinis deueniendum fuisse ad sanguinis missionem primum esse uena communi, post uero ad uenae iocinorae incisionem, quo tempore si iocinoris inflammatio coepit fuit. De pharmacorum usu interiorum, ita statutum esse uerissimè est, ut purgantia medicamenta omitterentur, quandoquidem aluus turbata erat, ex quo ab Hipp. uisus est; alterantia uero usurpanda fuissent aperientia ob uiscerum obstructions, refrigerantia ob febrem, & iocinoris inflammationem: at haec in re illud obseruatione dignum est, ubi uiscera tumida sunt

&amp;

& flagrantia a dulcibus omnibus esse abstinendum, ut praecipit Hippocr. secundo. lib. de uic. acu. unde malè faciunt Medici, ut alias dixi, qui indiscriminatim pro humoribus praeparandis utuntur dulcissimis illis serapiis, & confectionibus. Extrema porro remedia tum capiti fuissent adhibenda refrigerantia, & humectantia aduersus phrenitidem, tum etiã

A regioni iocinoris inflammati, primo repercutientia ut oleum rosae cum succo cichorii, mox & repercutientia, & digerentia, ut oleum amygdal. dulc. uel ca momelinum cum rosaceo, & aceti ac ceruae modico addito semper ablinthini modico, eo quod ut praecipit Galenus semper uiscerum linimentis aliquod corroborans sit immiscendum.

## HISTORIA QVADRAGESIMA.



**NCYZICO** mulieri filias enixae gemellas, & quae difficiliter pepererat, & non admodum purgata fuerat, primum quidem contigit febris horrida, acuta: capitis & colli grauitas cum dolore: uigil ab initio: taciturna autem, & tristis, & non obsequens: urinae tenues, & decolores. sitibunda: anxiosa multum: aluus erratico modo turbata: & rursus consistens: **SEXTA** ad noctem multa obloquebatur, nihil dormiuit. circa uero **VNDECIMAM** existens furore correpta est: & rursus ad mentem rediit: urinae nigrae, tenues: & rursus deficientes, oleosae, & aluus multis: tenuibus, turbulentis: **DECIMA QVARTA** conuulsiones multae, extrema frigida: nihil amplius intelligebat, urinae substituerunt: **DECIMASEXTA** sine uoce: **DECIMASEPTIMA** mortua est Phrenitis.



**NCYZICO MULIERI:** &c. Praefens casus est mulieris, cuius nec uirum nominat Hippocr. nec de habitatione quicquam aliud dicit, quam fuisse in Cyzico quae erat urbs Graeciae nobilis, ubi optimum unguentum irinum parabatur, quemadmodum scribit Apollonius herophilus libro de unguentis apud Athen. libro decimo quinto. Stephan. Athen. facit eam ciuitatè Propontidi in Cheronneso. Est autem uerissimè Hipp. hanc uidisse dum Graeciam peragraret, ac propterea non curasse neque uiri, aut praetentum, nomina; nec habitationis meminisse.

**FILIAS GEMELLAS.** Solet Hippoc. semper adnotare sexum partus, eo quod maximè faciat ad praecognoscendum morborum euentus: itaque de hac muliere priusquam febre tentaretur tria dicit, peperisse gemellas, difficilem partum habuisse, & in partu non admodum fuisse purgatam: Quod autem spectat ad primum Arist. decimo. probl. 30. quaerens cur in caeteris animalibus partus gemelli, licet diuersorum sexuum seruari possunt, in hominum autem genere minimè seruentur. respondet gemellos in homine imbecillos esse, propterea quod a natura homo unum tantum parit, unde parere foeminam, & marem, seu foemellas simul est contra naturam, quod uero contra naturam sit imbecille est. Coeterum idem Arist. septimo. de hist. anim. cap. 4. & quarto. de gen. an. quarto. scribit animalium alia esse, quae unum duntaxat pariunt, alia quae plures hominem autem in ancipiti esse, ita ut interdum duos, uel plures, ut in Aegypto: faepissimè autem uniparum: ac propterea quando fiunt gemelli uel monstrum esse, quippe cum id fiat ob materiae

B exuperantiam. Itaque si uerum est quod scribit Arist. iure suspicari possumus etiam foetus huius mulieris minimè superuixisse, neque mirum esse quod ipsa quoque obierit; siquidem imbecillitas ante partum ob gemellos, quos gestabat; imbecillior adhuc facta in partu, haudquaquam magno morbo resistere ualuit. De difficultate partus nil aliud dicit Hippo. quam hanc mulierem difficiliter peperisse. Constat autem pariendi difficultas in pluribus, in dolore, in tempore longiori, atque in modo exitus foetus, ut si pedibus, cuiusmodi Agrippae dicuntur, uel manibus exeat. Iam uero praesentem aegram dolores maiores habuisse, atque diutius in pariendo tardasse rationi consentaneum est, postquam duas peperit, quod quidem esse contra naturam dicebat Arist. quoniam ut praecclare scribit Hipp. in fine libri de nat. pueri fiunt gemelli, ubi partita genitura in diuersis uteri sinibus recipitur, & propria fellicula statim contegitur. Fiunt gemelli mares si eius geniturae partes utraeque sint ualidae, quemadmodum fiunt foemello; si sint ambae partes debiles; foemella uero & masculus, si una pars fortior altera debilior sit; & si enim etiam in homine fiet superfoetatio, plerumque tamen oriuntur duo aut plures ex uno coitu, in quo haud uia uice & confertim eiaculatur semen, sed duabus uel tribus, quo tempore partita genitura potest esse, ut quaelibet pars sit fortis, & tunc generantur mares; uel debilis, ac tunc foemellae; uel altera fortis, altera debilis, atque tunc mas, & foemina simul gignuntur. Exiit autem alter post alterum, non simul nisi quodam miraculo, ut de Jacob & Esau scriptum est in sacris libris; ac propterea fit, ut quae debilior aegrius, ac tardius, qui uero fortior citius, &

Q 3 facilis

facilius prodeat. Quod autem fiant similes gemelli inter sese adeo ut nonnunquam minimè queant discerni, tres causas affert Hipp. primo, de diaeta: una est similitudo, & aequalitas sinuum in quibus conduntur, altera est quod simul feminis utriusque fit excretio cum non diuersis, sed uno coitu gignantur. Tertia est, quod eodem alimento uescantur, vitalesque in lucem prodeant. Coeterum de purgatione suppressa, qua laborauit proposita mulier illud quoque noscendum est, quod tametsi uideantur, quae pariunt gemellos, debere minus purgari, quali plus consumant, atque recrementorum minus relinquunt, nihilominus res fecus habet quia si sani esse debent intus gemelli, debent quoque nutririi aequaliter, & prouide aequaliter excrementa facere; a duobus igitur plus excrementi semper cumulabitur, quam ab uno, atque illud deterius, cum plus boni a duobus sit consumptum: propterea aequum est, ut quae gemellos parit copiosius semper expurgetur, quam quae unum duntaxat. Quod si nonnunquam minus purgatur, ut huic aegrae contigit, manifestum est eam necesse esse grauius aegrotare; siquidem etiam quae unum pariunt, nisi in partu bene purgentur, male afficiuntur, ut abundè docuit Hippocr. primo, de morb. mul. Quod autem dubitatur in Coac. utrum tumores tenuium intestinorum qui fiunt in praegnantibus, praefigantur gemellorum partum, est forsitan quoniam ubi duo concepti sunt in utero, is magis flagrat, ac ob id intestina ab ipso contracta incalcescant, sicque incalcescentia ad sese trahant sanguinem, & humores, unde postea datur occasio tumorum generationi. Mulier itaque haec quae gemellos cum difficultate pepererat, nec admodum purgata fuerat primae febre correpta est horrida, & acuta: Circa quae prius quam alterius progrediamur quaerendum est quomodo intelligendum sit τὸ πρῶτον. id est primum; & cur statim horror & febris acuta facti sint. De primo die quomodo intelligendum sit, aliquod dubium esse potest, an scilicet intelligendum sit prima dies a partu, an uero de prima die morbi, an simpliciter de principio, quasi prima die cum coeperit aegrotare nota symptomata contigerint; Veruntamen uidetur mihi accipiendum esse pro prima, post partum die, siquidem difficultas, qualitas partus, & purgamentorum carentia toti morbo occasionem uberem praebuerunt. Quod autem febris fuerit horrida, & acuta, qualitas praua excrementorum putrescentium effecit; cum enim habuerit nouem mensibus duos in utero conceptus, aequum est exillimare illos magnam partem boni sanguinis, quo aluntur foetus in utero consumpsisse, ac propterea quae super fuerunt reliquiae, eas fuisse deterrimas, crassas, & melancholicas, ut ob hoc uapores ab iis emanantes corporisque habitum mordentes horrorem parent, & qui in caput ferebantur, dolorem eius, & colli inducerent non simpliciter, sed cum grauitate: imo dicit Hippocrates significanter percipisse grauitatem, quoniam magis laedebant uapores sui copia, & crassitie ut est materia melancholica, quae acrimonia; unde etiam fiebat, ut laederetur imagi-

natio coeteraque rationalis materiae functiones, & ob id esset statim insomnis, quales fiunt melancholici; ab asiduis, & tetris imaginationibus perculli; Erat etiam taciturna, & moesta, nec medico, nec adstantibus obsequabatur; sitiebat prae febris magnitudine, anxietateque multum laborabat, neque dubium est, quin hisce malis, coadiuuerit malum uteri, quem affectum caput afficere & Hippocr. & Gal. primo in sextum. Epid. contex. secundo docuerunt. Quod uero ad mutata excrementa attinebat, urinae illius erant tenues, scilicet crassiori materia, aut sursum elata, aut in uenis, atque hypochondriis retenta. Aluus autem inordinatè, atque erratico quodam pacto sese habebat; modo enim turbabatur, & sponte fluebat; modo consistebat, atque adstringebatur, cuius euentus causa potissima erant, quod putridus & teter ille humor interdum a natura pellebatur ad aluum interdum uero retinebatur, aut alio transferebatur.

SEXTA. Quae narrat Hippocr. antefextam diem haud intelligendum est prima die apparuisse, cuius solius meminit, sed toto illo spacio, quod intercescit inter primam, & inter sextam, & probabile est diebus decretoriis factas fuisse exacerbationes, atque tunc aluum esse turbatum, quod uideatur totus morbus ex iis fuisse, ut ait Galenus in quibus obseruantur dies iudicatorii: & Hippocr. sextae tantum modo post primam meminit, quoniam tunc duntaxat primam ipsam uisitauit, neque bene ab adstantibus, quae quibus diebus apparuissent, intelligere potuit. Quae uero sexta die uisa sunt satis praua fuerunt, siquidem tota die usque ad noctem multa obloquebatur, nec quicquam dormiebat: nam taciturna erat, & moesta, quo tempore solus humor melancholicus caput petebat, atque laedebat, ubi uero bilis quoque diuturnitate incendii febrilis, cum ulata sursum petere coepit, insaniens animi iudicia, & ex multo & importuno sermone sese ostenderunt; somnusque penitus ablati est, & certè ex urinis, atque illa taciturnitate cum febre acuta, iure unusquisque medicus in arte facienda uersatus potuisset metuere, ne (quod factum est) delirium esset propinquum.

CIRCA VNDECIMAM. Quod solet saepe numero usurpare Hippocr. ut quando non est die certus dicat circa ipsum hoc, uel illud apparuisse id quoque nunc facit, siquidem ait circa undecimam ipsam insaniuisse, quasi duodecima, aut decima illud contigerint, & consequenter apparet paribus diebus factas fuisse exacerbationes; primum enim taciturna, & moesta fuit; deinde uerbis delirauit; tandem & uerbis, & actionibus undecima insaniere magis coepit, idque eueniebat, quoniam non modo humores in dies magis torrebantur, uerum etiam cerebrum ipsum inflammabatur; non ita tamen, ut uera phrenitis tum efficeretur, quoniam non continuè, & semper delirabat, sed interdum ad mentem reuertebatur. Verum excrementa pessima erant, & qualia solent esse in malignis, atque pestiferis febribus. Urinae enim erant nigrae, tenues, rursusque; aliquo tempore intercedente fiebant oleosae; fiebant nigrae ob aduersionem, ac tenues, quia maté-

ria

ria crassior in cerebrum ferebatur; fiebant uero paullo post oleosae, ob colliguatas pinguedines: id namque fieri solet in febrilibus, quas uocant *πρωτογενεις*, seu ustorias, & colliguatas, ut excrementa oleosa, & pingua fiant, quando carnes, non quando nerui liquantur, ut male legitur apud C. Celsum lib. quinto, cap. de fistulis, & melius apud Aetium lib. decimo quarto, cap. quinto, dicentem ubi nerui à calore putredinali tractantur emitti succum saniosum tenuem, & glutinosum, qualis ab ossibus, non autem pinguem, & oleosum. Ceterum aluus multa tenuia cum turbatione fundebat. Hoc habuerunt pleraeque febres huiusce constitutionis, ut excrementa alui pessima facerent, qualia in malignis, & pestiferis fieri consueuerunt. QVARTA DECI-MA. Disputat hoc in loco aliqui Interpretes, quae dies decima quarta sit intelligenda, utrum a partu, an a prima die febris. Ego uero cum animaduertentiam aliam Hipp. hac in re uarium fuisse, ut qui modo a partu, modo a morbi febrilis initio sumat diurnam computationem, hic non a partu, sed potius a febre mihi uidetur numerare; quamquam non damno, ut etiam fiat a partu, quia est uerisimile eo tempore, quo peperit, statim febrile coepisse, cum duas, & cum difficultate pepererit; nec in ipso partu aequè purgata sit, ut decebat; sed siue hoc, siue illo modo interpretemur, non admodum refert, modo statuamus febrilem si non die partus inchoasse, saltim die immediatè sequente. Die igitur decima quarta, uel a partu, uel a febris initio conuulsiones plurimae superuenerunt, quae fiebant non modo à prauis uaporibus ab utero, quem ait Gal. inflammatum fuisse ascendentibus, & succis neruorum principium percutientibus, uerum etiam ob ipsius cerebri insignem siccitatem, quem admodum usuenerit solet in phreneticis dum propè mortè sunt, qualis erat haec mulier, quae amplius nil intelligebat; sed phrenitum hereticam, ut uocat Galenus, & in habitu habebat; quae phrenitidem incoepisse non circa undecimam: quando desipiscebat, sed post uerisimile est, cum ueri phrenitici nullum habeant sanae mentis interuallum; ut etiam hac ratione post secutae sint conuulsiones, quas maximè phreneticos sequi scribit Arætaeus primo de cur. ac. cap. primo. Erant praeterea extrema frigida, nec urinam reddebant, quoniam calor natiuus penè a febrili extinctus aut saltè intro tractus erat; unde facultatis expultricis uis quoque deficiebat, ut paullo post iure merito obierit. Sed dicit aliquis, cur si uis expultrix deficiebat Hippocr. hoc tantum dixit de urina? praeterea si ueterus, ut ait Galenus, inflammatione laborabat, cur Hippocr. non meminit illius, & praefertim doloris, qui solet esse acerbis in neruofarum partium inflammationibus? Ad primum respondeo urinae functionem esse magis animalem, quam naturalem, & iccirco corrupta, & amissa penitus imaginatione par est existimare illas functiones primum, & maximè fuisse sublatas, quae ab ipsa inflama penderent. Ad aliud uero dicendum est pro inflammatione intellexisse Galen. φλόγην: uel si uera fuit inflammatio non nominatum esse dolorem, quod aegra forsitan ob mentis errorem non conquereretur. Ad curationem accedo,

quam difficillimam fuisse non est dabitandum, tum quia morbus ab initio malignus fuit, tum quia pepererat gemellas feminas, quem partum praeternaturalem esse iam diximus ex Arist. Qualis uictus puerperis conueniat iam diximus, scilicet tenuem, aut paullo infra mediocrem; multo autem magis talis conuenit, quando partui coniungitur morbus, atque is auctus, & ualde grauis, qualis erat proposita mulieris. Igitur & abstinentia uini, & carnum conueniebat, quae semper in acutis ab Hippocrate, & aliis probatis medicis commendatur; ut propterea Petronas ille fuerit damnatus, qui febricitantes, & acutè laborantes in indulgentia uini, & carniū perdebat; pituita, panis lotus, uis pullae paruae ad summum, & ob uires uictus uis praefertim postremis diebus conuenissent. Et quoniam partum in ipso partu fuerat purgata, statim aluo non fluentè sponte debuisset blandè irritari, tum de sanguine mittendo deliberare; nec dubium est, quin à partibus infernis mitti debuisset, scilicet à talo, uel poplite; postquam febris, aliorumque symptomatum praecipua occasio uidetur fuisse puerperiorum retentio subita; neque sola uenae sectio contulisset, uerum etiam administratio cucurbitularum tam siccarum; quam scarificatarum, ligationum, frictionum, atque etiam vesicantium. Post sanguinis missionis deliberationem eò omne studium erat conferendum, ut uiae aperirentur, calor febrilis, & putredinalis compesceretur, prauitati materiae morbificae remediis accommodatis occurreretur; simulque symptomata uel lenirentur, uel tollerentur. ergo conuenissent decocta. ex feminibus frigidis; oxalide, myrrhide, radice apij, capilli ueneris, endiuiae scariolae, aliorumque similium. De pimpinella, quam omnes in malignis laudant dubitari posset an in hoc casu conueniret, cum apud omnes pro adstringente habeatur, & adstringentia in putridis damnentur: sed dici potest exiguum habere adstringendi vim, quae potius adiuuat penetrationem, quam secus, sicut in rosa, & croco: unde ipsa quoque simili in casu conueniret. Aluus quotidie non fluens blandioribus clysteribus fuisse sollicitanda, cum enim materia raperetur in caput, ut euentus docuit, in proposita femina debuit semper medicus esse sollicitus, ut ad inferiora traheretur; quo in genere clysteres esse, & usus quotidianus monstrat, & Galenus docet secundo de med. loc. ubi in dolore capitis maximè huiusmodi remedium commendat. De medicamento purgante nullum fuisse opus cogitare, cum saepe spontè, & copiosè flueret; uerum quia facta est phrenitica, quo tempore coepit magnopere insanire, s. post undecimam diem omnis cura eò fuisse dirigenda, ut inflammatio cerebri, quae facit ueram phrenitidem prohiberetur, primum missione sanguinis à uena frontis, deinde cum oxyrhodinis, & fortibus primum refrigerantibus, atque repercutientibus puris, deinde mixtis cum discutientibus blandis, postremò cum solis discutientibus atque acrimonia; cuiusmodi hodie utitur uisceribus castratorum immediatè extractis, & adhuc calentibus, nec non pullis columbinis per medium scissis, atque ita calentibus capite deraso adhibitis.

HISTO-



## HISTORIA QUADRAGESIMA PRIMA:



**N**THASO Dealcis vxorem, quae decumbebat in Plano febris horrida acuta ex tristitia corripuit. a principio autem contegebatur: & vsque in finem semper taciturna; manibus palpabat: euellebat; scalpebat, floccos legebat: lachrymae, & denuo risus: non dormiebat ab aluo irrationes: nihil exibat; parum submonentibus alijs, potauit: vrinae tenues, paucae: febres admodum tenues: extremorum frige factio. **NONA** multa obloquebatur, & rursus quieuit silens. **DECIMA QVARTA** spiritus rarus, magnus per tempus: & rursus breuispira. **DECIMASEPTIMA** ab aluo irritatio turbulenta: deinde ipsae potiones exhibant: nihil consistebant. insensibiliter habuit omnium: cutis circumtensio aridae. **VIGESIMA** sermones multi, & rursus sedata est; sine voce, breuispira. **VIGESIMAPRIMA** interiit: erat huic vsque in finem spiritus rarus, magnus; insensibiliter omnium habebat: semper contegebatur: vel sermones multi, vel taciturna vsque in finem Phrenitis.



**N**THASO Dealcis vxorem. In primo commentario huius tertij libri facta est mentio Dealcis Hortorum ab Hippocrate, qui cum fuerit coniunx, seu maritus praesentis mulieris haud multum interest perquirere, illud certe adnotauit, ubi meminit Hippocrates Thasi, semper cum fuisse diligentem in describenda persona, & habitatione aegrotantis, vt scilicet sibi maior fides adhiberetur in historiis peregrinis. Historia itaque & mulieris, quae erat vxor Dealcis, & decumbebat in Leio (est enim contextus Graecus λεοιτιδ' λειοι, quam particulam interpretantur omnes in Leio, sed cum non inuenierim, quid fuerit Licium, existimo significare planitiem, quasi in Thaso fuerint montanae regiones, atque planae, vt vere in omnibus insulis obseruatur; praesens uero mulier habitaret in planitie ibique decumberet; & forsan voluit Hippocrates hoc connotare, vt simul doceret, habitationis in salubritatem aliquod contulisse ad huius mulieris aegritudinem faciendam; vel saltem fouendam, uel augendam, etenim Plutarchus (ut alijs dixi) in Probl. Romanis scribit in montibus extructum fuisse Aesculapij templum ad demonstrandam montium salubritatem. Quamobrem etiam delectati sunt veteres, semper montes potius, quam planitiem habitare, atque ita iis aedificare oppida, & villas. Examinauit Galenus etiam secundo de diff. resp. capite octauo, hanc historiam, nec sanè insoeliciter, vt ob hoc videatur contemplatione digna ac diligenter expendenda quoque à nobis. Quae autem dicit in praesenti commentario ad duo tantum pertinent, scilicet ad genus laesionis, respirationis, de quo suo loco dicitur, necnon ad phrenitidem qua scribit laborasse mulierem ab initio; & mirum fuisse; quod superuixerit, vsque ad vigesimam primam diem, cum illi qui statim phrenitide capiuntur, cito etiam perire soleant, sed inquit hoc forsan contigisse, quia

aegra non magnis, sed leuibus febribus quales solent esse pestilentibus, laborabat. Sed cum semper magna febris comitentur veram phrenitidem fatuus est dicere, hanc non fuisse veram, aut quod uerisimilius est, initio non fuisse puram phrenitidem, post autem euasisse phrenitidem. At melius est more nostro singula pedetentim examinemus, quae huic mulieri accidisse à principio vsque ad nonam confusè nulla habita alicuius distincta mentione commemorat; vnde uerisimile est aut eam tunc tantum à se fuisse uisam, aut ob loci distantiam non potuisse frequenter habere aegrotantis relationem, sed pro longa tēperie interualla, est enim rationi consentaneum saepe, vt sit etiam hodie à remotis regionibus ad Hippocratem accessisse, qui de rebus aegrotantium ipsum confulerunt, quique referrent confusè symptomata, eaque sic narrata ab ipsomet Hippocrate, in commentaria esse relata; utcumque autem sit, idea morbi primi, & primarij fuit febris horrida ex moerore, a qua statim capta est, vnde priusquam ulterius progrediamur, duo sunt breuiter examinanda, qualis sit febris *φριμδης*, seu horrida, & quomodo ex moerore possit febris generari: *φριμδης*, seu horror, vt scribit Galenus lib. primo de horr. & rig. necnon secundo de differ. febr. cap. octauo, est quaedam passio media inter rigorem, & frigus, seu ex his temperata semper maior quidem frigore, minor autem rigore, imo Hippocr. lib. primo de morbis uidetur horrorem appellasse febris nuncupantur ab Hippocrate non quae cum horrore tantum inuadunt, vt complures sunt tertianarum, & quotidianarum; sed quae per totam accessionem horros manifestum sensum faciunt, vt praeclare docuit Galenus cap. 9. secundi de differ. febrium, necnon primo in prima Epidem. tex. 22. ubi Hippocrates mentionem facit hemitritei, quem inter febres horrificas recenset; Generatur autem

hic

hic horror a uaporibus pessimis quidem, sed non admodum acerbis, qui a praua putredine elati sensibilesque partes percipientes, non modo hebetant calorem naturum, vnde frigiditatis sensus exoritur, verum etiam percutiētēs musculos, & nervos partes, expulsiuaque facultatem stimulantē ad motum eam incitant, sicque rigorem quendam producunt, ita vt simul & rigor debilis, & frigus horrorem uocatum producant. Illud autem locis citatis notat Galenus, & optime dici perdurare tota accessione huiusmodi horrorem, altero duorum modorum uel quia per longiora interualla reduplicatur, tantquam morbi incrementum saepius fiat, vt in semitertianis spectatur, uel quia per breuissima insurgit, quasiq; continuatur Author definitionū sub nomine Galeni promulgatas uidetur paullo diuersius febrim horrificam delcruisse, sed ueritas est, quam dixi ex ipsomet Hippocrate, & Galeno. Quomodo autem huiusmodi, atque aliae febres ex moerore fiant, non est arduum intelligere, Galenus enim tertio lib. de praesag. expol. in fine capitis quarti non modo febres hoccticas simplices ex moerore orti prodidit, uerum etiam pestilentiales, siquidem moeror omnis consumit, & exsiccat, cumque calore naturum ob spirituum consumptionem, & nitro contractionem, non parum hebetet; fit ut inde in corporibus paratis putredini faciendae non exigua occasione praebet. **PRINCIPIO**. Principij nomen in morbis, vt saepenumero, & praesertim primo de crisi bus 6. & 7. & primo Aphor. duodecimo, Galenus docuit, tria significare solet totum cruditatis tempus primum insultum morbi, & accipies tres morbi dies, hoc autem in loco arbitror principium esse principium pro primis illis tribus, uel quatuor diebus in quibus cum ab horrore frequenter ut monstrari, tentaretur, sensumque frigiditatis haberet, iure incrementa corpori requirebat; sed dicit aliquis nimum forsan curiosus, cur Hippocrates non dixit potius hanc mulierem fuisse, ut quod regebat. Respondet id forte fecisse, ut significaret hunc horrorem fuisse satis insignē, propterea quod licet in aliquibus horros generibus, aliqua refrigeratio euidens percipiatur, haud tamen semper est tanta, ut adigat aegrotantes ad quae rendam corpori indumenta maiora, sicuti praesens mulier *δρα τελαος*, id est omni tempore faciebat.

**SEMPER SILENS**. Dubiū fuit apud nullos utrum sicut phrenitis fit à flaua bile seruente circa cerebri membranas, ita quoque fiat ab atra, & certe huiusmodi exemplum potest nobis persuadere fieri etiam ab atra non quidem solum ab ea, quae fit ex bile flaua deusta, uerum etiam à naturali putrescente, & incensa. Etenim quod haec mulier taceret habebat à melancholico succo, vt quoque Galenus docet in Comm. Quod uero palparet, uellet, scalperet, & pilos legeret (quod genus symptomatis uocat Graeci, & Cael. Aurel. carphologiam) erat opus imaginationis corruptae, vapores ob oculos uolitantes ex aduisione in cerebro facta putantis esse pilos, & festucas extra oculum in pannis, & paretibus positas, ac propterea uellere, & legere

ea conantis. Sed hie oritur scrupulus de collectione fluctuum, & similibus; quod Hippocr. primo progn. vigesimotertio, facit huiusmodi symptoma laethale, & phreneticum, & nihilominus Galenus de seipso narrat quarto de loc. aff. capite secundo, cum laboraret febre ardente se se cognouisse fluctus colligere, & floccos euellere, amicisque praecipisse, vt curaret ne in phrenitidem laboraret, quasi haberet huiusmodi signum, & nondum tamē phrenitide laboraret. Dicendum est quod Gal. in comm. loci prognost. 5. huiusmodi symptoma aut fieri in phrenitide, & essentialiter affecto cerebro, aut per consensum, si primo modo laethale est; & uerē phreneticum; si secundo minime, licet sit indicium futuri maioris mali, scilicet phrenitidis, atque hoc postremum ipsi contigit Galenus. **LACRYMAE**. **ET RVSVM**. Sicut fletus, & risus sunt affectiones penē contrariae, ita quoque sunt in morbis a contrarijs penē, uel saltem a diuersis causis; etenim fletus humoris melancholici, risus uerō sanguinei effectus sunt; sed dicit aliquis quomodo potest in tanta morbi magnitudine esse is sanguis lucidus, & purus, a quo dicebant Auicenna, & Auerr. in Cantica fieri risum? Cui respondendum esse puto aliud genus risus esse, quod fit in sanitate, & purum *πυρρον*, siue affectus est; aliud quod fit in aegritudine, & symptoma est; illud enim fit opera sanguinis lucidi, ut dicebant Arabum principes; hoc uerō fit vi humoris inimici percutiētis musculos, & nervos baccasque instar tidentium aperire, & clamare cogentis; quodque etiam fieri vulnerato septo transuerso prodiderunt, & Hippocr. & Aristot. praesens ergo mulier cum humore melancholico incenso, & putrescente una cum flaua bile sollicitaretur; non est mirum si modo in lachrymas, modo in risum excitabatur, nec interim vllum capere somnū quibat.

**AB ALIYO**. Vbi caput uehementer afficitur, nullum praesidij genus aequè blandè, & efficaciter iuuat, atque alui irritatio, uel per clysteres, uel per suppositoria; sic enim dicebat Gal. secundo de med. loc. ad leniendum capitis dolorem clysteres maxime ualere. Atqui huiusmodi lenia auxilia minime proderant in tanto morbo, cum iam cerebrum non modo vaporibus sursum ascendentibus laceretur; uerum etiam intemperiem feruidam, & prauā contraxisset; cui mitigandae nedum tollendae, haud vllum opem conferre poterant irrationes alui per suppositoria, aut clysteres factae, eò maxime quia nihil aliud per huiusmodi auxilia sollicitabatur, forsan quod nimis lenia auxilia essent; si quidem ubi animus aliò abductus est, alius non obedit, nisi uehementer excitata, quò etiam fiebat, vt licet haberet uehementis sitis causam, attamē illa ab errante mente non percipiebatur, & iccirco non bibebat, uel si irritaretur ad bibendum, parum omnino sorbebat, quae est etiam ratio, propter quam Hippocr. primo pror. uocauit phreneticos *εραχυποτρας*, id est paucibilibus. **VRINAE TENUES**. De menstruis purgationibus huius mulieris cum nihil dicat Hippocr. par est existimare nullum in eis fuisse vitium, alioquin dixisset aliquid ut solet; dicit autem de urinis eas fuisse tenues, & exiguas. Paucitas fiebat,

bat, quia nihil aut parum quid bibebat, est enim vrina, vt docui in proprio de vrinis tractatu materia ipsa potulenta; quò fit vt semper copia vrinæ copiae potus respondeat, nisi vel colliquatio; vt in febribus vltioris, & colliquatis, vel nimia renum attractio, vt in diabete vrinæ copiosiores quàm sit potus, faciat. Tenuitas autem pendebat, tum a materiae cruditate, tum quia maior pars succorū peccantium, vel in caput ferebatur, vel intra hypochondria retinebatur. FEBRES. Duo autè nonam hanc aegram prae aliis habuisse dicit Hippocr. nimiam febrem ad manum tenentem, atque extremorum refrigerationem. Circa quae est dubitandum, quae sit differentia inter haec duo: si quidem videtur idem esse, quò in febricitantibus non appareat ad tactum febrilis calor, & quòd extrema refrigerentur. At secus est, nam febres tenentes ad tactum appellantur ab Hippocr. quando tepor quida blandus, nec mordax percipitur; cuiusmodi sit in pestiferis febribus, quemadmodum scribit Galenus notio de simpl. med. in extremo. cap. de terrae generibus. Sic Hippocrates sexto Epidem. com. primo, tex. 29. enumerans febrium genera; & differentias dicit statim alias esse placidas ad manum, alias vero mordaces. Iam verò vbi in febribus extrema refrigerantur aliud est, quoniam tunc si ea contractetur immanis quaedam, & molesta frigiditas percipitur. Pari pacto differentes causae sunt vtriusque generis, quoniam frigiditas extremorum (vt saepe dixi) in febribus fit, vel quando calor natiuus in iis extinguitur, vt plerumque contingit in moribundis, vel quando inde ad viscera ab intestino vehementi feruore febrili, aut viscerum inflammatorum abducitur; sit autem blandus calor ad tactum, vt ibi dicit Galenus, s. primo Epid. non simpliciter talis, quia nulla febris vere potest calore tactui placere, sed comparatiuè nempe ad alias febres calorem manibus multo acriorem atque molestioiorem habentes; atque tunc sic fit, quoniam vapores qui emanant ab insigni illa, & graui putredine pinguisculi sunt ita vt acredinem febrilis caloris obtundant; sicque ea molestia careat is, quae solet in ceteris febribus sese ostentare. Haec itaque mulier, quoniam pestifera febre laborabat interdum calorem ad tactum lenem habebat; interdum autem flagrantibus interioribus calor penè totus extremorum intro abducebatur, vnde partes extimae ab eo desertae frigebant. NONA. Haec tunc (vt visum est) Hippoc. recensuit confusè, quae praesenti aegrae ante nona contigerunt, quòd ab aliis ita intellexerit; nunc enarrans quae nona apparuerunt vsque ad decimam quartam dicit tantum eam multa delirasse loquedo, & rursus quieuisse, atque siluisse. Sed dicit aliquis, nonne haec eadem etiam ante nonam retulit Hippocr. cur itaque modo repetit, quasi quicquam noui dicturus? neque responderi potest fieri potuisse, vt haec symptomata non essent continua, sed intermittentia; propterea quae nona ab Hippo. fuisse commemorata, quasi tunc redierint, cum antea cessassent, quoniam in fine historiae enarrans, vt solet, quae semper affuerint inter alia (vt videbitur) scribit semper vel multos sermones habuisse, vel ta-

A cuisse. Itaque dicerem Hipp. haec repetiuisse tanquam in nona incrementum acceperint, & vt doceret morbum grauisimum fuisse, quòd etiam in diebus non iudicatoria signa habebat.

DE CIMA QVARTA. Cum Hippocrates visitasset aegram nona die, quae nec iudicatoria, nec indicatoria est, animaduertisset deterrimam, & illius, & antecedentium dierum symptòmatà, voluit quoque iudicatoria die, quae est decima quarta ipsam visitare; & ab illa vsque ad decima septimam accidentia proponere; vt ostenderet in pessimis morbis multo magis vim dierum decretoriorum apparere. Porro quae narrat huius temporis symptomata, pertinent dumtaxat, ad facultatis vitalis, atque adeo ipsius respirationis vitia, cuius rariis quam àliarum meminisse; quoniam vel (vt ait Galenus secunda de diff. resp.) non laeditur, vel si laedatur facillè ex aliis narratis comprehenditur; & in praesenti puto meminisse, quoniam respiratio in hac muliere magnam nec ita perceptibilem varietatem habuit; quòd enim videtur dicere Plin. libro septimo, capite 77 ab Hippocrate obseruatum quoque ex venarum pulsu, id est arteriarum, non ita a Galeno atque ceteris confirmatur; cum vix reperitur meminisse, aut si meminisse, alia ratione, atque mente id facit, quam a posteris factum fuit. Dicit itaque fuisse spiritum rarum, magnū, per tempus, & rursus ipsam fuisse breuispiram: miratur autem Gal. in comm. interpretes Hippocr. non considerasse inutilem, quam videtur is committere repetitionem, dum dicit spiritus rarus, & deinde *δὴν ἁπλοῦν*, id est per tempus; quasi idem sit habere spiritum rarum, & per tempus, seu per temporis interualla. Perpendit autem Hippocr. sic esse locutum (per tempus) ad indicandam insignem raritatem, cum soletat vti voce *δὴν ἁπλοῦν ἀπὸ τῆς διαστολῆς ἁπλοῦν*, habuit autem haec mulier, vt etiam secundo de diff. resp. narrat Galenus capite octauo, duas diuerso tempore respirationis differentias, vna erat raritas & magnitudo, quae conseqnebatur delirium, ob quòd oblita respirare, & tamen habens ingetem necessitatem ob febrem, id supplebat raritate, & magnitudine; alia erat breuis spiratio, hoc est rara, & parua, quam edebat quòtiefcumque ita refrigerabatur vt delirij vis à refrigeratione superaretur: etenim à delirio fiebat raritas, à refrigeratione verò paruitas, & iure Gal. tertio de diff. resp. ait hunc ab Hippocrate vocari spiritum frigidum, sicut uerè dicit in hoc comm. hunc affectum non fuisse admodum illi dissimilem, quem solent in vteri praefocione pati mulieres, nempe *ἀπνοίαν* vocatum, seu priuationem respirationis, de qua plura dixi in variis lectionibus. DE CIMA SEPTIMA A. Id habent pleraeque febres pestiferae, vt cum sint exiguae paullatim calorè natuum, & vires perdant, quòd certè huic mulieri eueniebat, nā decima quarta coepit fieri breuispiram, quòd diximus factum à refrigeratione, seu diminutione caloris natui, decima septima verò quae est index vigesima aut vigesima prima alia adeò praua apparuerunt, vt cuius cordato medico potuerint persuadere ipsam fuisse morituram altera dierum indicatarum; nam cum alius glande, vel clystere ex-

tata

tata esset, eo quòd prae debilitate nihil aut parum, ac turpe reddebat, turbationem tantum peperit; sed peius etiam contigit, quia dum potaret haud pro more solito potus paullatim in ventriculū descendebat, sed nihil à virtute oesophagi attractiua, vt pote ferè emortua adiutus suo pondere tantum ruebatur, instarque quassata aqua pleni, vtris strepitum in suauem edebat, qualem solent certo & breui morituri edere: etenim ex iis, qui hoc symptoma habuisse referuntur ab Hippocr. neminem superuixisse obseruauit, cum conseqnatur facultatis naturalis extinctionem; id quòd etiam confirmabat priuatio sensuum non quidem consumata, alioquin fuisset mors ipsa, sed insignis diminutio, atque hoc est, quòd primo progna. dicebat Hippocr. vbi aeger non uidet, nec audit propinquam esse mortē. Ariditatem cutis, aliamve ipsius qualitatem praeter frigiditatem solet Hippocr. adnotare quàm rarissime: vnde id voluit nunc proponere: vt doceret febrem, quae laborauit haec mulier, etiam ad manum videretur exigua, fuisse tamen vi & potentia insignè: postquam exsiccata non admodum longo interuallo corpus feminiae, quòd suapte natura humidius, & mollius est, quàm corpus viri, ac propterea difficilius arefcit, & certè phreniticorum corpora solent mirum in modum exsiccari, vt propterea dixerit Galenus quinto de loc. aff. eos adeò vehementer ferocire, & robustos videri, quoniam ipsorum corpora sunt exsiccata. VIGESIMA. Vigesima & vigesima prima iudicatoria esse, scilicet Hippocratis sententiam, atque actuum finem vltimum esse alias dixi, sed & propositum exemplum satis monstrat; quando in altera exacerbatione symptomatum, in altera interitum contigisse narrat: etenim raro solet vbi memorat vigesima mentionem facere vigesima prima; nisi quòd in vtraque uis aliqua iudicationis apparuit, vt in proposita historia. Iam uerò quae acciderunt vigesima die tria fuerunt, atque ea omnia maxima. Delirij augmentum, aut saltem continuatio, quae ex eo manifestabatur, quòd multa praeter rationem omnem loqueretur, id quòd apud Hippoc. significat dictiucula *ἀόγῳ πολλῷ*. Alterum fuit, quòd a delirio quieuit, & sine loquela, & sine voce facta est, quoniam ob frigiditatem, atque vitalis & animalis facultatis defectum minime exsufflationem, quae est ipsius vocis materia facere poterat: vnde quoque tertium malum accessit, nempe breuispiratio, quae non modo sequax est ad frigiditatem, verum etiam ad ipsius facultatis motricis imbecillitatem. Quare cum vigesima die res mulieris ad eum primum statū fuissent redactae minime potuit amplius sufficere; sed sequente die, scilicet vigesima prima penitus defecit, non quidem suffocata, alioquin non fuisset in extremo breuispira, at potius consumpta, & marasmata, vt cutis ipsius ariditas indicauit. Etenim id facere conseruauerunt febres pestilentēs, & *απνευστικῆς* vocatae: vnde Hippocr. quinto aphorism. 71. quibus dura & exsiccata cutis est sine sudore moriunt.

ERANT HVIC. Quòd facere in plerisque historiis conseruauit Hippocr. id quoque in praesenti facit, scilicet non contentus dixisse, quae contige-

rant singulis circuitibus iudicatorijs, voluit pariter addere, quae perpetua fuerunt sub hisce verbis spiritus rarus, & magnus, nihil sentiebat, semper tegebatur, vel per totum, & multum, loquebatur, vel tacebat. Circa quae tria quae sita digna sunt. Vnum est, quomodo potuerit semper habere spirationem magnam, & raram cum dixerit bis fuisse breuispiram, scilicet decima quarta die, & vigesima, etenim fieri non potest, vt quispiam eodem tempore simul habeat respirationem magnam, & paruum. Alterum quaerendum est quomodo semper fuerit sensibus priuata, cum tamen in particulari relatione id tantum in decima septima die obseruauerit tertium & postremum est, cur addere voluerit in fine historiae particulam hanc (*απνευστικῆς*). Circa primum Galenus notat vocem hanc (*δὴν ἁπλοῦν*) significare ipsi Hippocr. per totam morbum vsque ad finem, non tamen qualibet hora, & quolibet temporis momento, vnde fieri potest, vt & in principio, & in augmento, atque in statu morbi habuerit respirationem magnam, & raram, quae sit in delirio, & tamen aliqua etiam hora, aut aliquo temporis breui momento fuerit breuispira, prout scilicet necessitas respirationis a superueniente frigiditate remittebatur. Ad secundū idem quoque dici potest, in omni morbi tempore habuisse illam insensibilitatem, non tamen ita continuam, & indefinentem, quin quandoque sentiret, & forsitan decima septima die huiusmodi symptoma grauius multo, atque euidentius apparuit, vt propterea potissimum inter accidentia illius diei commemorandum duxerit. Ad tertium & vltimum respondere oportet, voluisse Hippocr. addere illam particulam, quoniam cum saepe taciturna esset, poterat quispiam dabitare haudquaquam fuisse phreniticam, cum tamen fuerit: vt enim dicit Galenus multa loqui est phreneticum symptoma, tacere melancholicum, tegi commune melancholiae, & phrenitidi, nisi aliquando ob refrigerationem quis contegatur. Quomodo porro phrenitici possint tacere, non est arduum intelligere, si consideretur phrenitidem esse in cerebro inflammationem, in qua combusti humores, & melancholici redditi interdum ita crescunt, vt per aliquod tempus suos effectus prodant, atque phrenitica symptomata obscurent. Curatio adhibita huic mulieri qualis fuerit, & si certum esse nequeat, potest tamè conici primum institutam fuisse vltis rationem a cutis morbis accommodatam, & praesertim vini abstinentiam, quando statim a caput laesum apparuit. De sanguinis missione haudquaquam dubitatum puto quia morbus magnus esset; vires quoque ualuisse ex eiusmodi morbi protractione colligere, imo verò aequum erat, vt non semel uena incidere-tur, sed etiam bis, atque tandem ad uenae frontis incisionem descenderetur, quòd solet unicum esse praesidium vbi iam morbus in capite firmatus sit, quemadmodum in proposita muliere fuisse rationi valde consentaneum est: Si quis est casus in quo possint conuenire vesicantia, atque omne aliud genus praesidiorum a capite, & a corde diuertentium planè fuit praesens; cum dicat Hippocr. in fine historiae semper modo cum loquacitate, modo cum

tacitur-

taciturnitate delirasse. Praeter remedia chirurgica, medicamenta aliaque externa praesidia conueniebant; & de internis remedijs primum fuisset lenientia alius, saltem clysteribus, quorum cum interdum meminerit Hippocr. neque dixerit alium sibi unquam proflixisse, par est aut saltem altera quaque die fuisse adhibitum clysterem, vel glandem, aut debuisse adhiberi; quinimo in dies faeuiente morbo singula die curassem alium modo vno, modo altero auxilio sollicitare, & transacta decima quarta etiam si signa coctionis non apparuissent, aliquam euacuationem molitus essem blandior ex veratro, saltem nigro, alijsq; similib. bilem vtramque leniter euacuantibus. Veteres. n. qui caebant nostris placidis purgantibus, si quando leniter purgare cogebatur, valida quidem, sed optimè castigata, & in minima mensura vsurpabant; imo narrant Gal. & Oribas.

### HISTORIA QVADRAGESIMASECVNDA.

**M**ELIBOEA adolescens ex potibus, & venereis multis, multo tempore calefactus decubuit: horridus autem, & anxiosus erat: vigil, & absque siti: ab aluo autem PRIMA multa stercoia prodierunt cum circumfluo humore multo: & sequentibus aqua biliosa multa manarunt: vrinae tenues, paucae, decolorae: spiritus rarus, magnus per tempus: hypochondrij intensio submollis. oblonga ex vtriusque cordis palpitatio vsque in finem continua: minxit oleosum. DECIMA delirauit modicè, modestus, & quietus; cutis arida, & circumtensa: deiectiones multae, & tenues: vel biliosae pingues. DECIMA QVARTA omnia exacerbata sunt, delirauit: multa obloquebatur. VIGESIMA furore tentata est corporis iactatio: nihil minxit, paucas portiones continebat. VIGESIMA QVARTA interiit: Phrenitis. Videretur autem mihi iuuille secundum rationem antea acta aetas: aestiuus enim morbus hyemis succedens transmutat: quamquam ipsa in seipsa secuta aetas non bene constituta fuerit: sed calida, & austrina, & sine ventis; at simul ad aliam constitutionem transmutata profuit. Magnam verò partem existimo artis esse posse considerare de scriptis rectè cognoscens enim & vtens hisce, non mihi videtur valde errare in arte: oportet autem addiscere exactè constitutionem temporum vnamquamque, & morborum bonum quod commune est in constitutione, vel morbo: & quod commune est in constitutione, vel morbo longum: quis morbus lethalis, longus quis salutaris: acutus qui lethalis, acutus qui salutaris: ordinem criticorum ex his considerare, & praedicere ex his abundè suppeditatur. Scienti de his, licet scire quos, & quando, & quomodo oportet in viuendi ratione gubernare.

**M**ELIBOEA adolescens. Vt in pluribus, atque diuersis aetatibus ingenia nostra exerceret Hippocr. voluit adolescētis exemplo hunc librum claudere, cuius aetas, quae esset non explicat: attamen probabile est excessisse annum decimum sextum, cum scribat multa venere diu esse vsurum. Etenim haud solent homines prius uti ve-

A Hipp. consueuisse elleborū ita egregiè praeparare, vt placidissimè, atq; citra noxam purgaret; quem tamen modum suo quoque tempore fuisse desideratū quaeritur; & puto id voluisse Hipp. intelligere quādo tertio de fract. cont. 4.8. restituit ossibus elleborū molle dandum esse iubet. Auxilia externa, & capiti, & cordi quoque conuenissent, eo maximè quod fuit Auic. sententia in curanda melancholia, qualis fuit quoq; pars salte huius morbi, maximā semper esse habendam cordis rationem; & quia eutem aridam fuisse dicit, forsā illius mentionem facere voluit, quod satis esset insignis; proptereaque auxilium aliquod humectans, & emolliens indicaret, quale apud nos esse consuevit oleum amygd. dul. tum solum, tum permixtum aquae violarum, aut maluae capiti similiter conueniebant oxyrhodina, quae quae alia dixi in phrenitide vsurpari.

C nere, & praesertim multa; quinimo apud aliquas nationes erat vetitum lege ne ante vigesimum aetatis annum cum muliere consuetudinē haberent, vt de Spartanis Plutarchus, & de Suesis narrat Caesar libro sexto de bello Gallico. Meliboea quae regio esset habetur apud Strabonem libro nono, & apud Herodotum libro septimo, qui faciunt eam Thessaliae urbem. In Meliboea celebrè fuisse purpuram

puram scribunt Lucretius, Virgilius, & Festus; & Plin. lib. quarto, cap. nono, ponit Meliboeam in Magnesia, & hanc Thessaliae regionē facit. Sed vtiq; sit hic adolescens cum multum bibisset, multa venere vsus esset, diuq; febricula laborasset tandem decubuit. Nihil potus, atque nimia venus semper, & cunctis nocent, cum Hipp. sexto Epid. scripserit; labor, cibus, potus, somnus, venus, omnia moderata: at in aetate tenera omnium maximè laedunt, quod vires animales in adolescentia non dū firmas sint; naturales verò robustiores quidem hnt, at defatigatae in multa nutritione, atq; in augmento corporis faciendo, vt ob hoc à vino illae offendantur, haec autē à Venere. Nam vt optimè dicit Gal. multae potationes labefactant neruos, ipsorumq; principij cerebrum. Venus autē non modo, & haec ipsa admodum molestat, verum etiā facultatem dissoluit; imbecillamq; reddit, sexinantis spiritibus, caloreque natiuo, in quo omnis vis posita est, violato: & Arist. quarto probl. 11. scribit adolescentulos odio habere eam, qua cum primò concubuerunt, quod fiat tunc mutatio maxima cū tristitia, cuius memores illam odio prosequuntur. Quomodo autē potus, & venus primum febriculae occasione dederint insinuat Gal. quasi ab his laesae coctiones effecerint, vt prauorū humorū copia sit accumulata, sicq; putredini occasione oblata postmodum febris sit suborta, atq; hoc est, quod Hipp. dicebat 2. aph. 17. vbi cibus praeter naturam ingessus est, morbum facere, hocq; ostēdi à curatione.

HORRIDVS. In symptomatū singulorum huius aegri narratione cōsentiant omnes cōtextus; at in dierū distinctione aliquantisper discordat; context. Graecus post primā diem nominat decimā quartam tantum; alij verò decimam. At puto in Graeco context. desiderari diē decimam; ob idq; esse apponendā; maximè quia eam apponit Gal. secundo de diff. resp. c. octauo, vbi multa egregia circa praesentem hystoriā discurrunt, vt suo loco videbitur. Sat est pro nūc ab Hipp. confusè narrari, quae ante decimā adolescentulo contigerunt, quasi tunc primum post primā diem eū visitauerit. Horrorem, & anxietatē, qui primo loco narratur ab Hipp. verisimile est etiā ante alia accidentia apparuisse. Vtrum autem fuerit febris huius horrida, quemadmodū & antecedentis aegri, cui in multis sunt similis praesens adolescens, non constat; imo cum de superiore loquens dixerit *αὐρετος φρενιτις*, nunc autē non de ipsa febre, sed de aegrotate dicat similiter *φρενιτις* in ea facile sententiā venio, coepisse quidem huic adolescenti febrem cū horrore; sed non fuisse febrē verè horridam; quē admodū fuit antecedens; quod porro statim contigerit anxietas summo iure factū est; quoniā nil est, quod aequè labefactet ventriculū, vt Arist. & Gal. docēt, atq; immo derata & importuna Venus; sicut potus nimis prauorū humorum corruptioni occasionem praebet, vt hinc prauū humores in stomachū pulsū, ab eoq; alioquin imbecillo suscepti, eius statū peruertant, sicque anxietatem pariant, quae vbi adest, minimè potest somnus fieri, quod continua uexatione angantur aegrotantes, atque huc, & illuc agitati requiē nedum somnum haud inueniant. De liti dicendū est non sitiuisse adolescentem, donec cale-

A factus tantū, hoc est parum febricitans fuit, praeter quam quod multi potus qui antecesserant potuerunt ita gutturē, fauces, atq; stomachum irrigasse, vt per multos dies sitiendi potestas omnis ablata sit.

PRIMA DIE. Primam diem à decubitu esse intelligendam non dubito, quasi quae nuper sunt narrata, contigerint antequam decumberet; iam verò, quae ab hac prima die vsque ad decimam habuit adolescens symptomata, fuerunt multa, & diuersa; & iccirco variis quoque diebus euenerunt; nec ab re est existimare eodem ordine, quod ea narrat Hippocr. accidisse, aut saltem manifestius esse visa. Prima itaq; die exiuerunt ab aluo multae foeces cū multa circumflua humiditate viscida, & sequentibus. adhuc diebus multa similiter erant, sed aquosa bile tincta; sic. n. interpretandam esse vocem *ὕατοχλοα* quali (aquiriuria) innuit Galen. in ling. iam uerò multae foeces erant accumulatae ob antecedentē atq; prauam viuendi rationē, quae pariter effecerat, vt crudi, & multi visci di fucci essent tā in intestinis, quā in stomacho cumulati, qui postmodū inter exeundum ipsis foecibus obuoluti fecerunt id quod appellare solet Hippoc. *αερίπρῶον*. Eductis foecibus multis prima die, meritò sequentibus, non amplius foeces, sed aquosa & biliosa excrementa prodibant in corpore, diu ob complures errores commissos collecta.

VRINAE. Post foeces solet Hipp. frequenter subiungere vrinarū statum, quarum omnium (vt alijs dixi) cognitionē, atq; obseruationem semper magni fecit Hipp. praesertim in febrilibus morbis. Habuerunt autem vrinae tres conditiones, tenuitate, paucitate, decoloratione. Erant tenues, paucaeque, quia magna pars humoris crassioris, & serosi ad aluum ferebatur; id. n. compertū est, & ab Hipp. scriptum multā mictionem significare paucam egestionem, & è contra: Erant uerò decoloratae, quoniam summa erat cunctorū succorum cruditas & bilis ad aluum ferebatur, vbi excrēmēta reddebat colorata.

SPRITVS. Gal. secundo de diff. resp. c. octauo, diligenter hanc historiā examinans duo considerat hunc adolescentē habuisse distensionem quandam submollē circa hypochondrium; ac perpetuā desipientiā, eamq; satis insignem; talem autē hanc fuisse probat tū quia moderata, & lenis. morbus erat, in quibus hominib. quodlibet vel leue delirij solet esse graue, vt in Praed. lib. primo, & in Coac. habetur, tū quia inquit decima quarta die *παρήρην*, & *παρήρην* uigesima uerò *εἰς φρενίτιν*, i. furiosè insanauit. Jam uerò teno hypochondriorū debebat facere respirationem paruā, & celerem: sed quia hic affectus à delirio superabatur; ideo erat respiratio magna, & rara, cuiusmodi esse delirantium respirationes iis in libris saepe monstrauit Galenus cum delirantes obliuiscantur respirare, vnde raritas, ac postea omniā respirationem magnitudine compensare satagant; quae uerò esset tenso hypochondrorum submollis, ex figura illius conici potest; siquidem vbi viscus, ipsa tenditur, aut viscosa quae sunt figurae potius teretis, tenso similiter rotunda uidentur: vbi uerò muscoli superpositi, qui longi sunt; similiter, & figura oblonga conspicitur; vt hinc colligatur a facis crudis, & copiosis non tantum visce-

ra, imo potius musculos superpositos, utriusque lateribus fuisse repletos, ac propterea tenfos, quae tamen tensio haud erat ingens, sed submollis, neque erat dolorosa, aliqui id dixisset Hippocrat. neque septum transtuerium premebat; ut ob hoc valde superaretur a delirio magno, & consequenter secundum huius naturam respiratio mutaretur; & certe verissimum illud est quod prae alius adnotauit Gal. loco citato, adeo Hipp. fuisse diligentem in describenda hypochondriorum specie tensionis, necnon delirio, quoniam iure potuisset dubitari, quae species difficultatis respirationis fuisset, an sequens delirium, an hypochondriorum affectionem.

**CORDIS PALPITATIO.** Valefius certe in hac historia interpretanda valde dormitauit, etsi Galenum uidisset tum in hoc ipso comm. tum cap. octauo secunda de diff. resp. haud forsitan in tot errores incidisset. Etenim quomodo potuit, ut ipse profiteretur iste adolescens laborare inflammatione vlla uiscerum cum careret dolore, & figura tensionis esset oblonga? Praeterea falsum est, quod quando Hippocr. ait ipsum fuisse moderatum, & taciturnum intelligat in delirio, imo ut ait Galen. addidit illud ad indicandam delirii magnitudinem; quia i) qui a natura lenes, & mites sunt, nequeunt nisi a potenti causa delirare: neque valet si fuisset modestus, & moribus mitis non debuisset ipsum adeo in venere & potu errare; quoniam, ut dicebat Comicus; conuersationes, & colloquia praua corrumpunt bonos mores. Illud certe dubitatione dignum est, quomodo potuerit esse, ut perpetuo palpitatione cordis afficeretur, & tamen haberet magnam atque raram respirationem, siquidem palpitatione quae cordis celerem, & inordinatam efficit pulsus, respirationem quoque similem faciat necesse est; neque dici potest fuisse etiam hunc aestum cordis ut tensionem hypochondriorum a magnitudine delirii superatam, quandoquidem cordis palpitatione est affectus vehementissimus, ita ut nonnquam statim strangulet; augeat quoque difficultatem, quoniam non contentus Hippocr. dixisse *πυλωδία τ' ελας* addidit *συνεχης*, s. fuisse palpitationem continuam, & per totum morbi tempus; Et certe miror Gale. praeteriisse silentio huiusmodi non exiguam dubitationem; praesertim cum ipsemet quinto de loc. aff. in fine cap. secundo post longum de palpitatione cordis discursus, dicat in eo affectu spirationem fieri magnam, densam, atque celerem. Ad hanc grauem dubitationem a nemine visam dissoluendam diu cogitavi, & nihil inuenire potui, quod mihi plane satisficeret: unde in suspicionem magnam ueni, contextum esse deprauatum, forteque particulam *διω τ' ελας συνεχης* transpositam esse, aut additam; ac debere ad tensionem hypochondriorum non palpitationi, siquidem palpitationes, & praesertim cordis cum fiant a vaporibus crassis haud possunt diu durare, sed cito finiuntur, vel finiunt; ut ibidem Gal. docuit, neque inconuenit, quod fuerit toto morbi tempore spiratio magna, & rara ac aliquando correptus sit palpitatione cordis, quae breui durauerit; Nisi dicamus admodum exiguam fuisse cordis palpitationem ita ut spirationi quidem magnae facien-

dae conferret, haud tamen faceret eam celerem, atque densam: vel potius non fuisse veram cordis palpitationem, at ita vocatam esse ab aestantibus. (cordis) in reddenda magna respiratioe veluti tremorem; quod enim dicebat in Timaeo Plato pulmones iuxta cor fuisse collocatos, ne in palpitationibus rei durae appellens laederetur, iure ab Arist. videtur non probatum tertio de part. anim. cap. sexto, ubi scribit solum homini cor palpitare, quia solus spe rei futurae tenetur; quamquam in lib. de spiratione, circa finem de palpitatione visus sit sentire idem, quod medici nempe eam fieri ab habitibus, & magis in iuuenibus, quam in senibus.

**MINXIT OLEOSVM.** Supra dixit urinas fuisse tenues, paucas, atque decoloratas; unde cum nunc dicat fuisse oleosas, credibile est tunc locutum esse de urinis priorum dierum; modo autem loqui de illis, quae fiebant circa octauam & nonam diem; quando iam magnitudine, atque diurnitate febris carnes & pinguedines aliquae colliquatae, & ad vesicam transfusae urinae oleum referent praesertantur.

**DECIMA.** Ut antea dicebam aliqui contextus non habent hanc diem decimam notatam, aliqui tamen habent, & praesertim, quod maximi facio) habet Gal. secundo de diff. resp. octauo, dicit igitur Hipp. hunc adolescentulum decima die leniter delirasse, alioquin moderatum, ac taciturnum exultentem; sic. n. intelligit Gal. non autem quod in delirio esset compositus, ac taciturnus, ut putauit Valefius; nam ut Hipp. primo progn. & initio de off. med. docuit, & Gal. ex Platone confirmauit ualde interest considerare similitudinem & rerum dissimilitudinem pro cognitione assequenda; sic. n. dicebat contentendam esse aegrotantium faciem an similes, vel dissimiles sui sit, & primo pror. & in Coac. dicebat deliria eorum, qui alioquin sunt natura moderati, esse pessima.

**CVTIS ARIDA.** Habuit nona dies urinas oleosas, quae ex colliquatione a magna febre tales reddebantur: unde iure fiebat cutis arida, s. carnis, & pinguedine consumptis; solaque cutis sicca remanente, & circumtensa, quod signum inter pessima recenset Hippocrates primo progn.

**EXCRETIONES MULTAE.** Inter ea quae occurrerunt non ita continua inter decimam & decimam quartam fuerunt excrementa mutata; nimirum excretiones alui, quae partim fuerunt multae, ac tenues; aliquando autem biliosae, & pingues: Fuerunt copiosae, ac tenues, deinde biliosae, & pingues, quia licuti ubi uis ignis aliqua defussatur prius aquosa, & mucosa multa exeunt, deinde olei, aut oleo similis substantia; haud secus ubi in corporibus, ab igne febrili humores, carnes, & pinguedines torrentur prius aquosa, & serosa humiditas educitur; deinde pinguior, & crassior, cuiusmodi est bilis, & pinguedo: unde cum adolescens hic febre maligna, & colliquante laboraret; non est mirum si post decimam diem huiusmodi feces apparuerunt, quales dixit Hippocr. & Galen. hoc in libro apparuisse plerisque, & quales etiam dicit octauo med. loc. sexto, fieri in pestilentibus febribus.

**DECIMA QUARTA.** In malignis febribus, haud minus, quam in aliis diebus decretorii suam potestatem

testatem ostendunt, ut nunc decima quarta, in qua dicit Hippocr. cum ea fuisse exacerbata, & praesertim delirasse, multaque fuisse oblocutum.

**VIGESIMA.** Vigesima, quae est septima per coniunctionem a decima quarta, ut millies dixi, est non modo iudicatoria, verum etiam vltimus terminus decretoriorum in acutis: itaque vix unquam reperietur Hipp. eam omittere: cum in ea semper insignes appareant mutationes; ut in praesenti casu; in quo cum phrenitis decima die paulatim inchoasset post decimam quartam suscepisset incrementum 20 tandem consummata apparuit, quando quidem iam furebat, manus iactabat, atque ut dicit Horatius de illo suo phrenitico pugilem agebat; cum enim phrenitici, ut dicebat recte Caelius Aurel. cerebri membranae vehementer percellantur, & quasi diuellantur, animus errans; seque a praesentibus, laedi praue existimans, haud secus ad eos viciscendos, atque aduersus inimicos, & sese percutientes insurgunt, sicque eos, & pugnis ferire, & quocumque modo possunt lacessere, atque caedere nituntur, & hic est ille *επιπρωτος*, quem saepe in insanientibus, & phreniticis commemorat. Sed praeter maniacos furores habuit miser adolescens alia non minora mala, quoniam urina penitus suppressa est, & modicos potus continebat; Quod urina supprimeretur, potius fecisse tum ipsius mentis alienatio, & a functionibus abscissio, cuiusmodi saepe vsu venit etiam in sanis, & alicui rei nimium intentum mingere, & egerere obliuiscantur; tum quod partes etiam functioni mictionis famulantes essent, nimium vitatae, atque exsiccatae. De potu vero arbitror nomine illius coepsecti forbitiones omnes alendis aegris idoneas, quarum exiguum aliquid continebat; non quod vomitu reiceret, quandoquidem in moribus similibus minime fit vomitus, sed quia ob siccitatem attrahere, atque in stomachum demittere non poterat; unde licet eas caperet, & aliquantisper ore contineret, eas tamen paulo post reiciebat, & exiguum quid earum ad stomachum demittebat, quemadmodum quotidie in morte proximis obseruamus. Eapropter existens

in huiusmodi signis exitalissimis rationabiliter vigesima quarta, quae est uigesimae quarta, interit. Sed quaerendum est, quo genere mortis obierit in marasmo, an suffocatione; praeterea cur cum pessima, & colliquatiua febre laborauerit, nihilominus in fine addit, phrenitis, quasi praecipuus, ipsius morbus phrenitis non febris fuerit. Ad primum dicendum est proculdubio consumptione hunc esse mortuum, siquidem praeterquam quod colliquatio ingens, quae praecessit, id videtur satis clare indicasse; affuit etiam illa continendi forbitiones impotentia, quae omnia eximiam siccitatem, necnon deglutientium impotentiam sequuntur, & significant. Phrenitis etiam quae non a principio fit, fed morbum iam ante diu factum consequitur id habere solet, ut non minus propria morbi natura, quam immanibus illis agitationibus, corpora absumat, & ad summam siccitatem perducat. Unde saepenumero inter illos furores mortui citra vllam anhelitus difficultatem, quae suffocationem necessario antecedit, concidat.

Ad secundum vero dicere oportet id quod aliis ad-

notauit Gal. plerisque in locis, & praesertim septimo aphor. 42. & quarto aphor. 66. 73. & tertio in primum Epidem. veteres non appellasse inflammationes nomine februm, licet sibi perpetuae comites sint, sed proprio nomine, ut *πυλωδία, πυλωδία* quandoquidem et si febres maximae sint, semper tamen maior morbus est praesentis partis inflammatio: ut propterea Hippocr. voluerit nos monere potissimum morbum, qui in mortem hunc praecipitauerit non tantum fuisse ipsam febre, quantum phrenitidem, quae decima die inchoata, & deinceps semper aucta tandem ad necem perduxit. Curatio, quae debuerit esse praesentis adolescentis non est arduum comprehendere: primum enim victus institui debuit, qualem in morbis acutis conuenire dixi millies, cum vini abstinentia quidem; sed cum cibis vberius alimentibus, non autem onerantibus: nam qui multa venere vsus fuerat, ac propterea viribus haud parum detraxerat, quomodo posset morbi violentia sustinenda sufficere absque vberiori alimento minime apparet. Itaque statim & oui vitellis, & iuribus, & pane loto vtendum fuisset; ita tamen, ut modus, & mensura debite seruarietur, quod vires, & stomachus a venere nimia debilitati largiores cibos, & potus conficere nequeant. Cum autem prima die alius copiosa stercora fudisset, ac diebus etiam subsequentibus satis soluta fuisset, haudquaquam medicus de ipsa emollienda sollicitus esse debuisset; sed statim de sanguinis missione vel facienda, vel omittenda fuisset deliberandum: etenim ex vna parte aetas adolescens, s. vltra decimum sextum annum permittebat, morbi magnitudo requirebat. Ex altera parte vsus fuerat recenter multa venere, quae mirum in modum vires exhaurire confuevit. Itaque in hac debuerat elegissimum mittere quidem sanguinem, sed non per lectam venam, verum per cucurbitulas scarificatas partibus inferioribus administratas; quantum enim conferat in pestiferis febribus huiusmodi sanguinis missio perspicue docuit ex Herodoto Orbasius, quo in genere vesicantia pariter contulissent, tum ad alia symptomata lenienda, tum maxime ad illam cordis palpitationem compescendam; & quia phrenitici factus est firmata in capite ipso inflammatione, optimum fuisset remedium etiam frontis venam incidere, omniaque genera diuersionum ligaturis, & lotionibus extremorum moliri, & ipsi capiti oxyrhodina accommodata fuissent adhibenda. Ad haec intus conuenissent ea, quae refrigerare queunt, necnon putredini, atque humorum prauitati resistere. Tandem fuisset deueniendum ad gallum vel pullum columbinum depilatum capiti derafo adhibendum; in qua re et si alii malint viscera castratorum adhibere, alij autem neutrum probent, laudo tamen in casibus desperatis interdum omnia tententur, quae inflammationes cerebri discutere blandè ualeant. Atque hic finis esto explicationis earum historiarum, quae ab Hippocrate in primo & tertio Epidemiorum tanquam in libris vere germanis recitantur, & numero sunt quadraginta duae.



## LIBER IIII EPIDEM.

**P**OST Aequinoctium, & post Virgiliae qualia exedentia & mucosa, quae caput perumperunt, secesserunt supra aurem. Ei apud Leocydem in pede. Phanodico digiti in pede in pectore: Qui tibi- am sectus est, haec quidem & denigrata fuit; erat magnum aliud in externo tibiae, & posterius persuadebat: postquam purum factum est, lateris dolor, & pectoris secundum rectitudinem ministri, & febres. obiit a febre. Biliosum Restiario saturatum, & vistoria adhibenti circa Aequinoctium infra sanguis multus secessit. Seni valde vehementer secessit, non ultra quatuordecim dies: Signato ab Antiphilo caustico iudicatio septima bilioso, & typhoso. Tertia post iudicationem, vel sic sanguinem expuit: seruatus est: & recidua post facta est, iudicatus fuit (vt par erat) circa Virgiliarum occasum primo. Post Virgiliarum autem occasum biliosus in furorem, iudicatio. euasit nona sine sudore. Circa Aequinoctium Chalcedonius a portis translatus in forum rapture circa mammam dexteram dolens expuit aliud, & aliud sub viride; ventet. sudor qui inceperat septima, habuit multa vsque ad octauam, iudicatus est decima quarta: Circa verò quadragesimam intumuit circa aures sibi utraque, non praeter verisimile visus est suppuratus fore, non factum est. Pectus Aristodemo vltimum est. Filio Philidis abscessit ex casu & huic. Praeexistebat autem dolor quidam supra. Post Aequinoctia autumnalia recidiuae, & alias vsque ad solstitia hiemalia cum Sole aestiuo Acheoli vxor sexta abortum fecit, sanguinea existens, & horrida, & sudores, iudicatio decima quarta; quot mensium esset haud noui; Masculum autem & alium ad viginti dies dixit, si vera, non noui. Circa Solis conuersiones hiemales borealia erant. Ictericus fiebant saturate, & hi quidem horridi, hi verò non: linguae combustae tertia: & turbationes circa sextam & septimam, & hi longe extendentes. Decima quarta alui renitentes, & in pharmacorum administrationibus non obediens. secundum rationem febrium. & sine sudore: Lienes sunt quibus parui ad hypochondria dextera extensi, & ad manum submurmurantes; sanguisui, & vrinis purgatio, & iudicatio: multo autem magis deorsum tendebant: Etenim hoc contigit sub hoc tempus; quibus non sic erat: Lienes autem eleuati: sanguinis fluxus ex sinistra: Sol conuersus est hiemalia hiemaliter in borealibus: paulo post autem austrina erant ad dies quindecim: post haec autem nix quatuordecim diebus. Circa haec anni Ictericus saturati non iudicati integre, facile reciduanes. Post verò niues austrina subsecuta sunt, & pluuiosa: Cotyzae eruperunt, & cum febribus, & sine febribus. Vni autem cuidam & in dentes, qui & a medio doluerat ad dextera, & supercilium, & oculum. Erant verò & raucedines, & fauces inflammatione laborantes, & spongiae vocatae atollebantur: & ob aures, & genam tumores molles, & cum febre subsidebant: Incipientibus febrile facta sunt sursum, & ad altera multa horum; & spongiae sunt quibus sub autumnum, & hiemem, quin etiam & furfuracea: sexta Virgini iudicata. Sexto recidiuauit: iudicia autem facta sunt per sextam. omnia in his temporibus sextenaria octonaria iudicabantur. Circa Virgiliarum occasum,

Meandri

Meandri coeci vxor statim viride, & statim purulentum expuit circa sextam; & iocinoris fermentatio, & deorsum deiectio pauca. Caro purulenta supra, pauca, alba, lata excreauit, cibos auersans. obiit prope vigesimam.

EIVSDEM PRAELECTIONES ALIQVOT  
IN INITIO QVARTI EPIDEMIORVM  
VTILES, ET ERVDITAE.

**P**OST AEQVINOCTIVM. A Aequinoctio loquatur, & an de ortu, vel de occasu Pleiadum non est manifestum; suspicor tamen & de Aequinoctio autumnali, & occasu Virgiliarum esse eum intelligendum, quando quidem inquit post Pleiadas, hoc est post recessum earum, adeo vt haec sit Hippo. germana sententia, quae eo tempore post aures prodierunt fuisse exedentia, atq; mucosa, nec non caput aperuisse. Videndum autem est, cur parotides tunc potissimum fuerint ita saeuae, vt excederent, & ossa capitis denudarent, & cur ei qui propè Leucydem habitabat; necnò Phanodico potius haec mala in pedu digitis, atq; in pectore apparuerint. Ad primum posset responderi quod dixit idè secundo Epid. Autumnu propterea esse vocatum *Συμπύδην* non modo, quia tunc *βίπυα*, i. lumbrici abundant, veru etiam quia morbi ferini, vt sunt cancri, atque vlcera alia pessima, & ferina euadunt; sed fuit alia ratio, s. praua natura pestilentiae: etenim id comparatum est natura, vt vnaquaeque pars à se depellat noxiu, quod quanto deterius est, tanto remotius, & vehementius depellitur, donec in aliqua parte consistat; vnde amplius detrudi nequeat; sunt autè huiusmodi partes tum glandes, tum extrema, & laxa cuncta in quibus materia praua adhuc ebulliens, & subinde perniciosiorem naturam acquirens eas exedit, & consumit, vt his contigit, quibus, & partes capitis post aures, & digiti pedum, & pectoris extremae partes ab humore pestilenti contactae, & contaminatae non absque ratione fuerunt consumptae; & non ita pridem nobilis quidam de Caponibus Florentiae ex febre pestilenti incidit in vlcera magna pectoris, & coxarum exedentia, quae ipsam pluribus mensibus atrocissime vexarunt, ita vt non semel de vita penè desperatus fuerit, qui tamen seruatus est.

**QVI SECTVS.** Vtrū haec verba pertineant, ad Phanodicum antea commemoratu; an verò fuerit alter dubium esse potest; ego verò puto omnia haec sequentia pertinere ad nouum, & diuersum à praecedentibus duobus casum; cuius viri nomen cum aut ignoraret Hippocrates, aut oblitus esset illum designare voluit per accidentia, quae sibi occurrerunt; Fuit autem (ni fallor) casus hic, quod in febre pestilente factus est cuidam viro tumor in extrema, & carnosa cruris sinistri parte, qui tumor corruptus, nò suppuratus partem illam denigravit: vnde quemadmodu fit in gangraenis medici partem illam emortuam, & denigratam secare, & abscindere coacti fuerunt, adeo vt magnu vlcus remaneret, quod cura tum diligenter, atq; depuratum, & ab omni mortua

R 3 parte

parte emundatum est, verum post emundationem dolor lateris, ac totius sinistrae thoracis partis, quae secundum rectitudinem correspondebat cruri sinistro, consecutus est; similiter, & febres perrexerunt; quae tandem miserum aegrotantem ad interitum perduxerunt; atque haec est germana, & vera series praefectis historiis ab Hippocr. nobis breuiter, nec admodum clarè propositae; circa quam nonnullae vtilis contemplationes occurrunt; quare prima est, vnde facta fuerit denigratio illa, quae solet esse communis partibus cunctis gangraenatis. Secunda est, quae fuerit causa quamobrem depurato ulcere, eoque magno, nihilominus secutus sit lateris, atque sinistrae thoracis partis dolor; nam videbatur potius secus contingere debuisse, si humus abscessus conditiones expendatur, qui sit magnus, in parte infra morbum, in parte sinistra, & externa, atque depuratum est, quas omnes conditiones Hippocrates secundo Epidem. tanquam optimas, atque salutaris celebrabat, ita vt dixit naturam saeuissimos morbos hac via curare. Tertia est, cur Hippocrates in fine addiderit haec verba (à febre mortuus est) *α πρὸ τῆς ἀπὸ πυρετοῦ*. Circa primam scire oportet id quod frequenter dictum est non tantum à medicis, verum etiam ab Arist. lib. de color. & vltima probe. scilicet vbi duo genera nigredinis corporum nostrorum facere videtur, alterum à putredine, & siccitate, alterum a calore vrentis; illud enim fit, quando sanguis, & humor putrescentes, & consequenter sicciscentes omnem amittunt splendorem, atque luciditatem, cuiusmodi contingere videmus non tantum in corporibus humanis, verum etiam in plantis dum senescunt; Hoc verò fit, cum a caloris seu ignis, seu Solis immo dica vi consumitur humidum illud aerium, & aqueum, quod rebus affert splendorem, vt carbones ab igne, & corpora hominum à Sole; quamquam non me latet, aliquos esse plagarum temperatarum incolas, vt Americanos, qui nihilominus nigri sunt, potius ob feminis vim, aut vitium, quam ob aliam causam; quibus sic constitutus certum est, nigredinem, quae consequitur gangraenas, non ab alia causa pendere, quam à putredine eximia facta, vel ab ingenti aliqua inflammatione antecedente, & natuum partis calorem extinguente, quo priuatus humor cum non custodiatur ab igneo, & praeter naturali calore superatur, tandemque siccificat, atque est causa propter quam ab aegritudinibus prauis & peluiferis homines statim deslorantur, & nigrescunt; sicut contingit in casu proposito. Ad secundum dicendum est propter tres causas abscessus etiam aliquo optimos non posse interdum penitus morbum finire: vna est, quando materia est vsque adeo copiosa, vt nequeat tota in abscessu contineri, sed relicta in partibus vnde mittebatur, ibi sua prauitate summo perleat; altera est quando materia est adeo tetra, & inquinata, vt nequeat ad veram suppurationem deuenire; vt enim vera suppuratio non reuertitur, quemadmodum dicit Hippocrates sexto Epidem. quia in ipsa est coctio crasis, & abscessus, sic econtra fit in suppuratione spuria, & mala. Tertia causa est, quando partes mittentes vni ob morbum nimium imbecillae, quam vt possint vniuersam ma-

teriam à sese depellere, verum aliquam ipsius, & magnam partem apud sese retinent; porro quanam causa fuerit, cur in proposito casu optimè curati viceris, & abscessus tamen dolores lateris sinistrae, atque tandem mors, secuti sint; puto fuisse maximam copiam prauis & melancholici humoris, qui non modo erat iam pridem cumulatissimus circa hanc, & loca ipsi proxima, verum etiam in dies magis, atque magis cumulabatur, tam ob partis illius labem acquiritam a pestifero morbo, quam ob propriam illius partis atque visceris infirmitatem, & certè illud verum est, quod etiam ab Hippocrate proditum inuenitur henosis fieri in cruribus vlcera praua, nec non oris, & gingivarum foetorem. Ad tertium dicendum non abique optimo consilio Hippocratis addidisse hunc a febre fuisse peremptum, quoniam cum post viceris cruris sinistrae depurationem factus sit dolor lateris sinistrae, atque thoracis, simulque febres factae, & auctae sint, poterat iure à cunctis dubitari, an illo nobilissimis partis dolore, an potius vi ipsius febris aeger fuisset peremptus; vt autem huiusmodi dubium tolleretur, voluit in fine adiacere eum à febre fuisse sublatum. At quae fuerit ratio cur potius febris, quam dolores mortem attulerit, non est ita difficile coniectere, quandoquidem verisimile est maiorem teterrimae illius materiae partem fuisse consumptam in abscessum, quodque reliquum erat, nec ita perniciosum extitisse, nec tam copiosum, vt potuerit suapte vi interire; verum quia corporis vires ab antecedente pestifero morbo erant fractae, non arduum fuit, ut superueniente uel noua, uel saltem multo maiore febre penitus euerterentur dicente Hippocrate, quod ubi nouus morbus aegro iam ab altero morbo debilitato superuenit, illum plerumque perdit; & putandum est Hippocr. uoluisse hunc casum licet breuiter adnotare, tum propter sui raritatem, tum quia ex ipsa eliciuntur praecipua utilissima ad partem faciendam; nam illud in primis colligitur, morbos pestiferos saepenumero definire in abscessus perniciosissimos, & horrendos; qui partes, quas tentant, ex toto perdere solent; vt narrant Thucydides, & Lucretius de Atheniensium peste; in qua complures genitalia amittebant. Alterum est interdum quidem aegrotantes euadere ab huiusmodi abscessibus; sed interdum etiam si rectè purgentur ulcera, atque ad sanitatem perducantur; minime tamè rem esse tutam, nisi quoque febris abscedat, qua durante periculum quoque semper duret necesse est: est enim commemoratus ab Hippocr. hoc in loco aeger in reliquis ulceribus commodius habere uideretur, quia tamen febris non modo durabat, uerum etiam auctior facta erat, dicit Hippocr. ipsum à febre interisse. **BILIOSVM RESTIARIO.** Certum est hanc particulam esse ueluti portiunculam alicuius historiae, cuius hanc tantum partem adnotatione digna iudicauit Hipp. scilicet quod restiario biliosum saturatum prodierit. Itaque uidentur quid sit in hac parte quod meruerit ita adnotari; id uero ut intelligatur operaeprecium sciamus, quid significet Restiarius siue restio, & quid *κατακόρη χολιδέσ*. Iam uero *χολιδέσ*, siue ut uocat Plutarchus in lib. de

tran-

tranquil. *σχινοσπόπος* est ille, qui funes ex sparto necit; sunt autem huiusmodi artifices pauperissimi, atque artem sedendo, vt plurimum exercent, unde ob paupertatem cum herbis, aliisque paupertinis cibis uescantur, corporaque minime exerceant, fit uo necessario cumulent succos crudos, frigidos, pituitosos; sic enim Martialis appellabat fabrorum praedia, betas; Porro ut Galenus docet in linguis, atque alibi saepe uocat biliosum saturatum, quicquid merè, & ualde biliosum est, siue sit excrementum, siue humor, siue corpus. Itaque iuuenis' cibis optimis, & calidis uictans, minime mirum est, si & corpus, & excrementa merè biliosa habeat; atqui uirum inopem herbis, aliisque frigidis edulis uescentem euadere ualde biliosum, est certe praeter rationem, praeter usum, & ob id non exigua admiratione dignum; unde Hippocr. uoluit hoc quoque adnotare, ut doceret fieri quoque interdum aliqua in arte quae uidentur a ratione alienae; cum tamen penitus ratione haudquaquam careant. Sed quaeret aliquis, qua ratione potuerit fieri, ut Restio uaserit adeo biliosus; Cui respondendum est, eadem ratione contingere posse, qua interdum obseruatur hydropticus ingentem bilis uim proferre, ac pruritu laborare, ut Hippocr. secundo Epid. scilicet quod obstructum iecur, ac propterea febrili calore affectum partim aquam producat ob natui caloris defectum, partim bilem; imo uero quo pacto dicebat idem Hippocr. tertio acut. ac tertio de fract. aquam biliosam conuerti in bilem; sic ferocis postulum interdum hydropticus ob febris uehementiam ipsam aquam in bilem conuertit; non dissimili ergo ratione dicere possumus Restioni illi euenisse, ut produceret bilem sinceram, tum ob cibos ualde biliosos; cuiusmodi nasturtium, allium, & caepae; tum ob succos crudos, qui iecur obstruunt, eiusque feruorem augentes generandae bilis occasione attulerint.

**ET CAUSTICA AFFERENTI.** Vtrum haec particula superiori copulanda sit; an uero tantum sententia separata accipienda, certè non parum dubito, & potius inclinatur animus, ut sit superiori coniungenda, quasi haec sit sententia; Restiarius biliosa saturata profudisse, cumque ad bilem illam euacuandam causticum medicamentum adhibuisset, cuiusmodi est granum Cnidium, quo utebantur ueteres tum ad educendam bilem, tum ad urendum, ut ex Plinio constat, factum est ut aequinoctio sanguinis multus deorsum profluxerit, scilicet medicamento uenas haec morrhoidales aperiente, aut iecore ab ipso excitato sanguinem ad intestina pellente; de quo autem aequinoctio loquatur, & de qua inferna euacuatione, scilicet an de posteriore per annum, an uero de priore per uescam, quaeri possit; & si de posteriore intelligamus uideretur aequius autumnale aequinoctium interpretari, quoniam & si dicat Hippocr. tertio aphor. sanguinis fluxiones fieri uere; scimus tamen autumnum fieri potius humoris omnis melancholici per sedem euacuationem quam ullo alio tempore. Iam uero a medicamentis causticis sumptis fieri sanguinis minutiones, & non rarum est, neque a ratione alienum, cum Galenus quarto de simpl. med. scriptum reliquerit, aspara-

gum syluestrem usque adeo urentis facultatis esse, ut sumptum sanguinis minutionem producat; Quare siue aequinoctium uernale, siue autumnale intelligamus; & siue sanguinis exitum a uescica, siue a sede accipiamus, sententia uera est, caustica medicamentum sanguinis exitum a partibus inferis parare; sed quid si caustica etiam extrinsecus adhibita idem praestare fateamur? Certè cantharides in bursa delatas sanguinis mictum aliquando fecisse non ignobiles auctores tradunt; quod licet tribuatur archanae cuidam ipsarum facultati, certum est tamen etiam facultatem uistoriam habere; unde fit, ut quando uescicantia ex iis conflata applicamus quibus partibus externis, & extremis sanguis saepe mingatur. Et sinapismi solent, atque dropacismi intemperatius adhibiti solent sanguinis profusionem, tam ante, quam post excitare; quamquam non id semper faciunt statim, sed interdum aliquo post tempore, ut huic Restioni potuit contingisse, qui uel hieme, uel aestate usus caustico, aut extra, aut intus, autumno tantum habuit sanguinis ab infernis partibus exitum, atque eum copiosum, quoniam uis medicamenti diu in corpus laterum grassata, potuit in gentem alicuius uasis, aut uasorum producere hiatum, unde postmodum sanguis satis copiosus emanarit, quamquam si attente graecus context. confideretur, particula *κατακόρη*, i. circa aequinoctium, coniungenda est cum antecedentibus, non subsequens, quasi uoluerit dicere Hippocr. cum Restio ad purgandam uiscera adhibuisset circa aequinoctium caustica medicamenta, tunc sanguinem multum ab infernis partibus profluxisse, qualem euacuationem a medicamentis nimium purgantibus, & calefacientibus non raro fieri obseruatum. & ab Hippocrate libro de nat. humi. disertè traditum est.

**SENI VALDE.** Senum corpora aut non tentari peste, ut dicit Plinius libro septimo. cap. 50. aut multominus coeteris uerisimum est, siquidem pestis, quae uim ingenti putredine habet, corpora senum frigida, & sicca ob idque a putredine suscipienda ualde remota minus depascitur; unde tantum rem miram, atque raram uideretur hac breui dictiuncula nobis proposuisse Hippoc. quod senex non modo sit peste captus uerum etiam ea saeuissima, ita ut partes ipsius corporis, nec paucae; nec ignobiles abscesserint, & ipse quoque sentio cum uiro doctissimo, uocet *απὸ τῆς ἐπὶ τῆς ἡμέρας* id significare; Quod uero dicit non ultra decimam quartam diem putant aliqui significare uoluisse praedicatum senem haud potuisse decimam quartam diem praeterire, quin obierit; atqui mihi uideretur potuisse dicere Hippocrates quod morbus, quamuis magnus esset, haud praetergressus sit quatuordecim dierum terminum, id quod non parum auget casus admirationem; siquidem quatuor eueniunt sibi raras; senex captus est peste; magna liberatus est, & ante decimam quartam diem. Quod senex captus sit peste rationi consentaneum est, cum aegrotauerit in pestilenti constitutione, quod uero fuerit magna ex eo potest facile coniecti, quoniam partes corporis, ita sunt ut pestis corruptae, ut ab ossibus abscederent, seruatus autem est

ante decimam quartam, tum quia tota materia uirulenta, & pestifera per eas partes expulsa, & consumpta est; tum quia ea dies est terminus morborum acutorum, quamquam non ita intelligendum est, ut ante eam diem secuta sit integra sanitas; sed quod factus est iudicatorius abscessus per quem apparuit senem iri seruatum debere.

PERCVSSO AB ANTIPHILLO. Historia quam hoc in loco proponit Hippocr. ita est mutila, & obscura, ut certe ingenium Hippocr. minime uideatur referre, uel si Hippocratica est, fuit ex iis, quae post ipsius mortem sunt inuenta in chartis, ac tabulis, quaeque soli sibi propterantur sunt adnotata. Si uero mihi licet, qualis fuit casus, coniectari, plane dicere hunc fuisse, scilicet quandam feruum stygmaticum ab Antiphilo uisum, qui bile, & febre typhoide laborans nihilominus septima die fuit iudicatus: tertia autem die a iudicatione, quae fuit morbi decima expuit sanguinem, attamen euasit, ac recidua est conlecta. Prima iudicatio, quae fuit septima die facta est, ut uerisimile erat, circa Virgiliarum occasum, at post occasum usque adeo bilem creuisse, ut ad insaniam deueniret: Facta est alia iudicatio nona die post primam ita ut superuixerit. Haec est Historia, atque casus praesens, quam potius diuinari oportet, quam habere explicatam: pro cuius examine primo uidere oportet quid significet uox *στυγματις* Veteres, apud quos in usu erat habere mancipia, ubi de ipsis timebant, ne auferent, eis faciem, aut frontem inurere solebant, quo ea nota, cuius, uel quorum dominorum serui essent, eo pacto, quo equi aliaue animalia signare solems discernentur: imo etiam non in his regionibus, ubi serui emptitii possidentur in more est pariter signare, quos suspectos habent, ut scilicet si apud quempiam fugiant, is sciat ex nota discernere dominum; huiusmodi ergo seruos ueteres appellabant stygmaticas. Cicero secundo off. uocat stygmaticos, Plin. quinto Epist. inultos, Plautus in Casina facete uocat literatos, quod literae signo notarentur; Alii dixerunt in scriptis uultus, Samis Athenensium captiuis inurebant facies noctuae signo; & conuerso Athenenses Samis famoenam, quod erat nauigii genus. Igitur quod hic Hippocr. dicit stygmaticae, ab Antiphilo inulto, uult significare seruum Antiphili ab eo candente ferro in facie propter aliquod scelus, seu fugam inustum, & signatum; unde patet error Cornarii, qui translulit uulneratum ab Antiphilo, &c. nullo sensu, nullo sale; Quod autem hic laborauerit bile, rationi consonum est, quia huiusmodi signati maximè in iram accenduntur, quo fit, ut etiam febre tententur, ut contingit huic, qui febre typhoide est captus, occasione accepta ab uisione. Quae porro esset haec febris docet Hippocr. libro de aff. inter. ubi quinque illius species facit: est autem species febris ardentis cum quodam animi stupore, & extimia animi alienatione: non me laet quod id quod habetur scriptum ab Herotiano, & Galeno in exposit. ling. nempe *τῆσιν*, & *τῆσιν* dicit stuporem, aut stupidum simpliciter absque febre, ut alias usurpauit Hippocr. hoc in libro, & Galenus docet libro q. a. m. l. & t.

A Attamen cur hic potius pro ipsa febre interpretandum censeam, facit in primis illa ratio, quod Hippocrates hic loquitur de casu admodum periculoso, & de morbo qui habuit satis celeres iudicationes, ac uehementem insaniam habuit coniunctam: cuiusmodi impuro stupore nunquam fieri certum est: itaque hic seruus, qui alioquin erat biliosus ob exustionem sibi in uultu factam maximè excandescens in febre, cui erat obnoxius incidit, scilicet ardentem cum stupore, a qua tamen febre septima die fuit iudicatus, ut solent acuti plerique morbi.

B TERTIA. Quis fuerit iudicationis modus, & an perfecta fuerit, haudquaquam adnotauit Hippocr. possumus tamen coniectare fuisse imperfectam atque forsitan per sanguinis & naribus fluxum: non fuisse perfectam illud ostendere potest, quod rediit morbus tertia post iudicationem die; Factum uero esse per sanguinis fluxiones, inde licet coniectari, quod expuebat tertia die sanguinem, quasi haud e naribus proflexerit quantum debebat; sed restat magna ex parte in os per sputum exierit; id quod saepe numero obseruamus contingere, ut post sanguinis & naribus profluuium ab ore quoque exeat; nec mirum est hoc tertia die ab iudicatione contigisse, quandoquidem morbus, & sanguis biliosi erant, morbi uero biliosi, quicunque sint, semper significationes aliquas de tertio in tertium habent, ut scriptum est apud Galenū primo, aphorism. 12.

C IUDICATIOVS EST. Quod hic dicit Hippocrates est hunc seruum fuisse circa occasum Virgiliarum iudicatum ut par erat; circa quam sententiam uidentem est, quod anni tempus sit Pleiadum occasus, & cur Hippocr. dixerit par fuisse cum illo tempore iudicari. Quod spectat ad primum Hippocr. tria signa potissimum a medicis considerari mandauit Canem, Arcturum, & Pleiadas, eo quod sub his potissimum astris morbi tententur, atque iudicentur, ut ipse dixit libro de aer. aquis, & locis: Oriuntur autem Pleiades circa initium aestatis, occidunt uero circa initium hiemis, adeo ut annus ab ipsis in duas partes diuidatur in quarum altera calor, in altera frigus dominari incipiunt, quae est *διχοστασία* illa apud Theophrastum in libro de uentorum, & pluitarum signis celebrata. Iam uero cur par fuerit hunc esse iudicatum circa Pleiadum occasum, qui est finis Autumni non solum fuit causa ipsum tempus, in quo dicebat Hippocr. loco citato de aer. aqu. mutari, & iudicari morbos; uerum etiam natura aegritudinis, in qua cum utraque bilis dominaretur, ut euentus in dicauit, atque Autumnus bilis atra maximè moueatur, iure factum uidetur, ut debuere eo tempore iudicari; non quod fuerit necesse, at admodum uerisimile.

D POST OCCASVM. Si circa initium hiemis occidit Virgiliae, certum est tempus post illius occasum etiam ipsam hiemem esse iam adultam; in qua non absque ratione contingit, ut aucta sit bilis, & factum graue delirium, quandoquidem ut scribit Arist. probl. 29. & decima quarta tertio, circa autumnum, & hiemem morbi biliosi, ut sunt febres ardentis, acerbis, & periculosis tractant aegrotantes,

tes, quoniam tunc vi frigoris externi coactus intro calor fit uehementior, & ardentior, propterea quod humores etiam calidi tunc multo magis offerantur, & immaniores morbos producant; perinde atque uidemus eos, qui hieme sese in frigida lauant, aut niuem contrectant, securiores à frigido aere toto die conseruari, eos autem, qui calida lauantur multo magis externum frigus sentire.

E IUDICATIO. Quis tandem fuerit exitus praesentis casus, implicite quidem, sed non obscure narrat, nempe nona à prima iudicatione die fuisse iterum iudicatum, sed absque sudore, attamen superuixisse; morbus grauis fuit etiam ab initio, tempus non admodum propitium, & forsitan cum seruus esset, haud ita curatus fuit, quem admodum decebat. Quamobrem casus obseruatione dignus fuit, tum quia non est facta cum ea excretionem sudoris, qua solent biliosi morbi iudicari, tum quia nihilominus *πρὸς τὸν ἔσω*, id est seruatus fuit; quae omnia tribuenda fuerunt robustissimae aegrotantis naturae: solent enim mancipia ob taediorum, & laborum, quos sustinent assuetudinem, grauissimis morbis perfungi.

F CIRCA AEQUINOCTIUM. Sequitur altera historia paullo clarior superiore; quae quoniam habet aliqua utilia documenta, aequum est, & ipsam examinare. Casus itaque fuit, quod circa Aequinoctium Chalcidionius à portis delatus ad forum ex ruptione circa mammam dexteram dolens, saepe expuit materiam sublauiam, & uirentem, uenter egerebat, sudauit saepius septima die usque ad octauam, & decima quarta die iudicatus est; At quod aliquam admirationem parere potest, fuit quod quadragesima morbi die auribus parotides factae sunt, quas putabatur ad suppurationem esse venturas; quod tamen haudquaquam factum fuit. Vtrum autem hic seruatus sit minime significauit Hippocr. eapropter in examine illud quoque onus uidetur incumbere, ut uideatur si quid conijcere liceat de euentu praesentis casus.

E CIRCA AEQUINOCTIUM. Quod fuerit Aequinoctium, an autumnale, an uernale, haud certo habetur ex uerbis Hippocr. attamen si seriem antecedentium spectare placeat, licet dicere uisum esse uernale, quoniam praenarrata historia contigit hieme, & solet in narrandis historiis temporum series à plerisque seruari.

F CHALCIDIONIS) hunc fuisse à Chalcide non est dubitandum, & hunc quoque seruum fuisse suspicor; an in Chalcide autem hoc contingerit nihil refert scrutari; illud est examinandum, quanam fuerit ruptione, propter quam dicit Hipp. hunc à portis fuisse in forum delatum; Aliqui existimant fuisse corrosionem uenae à sanguine bilioso circa dexteram thoracis partem, ob quam expuebat materiam sanguineam, subpallidam, seu biliosam: sed cur hic à portis delatus est ad forum? Quare puto potius hunc, uel ex casu, uel ex aliqua percussione dum esset apud ciuitatis portas incidisse in fracturam alicuius uasis in thorace ob quam percussione à portis domum, quae erat in foro deferri coactus est; ubi saepius expuit materiae cruentam

A subbiliosam. Venter quoque similiter egerebat; nā ubi quispiam uel ex alto cadit, uel percutitur scilicet pectus uehementer, solent huiusmodi expuitiones effractus uasis concitari, & pariter alius moueri, uel prae metu, atque ingenti animi perturbatione; quandoquidem iratus, & metuentibus ventrem solere citari, docuit etiam Arist. in probl. uel quod materia ex concursu à stomacho & capite, imo etiā a thorace in intestina effusa extra pellatur, atque interdum retineatur; ex quo solent medici post huiusmodi percussiones exhibere mumiam, coagula, atque alia similia, quae vim habent prohibendam sanguinis coagulationem, & quicquid eius effusum sit in maiores cauitates, depellendi ad intestina.

C SVDOR) Qui fuerit uniuersus Chalcidionij status à die percussione ad septimam usque, an scilicet febris cum corripuerit, uel quippiam aliud symptomata, haudquaquam explicitè dicit Hippocr. arbitrator tamen omnino non febricitasse, tum quia dicit eum coepisse sudare septima die, & perseverasse ad octauam; tum quia narrat ipsum decima quarta die fuisse iudicatum; quae enim alia quam febris, iudicatio esse potuit cum solus ruptionis, & alui egestionis mentio fiat? Itaque statim à percussione coepit febrire, atque febris putrida erat, non tamen magni momenti: sed ex putredine seroli humoris concepta, quae absque aliquo insigni symptomate perseverans decima quarta die per sudorem finita fuit.

D CIRCA QVADRAGESIMAM. Cum dierum intra decimam quartam & quadragesimam nulla fiat mentio, par est existimare nisi noui accidisse; sed tantum quadragesima fuisse subortas parotidas, quae an fuerint praeteriti morbi reliquiae, & ueluti abscessus quidam, an uero nouus morbus, iure posset dubitari, at puto potius hoc ultimum fuisse, quandoquidem spacium illud quod interceptum est inter decimam quartam & quadragesimam nimium est, quam ut potuerit tam diu morbus durare absque ullo alio symptomate; nisi tamen dicere placeret occurrisse quidem alia complura, quae tamen haud ab Hippocrate commemorata sunt; quod non fuerint ita digna obseruatu, quem admodum parotides, quae prae ceteris illud tarum habuerunt, quod debuissent suppurari, cum tamen minime suppurationem habuerint; neque ualet quod Hippocr. utatur uoce *ἐπιπόδες*, quam uertunt aliqui suppuratos, & intelligunt de iis tantum, qui collectum intra thoracem pus habent, quoniam ut scribit Galenus secundo progn. contex. 59. & si proprie apud medicos *ἐπιπόδες* uocentur, quibus collectum est pus intra thoracem, attamen uocantur etiam interdum similiter quotquot habent in qualibet corporis parte pus, cuiusmodi puto nunc accipi similem. Etenim et si habuerit Chalcidionius sputum solum, & subuiriide, ac ruptionem sit passus circa mammam dexteram, haud tamen alia habuit, quae debuissent minari thoracis suppurationem, cum iam dixerimus illam expuitionem habuisse alias causas; quāquam non negarem posse etiam intelligi de uera thoracis suppuratione, quae debuere fieri ipso pectore percusso, & forsitan ex percussione facta in pectus sanguinis effusione; ob quam etiam data potuit esse

esse occasio parotidibus ob insignem consensum, qui est pectori cum auribus, vt demonstrat etiam Arist. trigemina fecunda & trigemina tertio problema. Cum igitur non facta sit suppuratio, posset aliquis sciscitari, quae fuerit huius ratio, cui responderi potest Chalcidionem hunc fuisse robustissimum pectoris, vt ob hoc si quid ex percussione in pectus fuerit effusum id totum esse per sputum expulsum, aut vi caloris, & roboris ipsius fuisse consumptum, praeter exiguum portionem illam, quae ad aures demandata ibi tumores efficit: Ex qua historia colligimus non semper esse necesse, vt empyema sequatur, vbi ex percussione in thoracem effunditur materia aliqua.

**P E C T V S A R I S T O D E M O V S T V M E S T .**  
Duos casus breuissimè complectitur Hippocr. quorundam, quibus vsum est pectus; alter fuit Aristodemi, alter Philidis filij. de priore dicit tantum sibi fuisse pectus vstum; de posteriore verò ait, eum cecidisse, & ex casu collectum fuisse pus, ac propterea fuisse vstum; puto autem subiunxisse Hippocratem hunc casum Chalcedonio, vt exempla suppeditaret vtriusque euentus, nempe illius quando ex percussione non sequitur empyema, & quando sequitur; quasi verò sicut in illo haudquaquam est necessaria vstio, ita in hoc fieri potissimum debeat: etenim illud est compertissimum non modo Hippoc. verum etiam alios veteres consueuisse ad pectoris vstionem deuenire frequentissimè in variis affectibus ipsius; maximè verò cum vel ab interna, vel ab externa aliqua causa in ipso materia collecta vertebatur in pus; & certè actio ignis & vstio praestat, vt materia illa vi caloris aliqua ex parte consumatur, ac residuum postea per foramen exustione relictum transcoletur, & paulatim euacuetur: nec abnuo hoc etiam fieri posse in formidolosis aliquo medicamento caustico: veruntamen multo celerior est ignis operatio, & quod maximum est effusio sanguinis, quae incisione sequitur necessariò vitatur, vt ob hoc magnoperè diligam in quibuslibet abscessibus aperendis vsum ferri candentis; imò verò in aliis partibus abscondendis etiam id egregiè semper praestat vt sanguinis fluxus prohibeatur, simulq; incisio celerior fiat, absque partis abscondendae insigni vlla infirmitate.

**P O S T A E Q V I N O C T I A A V T E M .** Quae breui adnotatione voluit nobis scriptum relinquere Hippocr. est, vel quo tempore ea scribebat factas fuisse morborum vagantium recidivas post aequinoctia autumnalia, vsque ad solstitia hiemalia, & post Solem aestiuum; vel quod magis ipse arbitror voluit vniuersaliter docere tempus quo potissimum fiunt recidivae esse post aequinoctia autumnalia, vsque ad hiemalia solstitia, & post aestiuum Solem, non quòd solum fiant recidivae tunc, sed quòd & frequentius & maiores, seu periculosiores fiant: loquitur autem numero plurali, quoniam qui documenta vniuersalia tradere intendunt ita loqui debent: sic etiam Virgilius dixit, humida solstitia, atq; hiemes orate serenas, Agricola; quasi documentum vniuersale traderet, debere semper is temporibus fieri huiusmodi constitutiones, si se-

lices segetes erunt sperandae. Ceterum dignum est speculatione cur potissimum fiant recidivae post Solem aestiuum, & post aequinoctia autumnalia, vsque ad solstitia hiemalia, & quod etiam pertinet ad hanc speculationem est, quoniam Aristot. prima problem. vigesimosexto, quaerens rationem, cur post vtrumque solstitium per spatium centum dierum maximè mors contingat, inquit esse, quoniam tunc maxima est vehementia caloris, & frigoris, à quibus fiunt morbi, atque pernicies. Pro resolutione autem illud primò sciendum est ea dictione (post Solem aestiuum) intelligere Hippocr. finem aestatis, quando oritur Arcturus, qui ferè coincidit cum initio autumnij; & aequinoctium autumnale, esse hoc tempore circiter finem Septembris, sicut solstitium hiemale circiter finem Decembris omnes sciunt. Iam verò quòd vere, & aestate morbi celeriter, & sine reciduatione iudicentur praeter Hippocratis testimonium ipsa etiam ratio satis confirmat, quandoquidem tunc cum aperta sine magis corpora, humores puri, & expultrix facultas valida non multo negotio contingit, vt humores morbifici consumantur, & euacuentur, sicque morbi perfectè finiuntur; contra hieme, & autumnio corporibus existentibus arctioribus, & ob autumnij varietatem variis, & copiosis humoribus cummulatis, fit vt ij retentis, & copiosis existentibus haudquaquam possint citò, & perfectè consumi, atque hoc est quod dicebat Hippocrates secundo aphorismi. vigesimoquinto, aestiuas quartanas esse breues, autumnales verò longas, praesertim quae ad hiemem attingunt; sub nomine quartanarum intelligens, vt exponit Galenus, omnes alios morbos; Quo verò ad locum Aristotelis pertinet, semper existimavi numerum illum esse corruptum, quandoquidem si bis centum dies anni capiamus, erit maior eius pars, sicque morborum pars maior semper erit lethalis, plurimique peribunt, quod nec dixisset Aristoteles, nec vltus comprobatur, & iccirco puto vbi scribitur *ἑκατόν*, id est centum legendum esse *ἑξήκοντα*, id est viginti; sic enim & experientia, & rationi ab ipsomet Aristotele allata congruum erit, cum iis diebus in vtroque solstitio, & magnus calor, & magnus frigus dominantur.

**A C H E L O I V X O R .** Praefens historiola, & ipsa quoque satis concisa est; veruntamen non pauca habet scitu digna, & inter cetera ex ipsa Hippocratis dignoscitur integritas, qui, & quae ignorabat, & quae non credebat, libenter fatebatur, nil antiquius habens, quam ne quemquam falleret, aut ipse falleretur, quemadmodum Celsus dicebat. Haec itaque mulier Acheloi cuiusdam coniunx cum vtero gereret capta est febre horrida; in qua s. horrores inordinati, & plures eam tentabant; non autem fuisse febrem admodum magnam ex eo conijcio, quòd Hippoc. illius nullam faciat mentionem; & quia dicit fuisse sanguineam, solent verò morbi qui fiunt a sanguine esse mitissimi, ut de pleuritide scripsit Galenus tertio in sextum Epid. context. ultimo, quare forsitan fuerit febris & sanguinis ichore mitissima putredine. Sed dicit aliquis, cur ergo si febris non erat adeo uehemens sexta febris die

die abortum fecit? Etenim mulierem sanguineam non est probabile usque adeo fuisse inualidam, ut debuerit paruae febris occasione aborturi: Hac incertè coniecturis solis agi potest, atque eo maximè quod Hippocr. narrat sese ignorasse, quot mensium esset, quali uero ad abortum faciliè, uel difficile faciendum magnoperè conferat in quo mense conceptus mulier comperitur, quoniam in primis & postremis mensibus multo facilius, quam in medijs fit abortus. Iam uero consideranti mihi, quam ob causam uoluerit Hippocrates praesentem mulierem sciri fuisse sanguineam, succurrat potuisse illud esse, quia non nouerit ullam aliam in ipsa abortus causam, quam sanguinis copiam; sunt enim aliquae magna sanguinis multitudo exuberantes, ac propterea singulo mense ingentem illius copiam effundentes, quae ubi retinetur in praegnatione; solet foetus suffocari, atque ad praecauendum ab abortu solent medici in huiusmodi casibus sanguinem a brachio mittere prioribus, atque etiam alijs mensibus, prout necessitas postulat, quo auxilio plurimas ab abortu fuisse seruatas scio; adnotauit etiam Hippocrates sexta die febris factum esse abortum, quod illa dies solet semper esse infelicio, & molestior coeteris. Porro de febre horrida, & sudore iam diximus alias, quae sit febris horrida siue *ἑρπιδίσις*, nempe ut dicit Galenus primo, in primum Epid. & primo de diff. feb. cap. nono. non quae inuadit cum horrore, sed cuius maior pars accessionis horrorem habet, quod quidem fit dupliciter uel reduplicante incremento, uel ipso solo inaequalem ascensum sentiente; discrimen autem potissimum consistit in temporis quantitate, quoniam si motiones illae horridae distent inter sese breuibis interuallis, inaequalis horror uocatur; sin autem longioribus interuallis, dicitur reduplicatio, quae symptomata obseruatur saepe numero in semitertianis, fiuntque a pituita, & bile putrescentibus inaequaliter, ac putredine haud miti. Caeterum quod simpliciter dicit sudores existimo uoluisse dicere, fuisse huic mulieri sudores copiosos, atque satis frequentes, ita vt perdurarint usque ad decimam quartam diem, in qua febris fuit iudicata.

**M A S C V L V M A V T E M A L I V M .** Quod addit Hipp. pro fine praesentis sententiae est, mulierem sese dixisse uiginti diebus antea adortiuisse masculum ueruntamen an uera dixerit sese ignorasse; Circa quae uerba tria sunt quaerenda: primum cur de secundo abortu non referat cuius sexus fuerit; de primo uero dicitur fuisse masculum. Secundum cur Hippocr. haec apposerit cum dubitaret de ueritate relationis mulieris. Tertium cur uoluerit fatuari sese nesciuisse an mulier uera dixerit; Et quod ad primum pertinet certum est, ut habemus apud Hippocratem libro de foeto. & superfoet. & Aristot. quarto de gen. anim. cap. quinto mulierem quoque superfoetare, sed rarissimè, eo quod ut alias docuit Galenus & Aristot. ante ipsum uterus ubi concepit sese comprimit, & ut dicunt medici, usque adeo clauditur, ut neque acus cum penetrare queat. Vt igitur Hippocr. doceret huiusmodi exemplo superfoetationem etiam in genere humano fieri, què-

admodum in leporibus interdum, haec uerba addere uoluit; iam uero cur fiat in aliquibus superfoetatio, in aliquibus non, est ut ait Aristot. causa triplex copia feminis paruitas corporis, & uteri amplitudo. Scio alios aliter hanc partem interpretari, quasi Hippocrates loquatur de consueta abortiri uerum id mihi placere non potest, quia licet Hippocrates, dicat, & experientia confirmet consuetudinem abortiendi, maxime facere ad foetus corruptionem, rarissimum tamen est, ut quaequam spacio viginti dierum saepius abortiatur, nisi facta sit superfoetatio, quod post abortum uterus non ita cito reficiatur, ut sit aptus ad nouam conceptionem; & si fortè statim fiat conceptus haud potè cognosci post paucissimos dies, utrum sit nec ne, nedum utrum sit foemella, uel masculus, ueluti uidetur cognouisse Hipp. cum dixerit mulierem hanc dixisse uiginti dies ante sese alium masculum peperisse, uox enim (alij) refertur ad masculi dictionem non est dubitandum; ac propterea intelligendum est hunc etiam postremum fuisse masculum; quod quomodo cognosci potuisset, si conceptus fuisset duntaxat post antecedentem abortum, haudquaquam intueor. Haec itaque (quod erat secundum propositum) fuit ratio, propter quam explicatè non potuit sexum abortus secundi, quoniam ex uoce *ἄλλο* poterat faciliè intelligi hunc etiam postremum fuisse masculum. Ad tertium porro dicendum est propterea Hippocr. dixisse nescire an uerum mulier dixerat; tum quia ueracissimus senex haudquaquam uoluit unquam affirmare, quae sibi uidebantur ambigua; docens coeteros medicos idem facere debere; tum ut nos commoneretur sese huic minime interuoluisse, ac propterea non potuisse debita uti diligentia in ueritate facti perquirenda, minime quia res indigebat insigni aliqua disquisitione ad pernosendam superfoetationem, & quia res erat admodum dubia an uiginti dierum spacio potuerint duo abortus fieri masculi absque, uel cum superfoetatione.

#### P O S T S O L I S C O N U E R S I O N E S .

Quae in hac longa dictione docet Hippocr. non minus utilia, quam scitu iucunda sunt, ea propter paullo accuratius, & longius a me quoque explicabuntur. Quod autem putant aliqui hinc incipiendum esse quartum librum, quali antecedentia omnia sint ueluti segmenta quaedam historiarum ad tertium librum pertinentium haudquaquam mihi placet, siquidem neque stili, neque modus narrandi, neque res ipsae enarratae quicquam cum praecedentibus commune uidentur habere; sed quicquid sit de hoc, illud certè mihi non displicet pro intelligendis iis, quae ab auctore proponuntur, statuendam esse temporis totam constitutionem, quae separatim, nec distinctè proponitur: Fuit autem haec, quod post hiemale solstitium, nempe circa finem Decembris uenti boreales perflarunt; post quos quindecim diebus spirarunt Austrij, tum diebus totidem nixit; accedente autem uere hinc austrini uenti fuerunt, & pluuiae, atque haec summam fuit constitutio ab Hippocr. enarrata, quae ubi fuerit haudquaquam dixit, quod nil referret ad cognoscendam uagantium modum in naturam;



uram; quidem ut ait ille infine libri progn. eadem uera sunt ubique. Modo uidendum quae morborum genera quaeque constitutionis pars attulerit. Prima quae fuit borealis peperit icteros *καταρροίς*, hoc est magnopere fluos, quorum alii inchoabant cum horrore, alii sine. Quod pertinet ad icteros scimus esse symptoma in genere qualitatum mutatarum ob bilis per uniuersum corpus effusionem quae ut alias docuimus fieri solet uarias ob causas *καταρροίς* uero, ut explicat Galenus in ling. Hippocr. significat quicquid est ualde, & sincere biliosum: uult igitur dicere icteros, qui fiebant plurimi sub hac constitutione a pura bile fuisse per uniuersum corpus fusa, eiusque uniuersum colorem ad flauitiam, atque pallorem permutare; nam interdum solet flauities dumtaxat apparere circa oculos aliquando etiam circa manus, & collum; aliquando in toto, atque tunc uel pallor est ingens, uel paucus, uel mediocris prout scilicet bilis magis uel minus estatura. Iam uero in ictericis hic commemoratis bilis fusa erat non modo copiosa, & per uniuersum, uerum etiam erat uehementer saturata; in quo genere si uerum est unquam icteris cuncta uideri flaua proculdubio id fieri existimandum est; at hac de re satis dixi in uariis lectionibus. Coeterum illud est contemplatione dignum cur potissimum in boreali, & frigida aeris constitutione facti sint adeo graues icteri; maxime cum Hippocrates tertio aphor. decimo septimo. scribat boreales constitutiones facere corpora mobilia, expeditiora, & coloratiora; & cur alii fiant cum rigore, alii uero sine rigore. Quod spectat ad primum Aristot. uidetur ueram causam attulisse, qui primo prob. sexto, quaerens rationem, ob quam morbi acuti, qui fiunt a bile, ut Hippocr. docet libro de natura humana, & ipsemet Aristote. quarto de part. anim. secundo potius hieme, quam aestate urgeant quod quoque asserit eadem sectio. probl. vigesimo nono. & decima quarta, probl. tertio inquit esse, tum quia, quod contra naturam est magis urget, contra naturam autem est, ut tempore frigido fiant morbi calidissimi; tum quia frigore aeris externo coactis intro calor euadit potentior, & consequenter calidiores succos producit. Itaque cum Boreas spiraret hiemis initio, ut cumlaretur sincera, & calidissima bilis duo efficiebant hiemis, scilicet natura frigida; necnon boreas similiter & frigidus, & siccus, adeo ut his duabus causis frigidis conuenientibus minime sit mirum auctum esse calorem intestinum, atque ab eo feruente productos esse feruidos, atque biliosos humores, qui fusi per uniuersum corporis habitum hanc affectionem genuerunt: nec quicquam obstat Hippocrates sententia opposita, propterea quod hic loquitur de constitutione accidentali, & praeter naturali, quae inueniens corpora parata potuit ea ualde alterare; tertio autem aphor. loquitur de quotidianis, & naturalibus, boreae constitutionibus; quae leniter natuum calorem intro cohibentes, ut docet Galenus in com. ex corpore excrementa omnia absumit, atque instrumentis substantiae densatione a se constrictis, & coactis robur ingenerat, unde corpora expeditiora, ualentiora, & coloratiora iure

A optimo redduntur. Cur porro icteri fierent aliquibus cum horrore, aliquibus sine, potuit causa esse uaria, & diuersa corporum aegrotantium praeparatio; nam qui corpora tenuibilia, & humores suapte natura calidiores intus gerebant, iis facta adhuc bilis acrior, & per partes alioquin natura sensibilior res lata magis uellicabat; sicque horrores, & cum horrore febres, inducebant: id quod euenire plerisque experientia quotidiana docet, quibus dum bilis eiusmodi prae copia, & qualitate effunditur in corporis ambitum, horrores rigores, febres, atque etiam acerbissimos dolores praefertim uentriculi, & intestinorum producit; qui uero & minus sensibilia corpora habebant, nec iis adeo mordax, & copiosa bilis erat, absque partium sensibilium uellicatione in corpus effusa, neque rigorem, neque febrem faciebat.

LINGVAE VSTAE TERTIA DIE. Constitutiones temporum, atque morbi populariter uigentes non modo communem habent naturam, uerum etiam communia symptomata, atque communia exacerbationum tempora, id & in praesenti, & subsequenti dictione Hippocr. docet: in praesenti quidem cum dicit in constitutione boreali facta, hieme linguas factas esse combustas tertia die turbationes autem alui factas circa sextam, & septimam atque has diu perdurasse. Dubitari posset utrum haec intelligenda sint de ictericis nuper commemoratis, an de aliis morbis, & quid per turbationes intelligat Hippocrates; sunt enim qui uidentur intelligere Hippocrates tanquam loquatur de morbis in uniuersum tunc uagantibus; at magis mihi placet intelligere de ictericis tanquam iis laborantibus febri Epidemica, & maligna, ob bilem exultam, & febris nigritudinem linguae statim comburerentur atque eo maxime, quia similibus aegrotantibus solet accidere, ut linguae bile imbibantur; ac propterea cuncta quae gustant, sibi uideantur amara, quae admodum fieri potest ut aliquibus uideantur cuncta flaua, ut dicit Lucretius, & plerique alii ueteres scriptores. De turbatione quoque uideo aliquos in terpretis putasse Hippocratem eam intelligere, quae uniuersum corpus angitur, ita ut quiescere nequeat & quae solet accessiones comitari seu exacerbationes febrium; at ut ipse aliter sentiam, putemque intelligendas esse alui turbationes, in quibus fluunt prauis humoribus, duo faciunt: unum est, quia sic reperitur interdum usurpasse uocem *καταρροίς* qua hoc in loco utitur, alterum quia in sequenti dictione inquit decima quarta die aluos consueuisse firmari, quod praesupponere uidetur iam eas fuisse solutas: nec ualeat ictericis aluos semper duras fieri, quoniam id quidem uerum est de simplicibus ictericis; non autem de iis, in quibus febres malignae coniunguntur, & in quibus putrescentis bilis in intestina effunditur ut quadam, siue per uenas mesaraicas, siue etiam per ipsum ductum ad duodenum. Accedit quoque rationibus praedictis illud, quod cum diuulsi modi turbationes in longum perdurasse satis longum spacium est a sexta die usque ad decimam quartam, quo tamen spacio uix contingere potest, ut durent anxietates, atque turbationes illae ab aliis putatae.

DECIMA QVARTA ALVI RETENTAE. Quod per turbationibus intelligendae sint alui molestae motiones, faciunt haec uerba, in quibus dicit aluos retentas esse decima quarta die, nec potuisse illis pharmacis incitari; id enim habent potissimum icteri, ut ubi in ipsis aluos sistitur, male clysteribus, peius medicamentis soluatur; praeterea nihil sudant, aut illud faciunt parca, nec pro ipsius febris ratione: causa uero utriusque euentus est, quoniam uis expultrix priuata stimulo naturali, qui est bilis, aegre ab ullo alio concitatur, retentrix autem robustior facta ob ocium expultrix magnopere contendit aduersus alia irritatoria, cuiusmodi sunt medicamenta, atque clysteres: Cumque cutis ipsa bili crassiuscula sit oppleta haudquaquam sudoribus uiam ullam facere potest, & si facit ea admodum angusta est, quam nec uis febris aperire ualeat.

LIENS QVIBVSDAM. Et haec quoque dubitare licet utrum de ictericis sint accipienda; ego tamen sic accipio, quod saepe numero ictericis dextera hypochondria tumeant, atque tunc malum esse dicit Hippocr. sexto aphorism. 42. sed hic uideo posse duo quaeri unum est quomodo Hippocr. dicit lienes ad dextera hypochondria intentos, etenim nemo est, qui ignoret lienem non in dextera, sed in sinistra uentris parte esse positum, sique aliquando pertingit ad dexterum latus est, quando usque adeo tumet, ut instar Zonae quemadmodum dicebat ille Plautinus totum abdomen cingat: iam uero sic non potest intelligi Hippocr. quia dicit lienes fuisse exiguos. Aliud est si Hippocr. hic loquitur de ictericis, quo pacto dicat ad manus sub murmurasse hypochondrium dexterum, uel lienem ibi positos, nam scribit idem Hippocr. quinto aphor. ultimo. ictericos non admodum uentrosos esse: murmuratio uero fit a flatu retento, & commoto. Circa primum scio Aristotel. initio penultimi cap. libri primi de historia, animi scripsisse aliquibus animalibus uisum esse lienem in dextera parte situm fuisse; quod etiam confirmat quarto de gen. anim. cap. quarto. at cum id explicat non dicat de homine in ipso haudquaquam posse hanc uiscerum permutacionem cum uita consistere puto: unde neque hic potuit Hippocr. respicere cum dixit lienes ad dextera hypochondria: uerum quod dicere uoluit est in ea constitutione quibusdam lienes intumuisse non admodum magis tumoribus; atque ueris dexterum hypochondrium esse conuulsos, quasi tensio usque eo uergeret. Ad aliud dicendum tumores lienum non tantum ab eo humore melancholico fuisse productos, uerum etiam a pituita: unde utriusque humoris ratione haud exigua flatu copia colligebatur; quae a manibus contrectantibus commota strepitum faciebat; quod autem dicit Hippocr. icteros non fieri flatuosos id ut alias docui est intelligendum de simplicibus icteris absque lienis tumore alio uel affectu; in quibus non colligitur ita faciliter flatus, quoniam humor biliosus ita aridus, calidusque est, ut flatu generationi inhibendae potius auxilietur.

SANGVINIS FLYORIS. Inter symptomata pro-

positae constitutionis hoc quoque erat quod & sanguis e naribus fluebat, & per lotium expurgationem iudicabantur; cum enim interiora omnia maxime calebant, sanguis quoque super calefactus, & biliosus redditus in superiora ferebatur, ad iares, ubi oscula uenarum ipsarum aperiens suo calore profunde batur sic quoque fiebant urinae profusiones, quod ichor plurimus, & biliosus abundaret, qui ubi primum coeperat ad uescam ferri, quicquid deinde in ipso sanguine continebatur feri biliosus, totum id ad uescam latum exernebatur; sicque ictericiae per lotium expurgatae iudicabantur; nec obstabat lienum tumor cum habeatur in secundo Epid. secundo. Bionem quendam a lienis tumore fuisse liberatum urinarum copia; quasi uerissimum sit plerumque lienosorum sanguinem, ut dicebat Arist. in probl. esse aquosum, atque ut ait Hippocr. quarto de morb. ipsummet lienem aquae fontem, & domicilium esse: Tandem in plurimis aegrotantium uidebatur quaedam communis esse ad inferna propensio naturae. Nisi quod ubi icteritia non fiebat, atque tamen tumidi lienes erant, non infra, sed supra inclinabat natura, quando quidem sanguis & sinistra nare profunde batur. Quod enim a sinistra potius nare sanguis prodiret manifesta causa erat ipsius lienis tumentis morbosae restitudo etenim ad molliendas euacuationes uel superiorum, uel inferiorum partium naturam solere restitudinem diligere & Hippocr. non semel docuit, & quotidianus rerum usus monstrat. Sed cur potius per superiora, quam per inferiora lien expurgeretur, alia est ratio, nempe ualorum a lienem prodeuntium latitudo maior uersus superiora, quam uersus inferiora; quod etiam interdum facere potest sanguinis aquolioris ac tenuioris condicio, qui ob inconcoctiones a frigida lienis intemperie caussatas cumulat in eo.

#### SOLSTITIVM PRAETERIERAT.

Quae in priori partiali hiemis constitutione contigerint memoratu digna haecenus recensuit Hippocrates. Hunc sequitur recensere, & quae fuerint post solstitium, & quae tunc acciderint. Dicit ergo, quod statim ab hiberno Solstitio licet Boreas spiraret, haudquaquam tamen hibernam constitutionem admodum uariabat: sed omnia sese habebant hiberno modo. At quindecim diebus post Austri perflant, & alii quatuordecim boreas, adeo ut modo hic, modo ille uentus spirans consequenter constitutionem uariaret scilicet modo borealem hoc est frigidam, & siccam reddens, modo austrinam nempe calidam, atque humidam. Dicit itaque in hac uaria constitutione factas quoque esse icteritias saturatas, hoc est ualde fluas, & pallidas, quae nunquam sincere, & perfecte iudicabantur, sed facile recidias faciebant: etenim illud est compertissimum, quod scribit Hippocr. secundo aph. duodecimo. & secundo Epid. tertio. quae relinquuntur in morbis post iudicationem facere consueuisse recidias. Cur autem non perfecte iudicarentur tunc icteritiae, faciebat illa constitutionis uarietas; quoniam & si Austro flante corpora aperirentur inciperetque humor per ambitum corporis distributus dissipari, mox tamen superueniens Boreas, denuoque cutis

constipans, & effluvia prohibens icteritias renouabat.

POST NIVES AVTEM. Dixi supra, & uerissimum est antedictam constitutionem fuisse uariam, siquidem modo Boreas, modo Ausfer spirabat. Nunc autem post Austrum dicit fuisse nives, quae non nisi flante boreali aliquo vento decidere solent; post nives iterum, scilicet uerè dicit austrinos flatus perspirasse, atque cum iis pluias fuisse: & quamquam austr plerumque pluias producât, nihilominus fiunt etiam interdum sine illis, ut quotidie obseruamus accidere, & ut docuerunt Hippocra. atque Arist. & Galenus ut non immerito nunc austrinae constitutione addat Hippocr. fuisse quoque pluias. Morbi, qui tunc contigerunt, fuerunt hi, qui solent temporibus austrinis esse familiares; nimirum grauedines, tam cum febris, quam sine febris: quod enim ad grauedines pertinet eas fieri ab austrinis uentis, sicuti tusses, & rauitates, de quibus mox dicturus est Hippocr. clarè pronunciauit tertio aphor. decimotertio, causâ cuius explicatur & ab ipsomet Hippocr. libro de aer. aq. & loc. & ab Arist. prima probl. sectione, scilicet, quia repleta humidio austrino capita, atque mitiore & calidior accedente aere, ueluti colloquata humorem mittunt modo in oculos, ubi lippitudines faciunt; modo in fauces & guttura; unde tusses, atque rauedines oriuntur; modo in uenas, atque arterias, in quibus prae calore tum uernali, tum aestiuo incalescens magis humor, ac putredinem concipiens febrem inducit, idque potissimum fit aestate. Cur autem interdum etiam fiant grauedines absque febre causâ est, uel quia humor praecipitatus a capite alio fertur, quam in uenas; uel quia etiam si ad eos fertur; minimè tamen est paratus suscipiendae putredini, aut ob sui naturam, aut ob corporis temperamentum, & statum: imo uero saepe fit, quemadmodum ait Galenus tertio, in tertium Epid. com. decimo. ut febris superueniens ipsas grauedines curet, & finiat tamquam uitio ipsius solius capitis fiant; quam uitio externi aeris frigidioris.

VNI VERO CVIDAM. Mirari possent aliquis cur Hippocr. uoluerit tradere exemplum cuiusdam, cui in ea constitutione destillatio decubuerit in dentes medios partis dexteræ; nec non in supercilium dexterum, atque in oculos, quasi uerò hoc rarum sit, cum tamè frequentissimè contingat, ut destillationes, oculos, atque dentes exerceant, praefertim in iis, qui antea dentium dolore pati consueuerunt, qualis erat hic commemoratus. Sed respondere licet, iccirco Hippocr. uoluisse commemorare hoc exemplum, quoniam licet simpliciter non sic rarum, ut destillationes decumbant in dentes; uidebatur tamen in ea constitutione rarè, quando, illud non contingebat, nisi quibus antea dentes erant inualidi, & dispositi ad suscipiendas eas, atque tunc iis morbus firmabatur in dentibus, aliaque nulla accidebant: est enim aphorismus Hippocr. satis celebris quarto, lib. trigésimo. quod si cui pars quaedam doluerit priusquam aegrotet, ibi firmatur morbus. Ad supercilium autem, atq; oculos decubuit quoque destillatio huic, tum quia dolor

dentium non modo ad ipsos attrahit, uerum etiam ob acerbitatem ad proximas sibi partes, tum quia fortè etiam, & supercilium, & oculi debebant ipsi esse infirmi, & obnoxii huiusmodi affectibus capiendis; alioquin enim partes dexteræ semper ualidiores consueuerunt esse sinistris, & de superciliis dixit Arist. tertio de partib. anim. cap. nono dexterum propterea magis eleuatum, & magis arcuatum haberi.

ERANT AVTEM ET RAUCI. Et si Hippocrates lib. de gland. atque de aetat. scriptum reliquerit septem esse uias, quibus destillatio a capite descendit, multo tamen frequentius per palatum fauces, & asperam arteriam, tanquam per uias latiores fertur, ut rauedines, inflammationes, & tóssillae & spongiae uocatae facilius sequantur & aurium tumores, & buccarum, cuiusmodi in enarrata constitutione conspiciantur. Primum enim fiebant rauci quod destillatio delabens in asperam arteriam madefaciebat illam, plusquam par esset pro acere debito repercutiendo, ac uoce efformanda: etenim, ut docet Galenus libro de usu part. natura fecit laringem, & arteriam moderate siccas quod huiusmodi constitutio maxime conferat ad claram uocem efficiendam; ut enim nimia siccitas facit eam stridulam, & clangosam, qualis animaduertitur in gruibus, paripacto nimia humiditas facit eandem obtusam, & raucam. Quod similiter a destillationibus fauces inflammentur ab illo motu agitatae & calefactae, praeter rationem quotidianus usus de monstrat. Iam uero spongiae Hippocr. & Galenus in ling. ac Erotiano, a quibus hic Hippocratis locus significatur, significarunt tum simpliciter illas glandulas, quae in faucibus instar spogiarum utrinque sint positae, eo quod adenes uere spongiarum naturam referant, ut docuit Hippocr. libro de adenibus; tum etiam tumores, siue sint inflammatorii, siue non earundem partium, qui tumores sunt uoboles destillationum capitis, quemadmodum etiam tumores post aures, atque maxillarum, qui modo fiunt cum febris, modo sine.

ERANT QVIBVS. Dixerat Hippocr. qui morbi sunt uagati post hiemem, & uere sub proposta constitutione, atque inter eos connumerauerat spogias, & quia potuisset quispiam existimare alios temporibus, nullum horum esse uagatum; nunc ostendit, qui fuerint aliis temporibus, & praefertim autumno, & hieme grassati, fuerunt autem bidus spogiae, de quibus dictum est, & porrigines. Quod ad spogias pertinet haudquaquam mirum fuit, quandoquidem ipsemet Hippocr. tertio aph. 22. & 23. inter morbos autumnales, & hiemales recenset anginam, quae est morbus tóssillarum inflammatio nibus, neq; loco, neq; natura, neq; symptomatibus admodum dissentanea; recenset etiam rauedines, tusses, & grauedines. Porrigines autem graeci dicuntur *arrupades* sunt uero proprie *arrupa* sursures, qui inter cribrandam a farina feceruntur, ad huius similitudinem dicuntur quaedam urinarum contenta farinacea in ardentibus, & prauis febribus apparentia, de quibus Hippocr. & Galenus loquuntur quarto aphor. & secundo prognos. & in

Coac.

Coac. Ad huius quoque similitudinem dicitur *arrupades* seu porrigi quaedam affectio capitis, ex cuius cute delinquamatur ueluti fur fures, quam affectionem. Q. Irenus farream uocavit. Gal. sexto Epid. com. 3. tex. decimotertio causam furfurem ab interpretibus illius Hipp. sententiae propositam coarguit diligenter, sed quid sit minimè diffiniit ibi, nisi quod interdum ex propria capitis ipsius intemperie illud malum oriri affirmat: Primo etiam de compos. med. secundum loc. ca. sexto, de pityriasi loquens nil aliud dicit, quam esse symptoma uitiatiorum ichorum: ubi igitur uel in iocinore, uel in ipso capite uitiatia facultate, aut ob errorem aliquem externum loco optimi nutrimenti gignuntur ichores falsi, qui ad cutem transmissi, atque exiccati ab ipsa cute separantur, uocatur huiusmodi affectio *arrupades* seu furfuratio, atque dicit Hippocr. uagatam esse in ea constitutione, in qua cum capita hominum uariis modis afficerentur, quae erant paulo calidiora, ichores sicciore, & salios producebant, qui deinde in ipsa cute exiccabantur, & exiccati decidebant.

SEXTA VIRGINI. Quod quispiam sexta die sit iudicatus, atque exacerbationes paribus diebus factae sint, non ita mirum, nec infrequens, cum Hippocr. primo, & tertio Epid. retulerit multos similes; at quod in una constitutione fuerit id frequentissimum, & commune hoc est, quod potest admirationem parere, & propter quod forsitan haec sunt notata ab Hippocr. qui alias secundo, scilicet Epid. imparibus diebus mensibus, & annis fieri iudicationes siue bonas, siue malas obseruauit. Sed cur potissimum uoluit commonere fuisse uirginem, cui sexta die facta est imperfecta iudicatio, & post hanc item sexta die morbus rediit, ac sexta reciduae adhuc facta est alia perfectior iudicatio? Praeterea cur Hippocr. uoluit apponere, quo genere morbi laborasset uirgo? Ad primum dicerem id fecisse, ut doceret non errores, aut quampiam aliam externam causam effecisse huiusmodi iudicia. in diebus haud ordinariis, sed puram fuisse illius constitutionis proprietatem; Etenim uirgines, nequaquam solent in uictu admodum excedere; sicuti nec in aliis sex rebus non naturalibus uocatis; ad haec uenerem nondum expertae, non patiantur eas mutationes, quas fieri usu concubitus prodiderunt Hipp. & Arist. & ob quas postulat in morbis multa contingere, quae haud uidentur in non defloratis. Ad secundum uero dicendum puto ex relatu facile apparere laborasse morbo acutissimo. tam in primo, quam in recidua, cum statim sexta, uel octaua die factae sint iudicationes: cuius uero generis morbi laborasset uirgo, non multum attinebat ad Hipp. significare, quippe qui id tantum optabat monstrare condicio nem constitutionem effectisse, ut morbi quilibet in ea uagantes octaua, & sexta die iudicarentur; quasi uero quemadmodum in ordinariis fiunt mutationes imparibus dieb. atq; potissimum septima in acutis, sic in hac fieret sexta, uel octaua tanquam antecederent, uel postponerent parum, idq; dicit factum circa illud occasum, qui est autumnus; in quo ob uarias susculbit diei mutationes circa frigus, & calorem iure merito fiunt quoque in morbis similes ua

rietates; neque solum haec uerum etiam insignes difficultates, ut merito autumnales morbi dicantur esse uel longi, uel mortales.

MENANDRICOECI. Exemplum quod modo proponit nobis Hippocr. rarum est, ac propterea, quod in hoc libro non aliàs ita frequenter facit, aliquam diligentia depingit aegram; dicit enim fuisse mulierem coniugatâ, & Menandri coeci uxorem; ut scilicet possit quibus ueritatem ipsam cognoscere, quasi coniunx ipsius notissimus esset; tum propter alia, tum maximè propter coecitatem fuisse namque plures tempore, atque etiam in Hippocrates regione huiusmodi nomine uocatos rationi consentaneum est, quando etiam Menander ille Comico rum princeps floruit. Haec itaque mulier ut alii similiter putant, potest capta esse iocinoris inflammatione, & ardente, atque maligna febre, quandoquidem uiscerum inflammationes solent huiusmodi febris coniungi ut Hippocr. & Galen. prodiderunt. Sed quaeri merito potest, quomodo dixerit statim tot grauias symptomata sibi contigisse, siquidem tenuia, & flaua potest quis statim excreare, at purulenta difficile est intelligere quomodo statim prodire queant, cum supurationem alia semper necessario praecedat. Puto rē ita sese habuisse; haec mulier diu laborauit forsitan & febricula absque quod decumberet, & medicum adscisceret; quā primum autem uocatus medicus accessit, illico sputa flaua, & purulenta uisa sunt. At circa sextam diem uisitatio iocinoris inflammatione facta est. Quae fuerit iocinoris inflatio & ueluti fermentatio, non dicit Hippocr. at ualeius interpretatus est uocem *Εγχορ* qua usus est Hippocrates feruorem, & inflammationem, sicut & alii, quali ea originem ducatur *από τῆς ἔξιδου* quod est feruere; sed fallitur, quoniam ut optime docuit Galenus in ling. & Erotiano in Onomastico uox illa significat tumorem oedematolum factum a pituita, & flatu; quasi ut uidemus fermentari terram, & attolli, siquando ab aceto irrigetur, sic iecur a pituita acida contrectatum, ueluti fermentetur, atque tu meat. Sed contra hoc est dubitatio, quoniam Galenus quarto de praefag. expulsi. cap. 4. scribit iecur non affici oedemate, quoniam a calore illius natuo consumitur humor, & flatu, priusquam oedema faciant. Respondendum est aliud esse oedema, aliud oedematolum affectionem; uero oedemate non tentatur iecur, sed oedematosa affectione, ut idem Galenus in eodem libro paullo infra clarissimè scribit, cum qua iure merito fiunt paucae alui excretiones, quod refrigerato, ac tumente iecore, non multum bilis signatur, aut si fit exigua fertur ad intestina, ac propterea uis eorum expultrix iners, atque tarda euadit.

CARNOPVRVLENTA. Graecè est *σαρνοπυρδία* uox non alibi ab Hippocrate usurpata, significat autem pus concretum carnis frustula imitans, cuiusmodi excernuntur ab iis, qui pulmones habent ulceratos, & certe cum haec mulier statim atque uisa est a medico cooperit pus expuere, uerisimile est ante pulmonis ulcere laborasse, quod licet potuit rupta uena, ac sanguinis excretionem

tione praecedente; uel etiam sine ulla uenae aperture; sed sola destillatione paulatim ipsos pulmones conflante, quemadmodum interdum contingere testatus est Auic. Habuit igitur haec mulier spuma, qualia phthisicis, nempe purulenta carniformia, pauca, alba, & lata; neque enim huiusmodi spuma poterant esse copiosa, quia condensabantur in pectore. CIBVM. Hac dictione Hippo. duo dicit, quod cibum fastidiens mortua est, & quod obiit circa uiginti. Quantum pertinet ad primum si examinetur diligenter uis eorum signorum, quae apparuerunt, non adeo laethalia erant, ut mors necessario sequi deberet; ea propter ut Hippocr. ueram necis causam doceret dixit fastidientem cibos intuisse scilicet quia cibum nullum sumebat: nam sunt aliqui, qui licet non appetunt cibum aliquid tamen ipsius sumunt; uerum qui non modo non appetunt, sed & illum abhorrent, haudquaquam sumere possunt, ac propterea ob alimenti egestatem extin-

guantur cuiusmodi scribit Galenus tertio in tertium Epid. sua tempestate in pestilentia quadam contigisse, in qua adeo aegri cibum fastidiebant, ut mallent mori, quam illum sumere, & si qui seruabantur, id propterea contingebat, quoniam sibi ipsis uim inferentes alimenta tandem capiebant. Cur uero haec mulier adeo cibum abhorreret, poterat facere humorum prauitas, aut uentriculi ipsius pene perdita facultas ob uitiatam insigniter illius temperiem; & certe nisi huius mulieris malis coniuncta fuisset aliqua alia perniciosior qualitas, minime potuisset saltem adeo cito perire. Vnde (quod erat secundo propositum loco considerandum) existimo Hippocr. addere uoluisse hanc Menandri uxorem obiisse prope uigessimam diem, qui est, postremum acutorum terminus, quod uideret rationi mali apparentis non debuisse perire, uel saltem ita cito, nisi & consumata a cibo abstinentia, & uis pessima constitutionis illius interitum accelerassent.

E I N S.

## Registrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R.

Omnes sunt Terniones, praeter R, qui est Quaternio.

VENETIIS, Apud Iuntas. M D XCVII.



Pisanae Praelectioniones  
HIERONYMI MERCVRIALIS  
FOROLIVIENSIS  
DE HOMINIS GENERATIONE,  
NON MINVS VTILES PHILOSOPHIS,  
& Medicis quam iucundae.

ADIECTVS EST DE BALNEIS PISANIS  
Luculentissimus Tractatus.



De Auctoris consilio, & consilij causis.  
Caput Primum.



VOD olim scriptum fuit a Trismegisto hominem esse magnum miraculum, id tam de corpore, quam de animo uerissimum esse compluribus, iisque euidentiis argumentis deprehenditur; nam si animum spectemus, is quidem diuina res est, & ut Moyses, ac Plato prodiderunt manibus ipsiusmet Dei fabricata.

*Igneus est illi uigor, atque coelestis origo.*

Sin autem corporis ipsius integra fabrica diligenter spectetur, haud satis uniuersumque partis substantia, figura, connexus, usus, & actio laudari, atque suspici potest, ut Alchmeus ille Crotoniensis, ac Herophilus scholae Herophiliae Tarsis apud Strabonem institutor ingentem commendationem apud posteros meruerint, quod alter ipsorum Anatomem corporis humani, ut est apud Chalcidium inuenit; alter uero (quod dixit Tertullianus) septingenta cadauera secuerit,

Libro de  
anim.  
In comm.  
ad Timaeum  
Platonis.

ut ipsius humani corporis mysteria, diuinamque compagine pernosceret. Quomodo enim tanta structurae humanae elegantia, tot praeclarae hominis actiones, tot aeterna vincula, tot secreta recessus, & consensus perspicere esse possent; nisi anatomicam disciplinam haberemus, qua una duce nihil, quod ipsa natura sciuerit, ignorare conceditur? Quod si corporis humani resolutio tot egregias, atque admirabiles speculationes habet, haud minores quoque eiusdem generationem, & fabricam habere censendum est. Etenim ex quo Crocodili paruo tam vastum animal generari mirabatur Plinius: & D. Basilii; ac ante ipsum Aristoteles quot praeconia fecerunt illius aeternae Bombycum generationis? At multo illustrius, multoque admirabilius putandum est, quod ex pusillo humore in uero mulieris, hoc est in lacuna; seu potius latrina quadam generetur corpus humanum tot nexibus, columnis, canalibus, spiritibus, liquoribus, articulis, fenestris, ac demum manibus instrumentorum instrumentis, ut dicebat Galenus, tandemque diuina quadam vi, & modo imperiscurabili in hanc aetheream lucem mittatur, id animal, quod



quod coelum contemplari, illasque beatissimas sedes aeuo sempiterno possidere debebat. Et si Galenus in unius cerebri, imo uero unius oculi fabricae examine tantopere mirabatur, totque encomijs auctorem ipsorum extollebat, quid face re debebunt illi, qui huiusce partu, mundi uocati sed qui omne miraculum, omnemque humani intellectus caprum longestateque transcendit uniuersam generationem tractare, diligenterque expendere cogitabit? Vos itaque studiosissimi Iuuenes laetari debetis, magnopere, quibus concessum est sub eximio sectore ita anathomen huius admirabilis corporis uidere, ut quantum reripsum magnitudo patitur, et ad ipsius cognitionem spectat, nihil cumulatus, nihil doctus, nil denique exactius desiderare possitis, modo tamen, quod spero, nec studium nec industriam uestram a magistro expeti patiamini. Ego uero cur hoc eodem tempore de eiusdem humani corporis generatione tractare deliberauerim, tres potissimum causae effecerunt: una quarum atque praecipua fuit incredibilis amor, atque pietas, quibus uos, uestraque ingenia, et studia prosequor, cum enim hanc tractationem atque Philosophiae ac Medicinae studiosis, ualde necessariam, nedum utilem, ac iucundam fore semper existima uerim, nihil nunc conducibilius, nihil hac speculatione amabilius futurum speraui, quasi sic uestra exordia, imo uosmet ipsos (quod oracula praecipiant) cognoscere debeatis. Altera fuit, quod sicuti Anatomicus excellentissimus humani corporis factam membratim sectionem, quasi fructuosam dilanationem, et docturam, et ostensurum est, ita accommodatum, et opportunum opus uideretur, si ipse ex aduerso eiusdem structure, compagem, atque integram conformationem, quantum infirmae ingenioli mei uires patientur explanabo. Tertia, atque postrema causa fuit, quod cum meo Genua recessu uos aliquot lectionibus defraudauerim, easque me non absque foenore aliquo repositurum sponderim, pollutis me abunde satisfacturum esse opinatus fui, si rem maximam, rem iucundissimam, rem huic tempori, ac praesentibus curis uigilijque ualde accommodatam forsanique a

paucis antea tractatam a compluribus certe expetitam diligenter edocerem.

*De diuisione, & ordine totius tractationis.*  
*Capitulum II.*

**N**Tantum rem hanc nobilissimam ordine, et facilliter edoceam non alia uia incedendum est, quam ea, quae a natura obseruatur; sic enim dicebat Galenus neminem posse in aliqua re tractanda meliorem ordinem sequi eo, quem natura in ipsius generatione seruat. Hominis itaque generatio quatuor summis temporibus, seu operationibus a natura completitur, conceptu, formatione, motu, et perfectione; ea propter et ipse eundem ordinem seruabo, ut primo de conceptu, deinde de formatione, post de motu, denique de perfectione agam. Voco conceptum, eum, qui ex utriusque seminis, et sanguinis menstrui commixtione prioribus illis sex, septemue diebus conflatur: formatione, quando conceptus iam adeptus est eam formam, figuram, atque cunctorum membrorum constitutionem, ut dignosci possit, quae triginta in masculis, in foeminis quadraginta a conceptu diebus efficitur. Motum ubi iam conformatus, et confirmatus foetus seipsum mouere et agitare ita incipit, ut a matre percipiatur, atque id masculum tribus, foeminam quatuor mensibus agere ab Hipp. traditum habemus. Perfectione uero illa conceptus dicitur, cum is iam eo in statu positus est, ut queat non tantum in lucem prodire, uerum, etiam uita frui, quod utrum septimo tantum, an quoque sexto contingat mense, loco suo decernemus. De his omnibus tractarunt certe Veteres complures, Anaxagoras, Empedocles, Democritus, Aristoteles, et alij, at cunctos alios diuinus Hipp. longe excelluit, qui si ulla de re praeclare umquam scripsit, de tota plane hominis generatione, atque omnibus rebus mulieribus egregia admodum diuersis in locis tractauit, quibus siquid addi potest id totum absoluit Gal. unde nequeo satis mirari nonnullos medicos eruditos, et in Hipp. doctrina non officiter forsitan uersatos, qui in hac re Hipp. singulari medicinae auctori Arist. praeferre non dubitarunt, quia licet is multa, ut erat necesse ab

*De diuisione, & ordine totius tractationis.*  
*Capitulum II.*



Tantum rem hanc nobilissimam ordine, et facilliter edoceam non alia uia incedendum est, quam ea, quae a natura obseruatur; sic enim dicebat Galenus neminem posse in aliqua re tractanda meliorem ordinem sequi eo, quem natura in ipsius generatione seruat. Hominis itaque generatio quatuor summis temporibus, seu operationibus a natura completitur, conceptu, formatione, motu, et perfectione; ea propter et ipse eundem ordinem seruabo, ut primo de conceptu, deinde de formatione, post de motu, denique de perfectione agam. Voco conceptum, eum, qui ex utriusque seminis, et sanguinis menstrui commixtione prioribus illis sex, septemue diebus conflatur: formatione, quando conceptus iam adeptus est eam formam, figuram, atque cunctorum membrorum constitutionem, ut dignosci possit, quae triginta in masculis, in foeminis quadraginta a conceptu diebus efficitur. Motum ubi iam conformatus, et confirmatus foetus seipsum mouere et agitare ita incipit, ut a matre percipiatur, atque id masculum tribus, foeminam quatuor mensibus agere ab Hipp. traditum habemus. Perfectione uero illa conceptus dicitur, cum is iam eo in statu positus est, ut queat non tantum in lucem prodire, uerum, etiam uita frui, quod utrum septimo tantum, an quoque sexto contingat mense, loco suo decernemus. De his omnibus tractarunt certe Veteres complures, Anaxagoras, Empedocles, Democritus, Aristoteles, et alij, at cunctos alios diuinus Hipp. longe excelluit, qui si ulla de re praeclare umquam scripsit, de tota plane hominis generatione, atque omnibus rebus mulieribus egregia admodum diuersis in locis tractauit, quibus siquid addi potest id totum absoluit Gal. unde nequeo satis mirari nonnullos medicos eruditos, et in Hipp. doctrina non officiter forsitan uersatos, qui in hac re Hipp. singulari medicinae auctori Arist. praeferre non dubitarunt, quia licet is multa, ut erat necesse ab

Sexto de Placitis. Hippo. & Platonis. in fine. cap. quinto.

Primo de nat. pu.

Libro de pot. na. de foet. forma diem. de septim. partu. Lib. de geni. de nar. pu. de foet. superfoet. de septim. & octim. partu. de motibus mul.

obstetricibus didicerit, pleraque etiam et uisa, et longo usu, atque obseruatione explorata nobis reliquit, secus quam Aristoteles, qui quicquid de cunctis animalibus memoriae mandauit, id totum, uel a rudibus anatomicis quales tunc erant accepit, uel a uenatoribus, quos iussu Alexandri ad componenda ea commentaria alloquebatur. Infantem autem fuisse interdum Aristotelem in rebus muliebribus tractandis, et cognoscendis praeter alia multa, quae suis locis pedetentim uidebimus, illud potest pene ridiculum ipsius dictum docere, quo affirmauit mulieres ut plurimum, altero tantum mense purgari, cum nullus sit usus adeo a mulierum consuetudine alienus, quin perspectum habeat omnes mulieres bene ualentes singulo mense purgationes habere, imo si quid boni Aristoteles dixit ab ipso Hippocrate accepit, et si numquam ipsum nominauerit praeterquam semel in Politicis: sed de hoc alias etiam loquemur.

*De Nominibus conceptus, eiusque definitione, & Veterum sententiae circa materiam conceptus. Cap. III.*



Vinc tempus est ad conceptum primo loco tractandum ueniamus, de cuius nomine pauca quaedam sunt dicenda, si illud prius monero maximam partem eorundem, quae a scriptoribus traduntur de hominis generatione potius experientis et coiecturis quibusdam rationabilibus tamen, quam scientificis demonstrationibus consistere, quod haec omnia sint abditiora, quam ut certitudine ulla comprehendi queant, licet eiusmodi cognitio alioquin iucundissima existat. Nomen itaque conceptus multiplex apud Graecos inuenitur, scilicet, *κρυμνα*, *κρυμνα*, *εμβρυον*, *νηπιον*: Latini uocum satis inopes prae Graecis unum fere conceptus nomen habent, atque foetus: quamquam etiam apud Graecos *εμβρυον*, *κρυμνα*, *νηπιον* non conceptum, sed iam conformatum foetum significare uideatur, ut in plerisque locis nos docuit Galenus. Est autem *κρυμνα*, seu conceptus nil aliud nisi id totum informe, quod in utero ex menstruo, et utroque semine retentis co-

mixtum continetur, quodque Veteres non modo fieri impune prohibebant, ut restatur Aristoteles: dum scribit ante coitum ad prohibendam conceptionem scelestas mulieres consueuisse loculos praeparare iuniperino oleo, uerum etiam conglobatum, sed nondum animatum perdere, ut sese quandoque fecisse in Paltria quadam fateri non est ueritus Hippocrates. Huius ergo conceptus qui ex utroque semine, et sanguine menstruo conflatur ut uniuersa natura expendatur, ipsius causas materiales modo dictas, effectorem, finem, atque tempus et modum, quae licet perspicuitate enodabimus. Quo itaque ad causas materiales spectat discrepantes inter sese fuerunt ueteres, scilicet ex una parte Empedocles, Anaxagoras, et Hippocr. cum Medicis: ex altera Aristot. et Albertus Magnus enim Peripateticis: illi enim existimauerunt ueram, atque necessariam conceptus materiam esse non modo sanguinem menstruum, uerum etiam semen tam uiri quam mulieris. Peripatetici autem putarunt foeminam non semel sed solum menstruum sanguinem ad faciendum conceptum ferre, marem uero solum esse effectorem, quasi uero statim, atque factus est conceptus, semen ipsius uiri inflatus dissipatum euanescens uero id passim professi sunt foeminam nullum semen habere, sed in coitu humiditatem quamdam dumtaxat mere excrementitiam, ac penitus inefficacem emittere, contra quos Galenus firmissimis argumentis longe lateque disputauit. Ad ducti autem sunt tribus potissimum rationibus, Primo quia natura nil frustra efficit, unde cum fat sit semen uiri, et menstruum mulieris ad conceptum efficiendum, uanum esset perquirere aliam materiam. Praeterea eodem tempore menstrua incipiunt, et desinunt mulieribus, quo semen uiris, eadem operationes efficit menstruum aduentus, quas ipsius feminis; nimirum uocis, et pilorum mutationem, et alia eiusmodi, adeo ut uideatur natura, inquam ipsi, hoc efficere quia semen uiri pro efficiente, sanguis uero menstruus pro materia factus sit. Ad haec saepe usu uenit ut mulieres concipiant sine coitus uoluptate, ea propter si necessarium etiam esset semen mulieris, pro-

Septimo de hist. anim. ca. 3.

Libro de nat. pu.

Primo de Gen. anti. 18. 19. Libro 15. de anim.

In lib. de foet. forma. & 6. de loc. aff.



culdubio fieri haud posset conceptus sine feminis emissione, semen autem non potest sine aliqua uoluptate emitti. Sed haud difficile est his rationibus respondere, primum enim uerissimum est naturam nil frustra efficere, uerumtamen quod uolunt semen uirile ad generationem faciendum sufficere, id nequaquam uerum est, nam et si sanguis menstruus sit materia conceptus, nihilominus opere praetium est ut in mulieribus quoque aliquid feminis sit, quod licet non adeo efficax sit, habeat tamen aliquid efficacitatis, alioquin natura non tantum amoris et curae erga foetum in mulieribus ipsis collocasset, si duntaxat locum et materiam illam ignobilem absque ullo alio concursu tribuere debuissent. Quod uero dicunt Peripatetici, eodem tempore a foeminis menstrua, quo semen a maribus emitti, uerissimum quidem est, sed quid prohibet eodem tempore quin etiam cum mensuris semen exire possit? imo uero nullo alio testimonio delector hac in re, quam ipsius Aristotelis, qui locis citatis dixit, quo tempore mulieres menstrua emittunt, usque adeo efferi libidine, et uiri cupiditate teneri, ut magna cura, et diligentia eo tempore sint uirgines custodiendae; iam uero hanc ingentem libidinem non potest excitare mensurui materia, cum sit purus sanguis expers spiritus; neque ualet id quod Peripatetici dicunt, emittere mulieres quandam humiditatem feminalem, quae libidinem istam efficere potest, siquidem per ipsos haec humiditas aquea est sine spiritibus: summa autem uoluptas fieri haud potest, nisi a summo calore, et a spirituum copia. Ceterum quod dicunt Peripatetici, mulieres saepe concipere sine coitus uoluptate, hoc primum negandum est, quandoquidem et si una, uel altera fateatur se concepit sine coitus uoluptate, complures tamen aliae sunt, quae non sine coitus uoluptate concipiunt. Neque ualeret ista delectatio in coitu oriatur ex receptione feminis uirilis, quia etiam si uir non emittat semen solent delectari mulieres, imo uero plerumque emittunt illud antequam uir suum emittat: et habemus exemplum luculentissimum de Mesallina, quae centies in die uirum cum uoluptate patiebatur, unde solebat dicere, se quidem de la-

A fatam, sed non fatiatam a uiris recedere, quare uno, uel altero argumento uelle probare rem uniuersalem, est contra eorundem regulas. Praeter; quam quod etiam si demus ipsis, aliquas sine uoluptate concipere, non tamen negandum est eas habere semen: nam sicuti uidemus in terdum effluere semen uirile absque delectatione propter aliquod impedimentum, pari pacto uerissimum est credere, aliis quibus foeminis contingere animo scilicet non aduertente, siue curis, siue aliquo alio impedimento; quare possunt mulieres saepe falli in numeranda die conceptus, existimantes se, ubi uoluptate non afficiuntur in coitu, concepit, cum tamen hoc non sit semper uerum.

*Mensurui definitio: Utrum menstruum sit sanguis pure excrementitius necne. Cap. IIII.*



C **V**erum quia utraq; secta in hoc conuenit, ut menstrua tamquam materia concurrant ad conceptum faciendum; atque haec, ut uere dixit Aristot. multo copiosiora sunt in homine, quam in brutis, similiter consentiunt, in femine uiri esse uim effectricem, seu facultatem formatricem. Quid sint ipsa menstrua, cur a natura instituta, et cur in homine copiosiora, pariter quid sit utriusque semen definitum est, Menstruum itaque nil aliud est, quam purus sanguis superfluus, ab utero mulieris singulo mense prodiens propter ipsius salutem, nec non humani generis propagationem. Si enim diligenter expectatur haec essentialis definitio, in ea singula causarum genera comperientur, quasi uero sit optima, et perfecta. Sed iam ad ipsius anathomen deueniamus: dicitur primo Sanguis, ad differentiam alterius fluxionis muliebris *pois yuuaiois* a Graecis Medicis nuncupatur, a qua Gal. est gloriatus nobilem quandam Romanam sese liberasse; iste, n. fluor etiam si per frata interualla exeat aliquibus, ac menstruum album uocetur, is tamen potius humiditatis cuiusdam pituitosae a toto corpore, et praesertim a capite fluxus est ad uterum, quam uerus sanguis mensurui. Ceterum con-

Septimo de hist. animal. secundo.

In lib. ad Polth.

trouersum uideo apud Veteres quodam sanguis sit iste. Nonnulli inter quos est Florus apud Plutarchum existimant ipsum esse crudum et imperfectum, eo quod cum sanguis fiat a calore, et mulieres sint frigidiores, idcirco sanguinem etiam crudum uerum etiam uitiosum: quam sententiam uidentur habuisse Magi et plerique Veteres: imo uero Plinius reddens rationem cur iste sanguis sit uitiosus, dicit esse, quia ab ipso multa mala oriuntur: nam specula inficiuntur, segetes corumpuntur, infantes effascinantur, et multa alia mala ab ipso efficiuntur. Famulatur huic sententiae Hebraeorum lex, in qua uetatur, ne mulieres menstruae ad templum accedant: imo uero ipsi numquam soleant consuetudinem habere post purgamenta mensurorum cum mulieribus, nisi illae prius sese abluerint, quasi uero huiusmodi sanguis mulieres ipsas etiam polluat. et Hesiodus quoque praecipit, ne quisquam ad mulierem menstruatam accedere audeat. Accedit etiam, quod quotiescunque mulieres menstrua habent, male olent, decoloratae sunt, oculos liuidos, et fugillatos habent. ita ut ex his omnibus colligi posse uideatur sanguinem mensurui esse uitiosissimum. Verum Aristotelem, qui hac in re Hippocratem praecceptorem suum secutus est, fuit huius sententiae sanguinem mensurui proportionem respondere ipsi spermati, quia sicuti semen est sanguis purissimus, pari pacto dicit Aristot. mensuruum esse illud ultimum, quod superest in ultimo alimento utile, et si ulla est differentia inter semen et mensuruum, est, quia mensurui sanguis non est adeo coctus, atque perfectus ac semen. Hanc sententiam secutus etiam est doctissimus Vesalius. Sed praeter horum praeclarissima testimonia, ad sunt quoque complures rationes: primo, quia conceptus humanus proculdubio est omnium aliorum perfectissimus, cum etiam homo sit omnium animalium perfectissimus; quod cum ita sit, necessarium quoque est, ut id, ex quo fit conceptus sit, quid perfectissimum, sit ex femine, et mensurui, ea propter opere pretium est, ut mensuruum sit sanguis perfectus. Praete-

Tertio Synops. 4.

Libro 18. cap. 7.

Lib. quinto, cap. de cimo quinto.

A rea menstrua, ut paulo infra dicitur, a toto corpore decidunt; hoc est, ab omni sanguine, qui in uenis existit: sanguis qui est in uenis, est consummatus et perfectus, necesse igitur est fieri, menstruum esse sanguinem perfectum. Ad haec, ubi mulieres menstrua non habent, ut dicit Aristot. fluxu narium tentari solent: Sed iste fluxus narium est sanguis perfectus, ca propter uidetur necessario affirmari debere, menstruum esse uerum sanguinem. B Neque ualet quod ab hoc tot mala oriuntur, propterea quod non sunt uitio illius, sed propter insignem agitationem quae fit in mulieribus menstrua habentibus: cum enim sanguis a toto fluat ad uterum necessarium est ut magna fiat agitatio, ex qua non modo foeminae incallescunt, uerum etiam earum ualido perturbari solet; et quamuis Aristot. uideatur asserere, menstruum esse sanguinem pure excrementitium, quod mulieres illud habentes non tenentur maribus, uariis, aliisque similibus, et quod leuiores et molliores fiant huiusmodi excremento euacuato, non tamen conuincitur esse sanguinem impurum, et excrementitium, sed solum superabundantem, qui et exuitia, et cutis facere potest asperitatem. Dicitur deinde in Definitione (Superfluum): hoc nomen *περισσους*, duplicem significationem habere potest: uel enim significat id quod inutile superfluit, quemadmodum pituita, melancolia, et bilis flaua, uel id quod utile superest coctioni; mensurui itaque sanguis non dicitur superfluum primo modo, sed altero: et quamquam Aristot. mensuruum appelleret excrementum, appellat tamen eo modo, quo semen, id est excrementum utile, quod in muliere post fructualem omnium membrorum superest. Superabundat autem sanguis in foemina, propter duas causas, una est ex necessitate materiae, altera uero ex necessitate finis: ex necessitate materiae, quia cum sit frigidior mare (licet Parmenides, ut referunt Hippot. et Aristot. contrarium senserit) necessario etiam minus consumit quam uir ex necessitate finis, quod cum hic deberet seruare tum faciendo semini, tum construendo, atque tam intra, quam extra corpus alendo foetui, cumque omnia nutriatur ex ijs

Primo de gen. anim. cap. 19.

Loco citato.

Primo de mor. mul. Secundo de part. an. 2.

ex quibus genita sunt, ea propter uoluit natura in foeminis gigni sanguinem copiosum: uerum quia natura uidit foeminam non semper concipere posse, nec per consequens nutrire et idcirco necessarium erat, ut, si in corpore remansisset, superuacaneus corrumpetur, atque magnum detrimentum afferret, propterea sagax natura, et prudens ad euitandum huiusmodi nocumentum superexiit, ut ubi nulli est usus sanguis ille superfluum paulatim a toto corporis ambitu in uterum per aliquod dierum interualla destillans absque dolore statim atque in uterum colligi incipit, pellatur, alioquin si uel subito e uenis aliquo uitio in uterum ruat, aut ibi collectus diu retineatur, ingentes cruciatus, fastidia aliaque mala parit, et si corrumpatur, et perniciosus et laetalis euadit, ut locupletissime omnium narravit Hipp. ubi innumera mala recenset, quae uel a suppressis uel a diminutis purgationibus menstruis proficiuntur; unde patet quam proprie uocet Seneca has purgationes naturae tributum, et quomodo falsum sit menstrua quaelibet esse uitiosa. Illud tamen est compertissimum nonnullas reperiri, quae huiusmodi menstruis carent, uel ea a natura habent diminuta, quod cognosci docet Hippocr. tum quia id habent seriatim, et semper eodem ordine, unde uitium uterinum uocat, quasi dicas natium, tum quia ex maribus similibus sint ortae: quamquam etiam hoc contingere potest, quod ille si sanitate fruatur, et interdum concipiant, uel ingentibus laboribus superfluum sanguinis consumant, uel ut ait Arist. in pinguedinem, seu quippiam aliud conuertatur, aut in alias partes abducatur; sat est, quemadmodum ait Hippocr. et omnes Medici confirmant raras huiusmodi esse, ac mulieres haudquaquam posse bona, et longa ualitudine frui, nisi statim tempore sanguis ille superfluum a natura quasi tributum quoddam iustum e corpore, at que ipso utero mittatur; nam et usu, et Hippocr. et Gal. autoritate constat aliquibus mulieribus eum sanguinem magno cum detrimento uerti modo ad nares, modo ad pectus, modo ad aliquam aliam partem; qui tamen menstruis minime appellari debet.

Lib. de nat. pu. & r. de morbis mul.

Lib. de nat. pu.

Libro de mor. mul. & libro de ferio. uenae aduersus Erasistr.

A De reliquis particulis in definitione menstrui positis. Cap. V.



Abuit Antiquitas inter alias superstitiones hanc, quam narrat Festus et D. Augustinus, quod praefecerunt Deam Menam menstruis quam uocarunt Fluoniam: Sed horredum memoratum est quod scribit Epiphanius flagitiosissimos illos Gnosticos factitasse, quorum uxores non modo menstrua sacrificabant, uerum etiam potabant: Sed haec dimittamus, et ad explicandas reliquis particulis in definitione positis accedamus. Dicitur est, ex utero prodiens, et iure quia sunt complures mulieres, quibus, ut antea dixi, non fuit sanguis ex utero, uerum quemadmodum etiam testatur Gal. uel a naribus, uel a pectore, uel a mammis, ut narrant quidam alicui mulieri singulo mense e papilla sinistra sanguinem profluxisse, qui tamen non est dicendus menstruis. Sed hoc in loco duo occurrunt contemplatione digna, unum est quoniam pacto hic sanguis in utero colligatur, et ab eo exeat. Alterum, est quae nam sit ratio, propter quam Virgines ante 12. uel 14. annum, et mulieres post. 50. careant menstruis, quemadmodum et femine genitali. Quoad primum nonnulli putarunt paulatim spacio illo mensis. effundi per uenas in fundum uteri, ibique tamdiu contineri, donec cumulatam adigat naturam ad sese expellendum. Verum haec opinio confutata est a Vesalio, quoniam cresceret et exiret conglobatus, non autem fluidus, et instat, ut ait Hippocr. hostiac nuper mastratae. Addo ego uterum dum non est plenus, esse adeo exiguum, ut nequeat esse capax. Itaque satius est dicere ut Hippocr. et Gale. nempe paulatim a toto per uenas fundi, et ceruicis uteri sanguinem corruare, easque replere, donec ipsarum tumentium oscula referentur, ipsaeque apertis profundatur: utrum autem a fundo an a ceruice potissimum huiusmodi sanguis profundatur nec ipse Vesalio et si singularis peritia ausus est asseuerare, tamquam res admodum abditata sit, nec ratione, aut ipsa anathome ullo modo cognita. Ad alterum Hippocr. scribit

Quarto de ciuita. Dei.

Primo contra Hae. res.

Loco citato.

Lib. quinto, cap. de cimoquin to.

Libro de nat. pu.

Libro de nat. pu. Quinto aph. com. 50.

Lib. de generatione.

bit non fluere menstrua uirginibus. ante duodecimum annum, et tunc uenae earum angustissimae sint, quae etiam ratione dicebat pueris semen non fluere, etiam si illud habeant. Sed addo ego et aliam rationem, quia scilicet aetate puerili maximum fit incrementum corporis, in quod absumptus sanguis minimè potest exuberare usque ad annos praedictos, quibus tum fit in corpore sanguinis, et seminis agitatio, quam sequitur prurigo, et oestrus illud, quod maximè excitat uirgines ipsas ad libidinem. ceterum alia ratio est cur post quinquagesimum non fiat, nisi aliquibus, sed rarissimè, nempe quod ob refrigeratum corporis habitum (est enim senectus mulierum semper maturior senectute uirorum) minimè ea copia sanguinis gignatur, quae sufficiat menstruis continuandis, ut ob id etià minimè concipiendo idoneae sint. Dixi (singulo mense) quoniam id cunctis mulieribus bene ualentibus commune est, ut singulo mense paulò plus, uel minus menstruas purgationes habeant, quod Gal. ex relatione mulierum dignosci posse scribit: quod si aliquibus eae uel antecedunt, uel postcedunt hunc terminum, id certè contingit propter aliquod corporis uitium, et hinc (ut retrò dixi) patet error uerilis Arist. qui ausus est scribere mulieres plurimas non nisi altero quoque mense purgari, paucas singulo, nisi pro eo tuendo dicere placeat eius sententiam esse intelligendam, quemadmodum uidetur ipsam accepisse Plinius, ubi dixit mulieres altero quolibet mense copiosiora menstrua emittere, quod tamen in maiori ipsarum parte falsum exploratur, et si in nonnullis, sed admodum paucis uerum comperitur. Quamquam Albertus Magnus pro Arist. tuendo peruertere maluit textum, quasi Arist. senserit plurimis mulieribus singulo mense paucis altero quoque fieri menstrua. Unde autem potius fiat ut singulo mense, quam uel quadraginta, uel quinquaginta, quibusque diebus huiusmodi fiat excretio, non ita constat, nam plerique Medici Astrologos sectantes ab luna illud fieri credunt, cuius cursus per Zodiacum totidem perficitur diebus, et Arist. scripsit fieri potissimum decrescente luna, eamque ob causam feminino nomine eam uocari ab an-

Primo de sem. cap. quarto.

Septimo de histor. anim. secundo.

Lib. septimo, cap. de cimoquin to.

Lib. nono de anim. c. secundo.

tiquis. At si hoc uerum esset, sequeretur debere menstrua semper, uel saltem plerumque fieri in pleniluniis, et nouiluniis quando cuncta corpora uiuentia esse humidiora quam alijs temporibus cernuntur, quod tamen usu non comprobatur uerum, cum omni lunae aetate has excretiones experiantur mulieres, licet forsitan compluribus in plenilunijs; uel nouilunijs illae accidant: quare magis mihi placet hanc purgationem esse ueluti motum quendam naturae criticum, uti dicebat Hippocr. conceptiones, foetus, abortus, atque partus eodem tempore iudicari, quo et morbos, et sanitatem, et mortem. Et quia uerè dies critici ab Hippoc. certissimo horum obseruatore constituti per quartas, seu potius hebdomadas, ut alias saepe docuit, terminantur, et quatuor hebdomadae paulo minus integrum mensem efficiunt lunarem, hinc fit, ut potius 27. 28. 29. atque 30. diebus, quam alijs motus talis criticus absoluantur; quae enim ratio absurda est in assignanda potius hebdomada, quam alium numerum motui humorum, et morborum critico, eadem quoque non minus occulta est in definiendo praesertim hoc termino potius per quatuor, quam per tres, uel quinque hebdomadas, nisi dicamus tanto durat tempore cumulari sanguinem illum exuberantem, ita ut naturam ad sui stimulet, et concitet expulsiorem. Dicitur est tandem in definitione menstrui (propter conceptum, seu propagationem speciei humanae, nec non propter ipsius mulieris salutem) quia uerè uidentur esse instituta menstrua, in hunc praecipuum scopum, ut saluetur species humana; imo uero tam necessaria est haec materia, ut nisi mulieres eam habeant haudquaquam concipere possint; quod intelligens illa Sarra ubi sibi renunciatum fuit se se nonagenariam esse concepturam respondit, quomodo illud fieri posset, non quod esset nonagenaria, sed quod menstruis careret: nec solum necessaria sunt menstrua conceptui, uerum etiam ut commodè fluant; nam si sint diminuta dicebat Hippocr. non posse fieri conceptum, et hoc ob duas rationes, tum quia uasa sunt usque adeo oppleta, ut foetum continere, nequeant, tum quia deest materia conceptus, est. n. menstruum maxima pars conceptus.

Lib. de septim. partu.

In lib. de natura pu.

Quod

Quòd si quandoque fiat licet rarissime, ut quae menstruis carent concipiant, id fit, quia sanguis ille qui circa uterū collectus est, ex illa titillatione effunditur. Verum si nimis quam par sit fluant, nō potest etiā fieri conceptus, aut si fit, vitiosissimus est, dicebat enim Hippocrates, quòd sicuti plantae benè, uel malè habent pro uario humorum terrae, quibus fiunt, aluntur, et adolescunt statu, sic foetum benè, aut malè sese habere, prout mater, eiusq; sanguis menstruus benè, uel malè habent: et haec etiam est ratio, propter quam fluentibus menstruis, uel non fit conceptus, eo quòd uis prolifica feminis nō modo hebetatur, aerum etiam planè suffocatur; uel si ob feminis uirilium ualiditatem, quòd menstrui uis resistat, fit, vitiosissimus est: unde qui nascuntur, aut sunt Epileptici, aut leprosi, aut Elephantiaci: et hinc est quòd ueteres Hebraei fuerunt quae adeo diligentes, et seueri in praecipiendo, ne cōcūberent homines cum mulieribus, menstrua habentibus. Quòd si quis quaerat, qui fieri possit, ut ubi mēstrua fluat, partus usque adeo uiscentur, postquam constitutum est menstruum esse sanguinè purissimum; respondendum est illud fieri, quia cum eo tempore plus sanguinis menstrui, quam par sit fluat, iure fit, ut uis formatrix non possit fermentum illud coquere, unde corruptur pars menstrui, et feminis, à qua corruptione postmodum necessario fit conceptus vitiosus. Opportunum igitur tempus conceptus est, definitibus menstruis, quia tunc cum uteris sit exsiccat, et depuratus, facile attrahit semen in sese, et si quid sanguinis remanet in utero optimè fit conceptus. Huic autem primario in faciendis menstruis naturae scopo accessit et secundarius quidam, scilicet ipsius salus, necnon ornamentum, quoniam (ut retro dicebam) mulier haudquaquam sana esse potest, cui purgationes menstruae debitis temporum interuallis, uel nō fluunt, uel diminutè fiunt, atq; id firmissimis experimentis, et rationibus demonstrarunt Hippocr. et Galen. plerisque in locis, imo una cum sanitate etiam conceptio, et consequenter humanae speciei conseruatio, et propagatio impeditur; et quamquam uideantur aliquae esse sanae, licet non fluant, uel diminutè menstrua, longo ta-

Loco citato.

men tempore sanitate non perfruiunt. His duobus praecipuis scopis addidi ego pulchritudinem, et ornamentū ipsius mulieris, cum enim, ut dicebat Anacreon uetustissimus Poeta Graecus, natura largita sit cunctis animalibus aliquod pro sui defensione tutamē, ueluti equo cursum, leonī unguēs, belluis cornua, cani dentes, pulchritudinem dedit mulieri, quae plus omnibus alijs armis ualeat; ad pulchritudinem autem si non faciendam, saltem conseruandam, atque augendam quantum ualeant purgationes menstruae ordinatae, prae multis alijs docuit Arist. qui iccirco corpora mulierum teneriora, molliora, et coloratiora esse dixit, quòd singulo mense superfluis sanguis, et cum eo alij humores purgantur superuacanei; praeterea quòd etiam experientia quotidiana probatur; eas quae nō ita rectè purgantur, decoloratiorēs, obscuriores, uel saltem uenustatis, et lepōris magis expertes plerumque apparere, et meminī me legisse apud Plutarchum mulieres pinguedinem quandam suauem, et eximiam habere, propter quam ubi multa cadauera promiscuè erant comburenda, semper decem uirorū, unum muliebre immiscebāt, quasi illud unum pinguedinis tantum superpeditaret, ut cetera facilius concremari possent. Vtrum autem ad alendum foetum sanguis menstruus conferat, minimè dubitare oportet: etsi enim aliqui id negent impulsū sententia Plinij, qui dixit à sanguine mēstruo plurima fieri detrimenta, attamen melius censuerunt Hippocr. Arist. et Gal. qui puriore illius sanguinis parte foetum nutrire asseruerunt, neque uerum est sanguinem mēstruum intra uenas ipsas retentum, esse ullo pacto perniciosum, nisi si quādo effusus è uenis in uterum, tetram aliquam putredinem contrahat, quo in casu perniciosus sanè euadit. Cur porro bruta minus huiusmodi excrementi mittant eadem sunt causae, propter quas solebat dicere Arist. illa minus alijs etiam destillationibus infestari, scilicet quod excrementa in pilos, cornua, aliaue membra uertatur, uel quod proportionē sui corporis minus sanguinis faciāt, nempe quae alimentis siccoribus, ac à sanguinis natura remotioribus alantur. Atq; haec de menstruorum natura, Vtrum autem

rectio solum post fac. 4.

Libro 25. cap. septimo.

Decima probl. 53.

tem Virgo Maria habuerit, ut ce terae mulieres hanc excretionem menstruam, est ingenij curiosi, atque ociosi anxie perquirere, uerum tamen, nisi hoc damnetur ab Ecclesia Catholica, à qua ne lato quidem (ut fertur) ungue recedere uero Christiano licet, dicerem, eius quidē corpus fuisse perfectissimè constitutum, attamen cum debuerit in eius uentre, et generari corpus uerè humanum, atque nutriri, tam intra, quam extra foetum ipsum, quo pacto aluntur ceteri foetus, contra atque censuerunt haeretici illi, qui Christum negarunt ueram carnem humanam assumpsisse, rationi cōsonum uidetur, illius matrem abundasse ea materia, quae hisce uisibus inseruit: uerum hanc materiam in Beatissima Virgine fuisse purissimam, incontaminatam, atque ab omni labis suspicione maximè remotam.

De Varijs seminis nominibus, eiusque definitione, tum ex ueterum, tum ex propria sententia. Cap. VI.



**A**BSOLUTA menstrui sanguinis naturae explicatio; sequitur ut de semine tam uiri, quam foeminae agamus, cuius natura postquam erit cognita, postmodum intelligetur, utrum uerum sit, illud quoque foeminas habere, ut putant Medici, an potius careant, quemadmodum crediderunt Peripaterici: nam si careant, cōsequens erit, ut foeminae in generatione uas dumtaxat, et generationis, ac nutritionis materiam praebent, sin uerò habeant, sicut arbitrat̃ur Medici, consequenter probatum erit, etiam mulierem effectiue ad generationem hominis cōcurrere. Primum autem de nomine seminis sciendum est apud Hippocratē, et alios uocari *σπέρμα*, et *σπέρμα*, quamquam Aristot. uideatur ponere differentiam inter *σπέρμα* et *σπέρμα*, ubi scribit *σπέρμα* id est genituram esse causam; principiumque generationis proueniens à perfectis animalibus, quae natura cōeunt, *σπέρμα* uerò esse tantū plantarum, et imperfectorum animalium: atqui apud Hippocratem et Medicos *σπέρμα* seu semen, tam de animalibus perfectis, quam de alijs promiscuè dicitur, ueluti

Primo de gen. anim. cap. 18.

Secundo de gen. anim. secundo.

tam de mare, quam de foemina: etsi enim Zeno, atque Arist. sentiant foeminā haud emittere prolificum semen, sed dumtaxat materiam, sudoris instar, liquidā, qualis ex cōluctatione factam, tamen et Medici, ut alias saepe dictū sumus, necnon Pythagoras, Democritus, et Epicurus, aliter senserunt. Iam uerò semen diuersimodè reperitur apud ueteres definitum. Pythagoras sanguinis probissimi spumam esse dixit, ut apud Galenum et Plutarchum legitur. Alcmeon cerebri portionem; (sed hoc uerum si esset, quot iuuenes essent sine cerebro?) et quamquam Aristoteles dicat spadones non caluescere, quia plus cerebri habent ob ueneris abstinentiam, quasi uerò semen sit pars cerebri, nihilominus aliud est, cerebrū subsidere, aliud, auferri partem ipsius: in ijs qui Venere utuntur, et praesertim immodica, subsidet quidem cerebrum, sed nulla ipsius pars aufertur; subsidet autem quia exsiccat: unde si conspiciantur capita eorum qui utuntur Venere, et qui non utuntur, cerebrum eorum non contrectat caluariam, horum uerò ipsam tangit. Plato spinalis medullae effluuium esse putauit, quòd enim per spinalem medullam effluit semē, uerum quidem est, sed hoc non explicat illius naturam. Epicurus animae, et corporis fragmentum, Arist. uerò diffinitabat semen esse id quod ex seipso mouere ualeat ad tale aliquid gignendum, quale id ex quo concretum est, uel esse excrementum utile alimentum sanguinei ultimi. Ceterum, nos Hippocratis doctrinam, et Medicorum sequētes, dicimus, quòd semen est corpus liquidum, calidum, et spirituosum facultate formatrice praeditū in uasis spermaticis, ac testibus elaboratū, propter humani generis propagationē. Haec namq; definitio, seu potius essentialis descriptio, causas omnes cōplectitur, quemadmodum ex ipsius, quā sumus mox subiuncturi anatome perspicuum et manifestum reddemus. Dicitur ergo corpus liquidum, quia omne semen est quaedam species substantiae humidae, siue humoris fluidi à ceteris separati: unde deprehenditur error Ctesiae, quem narrat Aristot. uoluisse elephantis semen durari sic cescens instar electri. Illud tamen est animaduertendum, cum dico (liquidum) non me

In hist. philof.

Decima probl. 56.

Primo de gen. anim. 18. & 19.

Secundo de gen. anim. secundo.

me intelligere simpliciter aqueum, sed moderatè crassum, qualia sunt concoctorum humorum genera, tale enim debe-

Secundo de gen. anim. quinto, & tertio de hist. anim. in fine. me esse semen uiri iure docuit Aristoteles; ubi etiam monstrat probari efficaciam seminis aqua, in quam proiectum si defluat sterile, sin fundum petat foecundum iudicatur. Ceterum oritur hoc in loco dubitatio, quia Galenus uidetur uocare semen substantiam crassam, et alibi dicit semen constare ex substantia serosa, uerfus Ly et spiritali: imo idem etiam dixit Aristoteles. Ad quod respondetur semen dupliciter considerari posse, uel secundum sui materiam solum, uel quatenus est compositum ex materia, et forma: si itaque primo modo accipiatur, planè est totum aqueum, ut comprehenditur ex eo, quod statim atque funditur extra calore exutum aquescit, praesertim quando est infocundum, et in aqua fundum non petit, sed eliquatur: sin autem secundo modo accipiamus, cum sit elaboratum, est crassiusculum. Nisi etiam dicamus uocare aquam Galen. ut alios liquores ad aquam reducit Aristoteles, s. uinum, serum etc. Fit autem semen ex eo puro sanguine, qui nutritis partibus solidioribus superest, non secus ac menstruum; natura enim non tantum speciei, quantum indiuidui conseruandi studiofissima, quotidie uberrimum alimentum parare uoluit, ita ut potius exuberaret, quam deficeret, illud uerò quod superest in uasa feminaria seposuit, ut postea generationi faciendae possit inseruire, atque hinc Aristoteles appellauit semen *σπέρμα χρισμωον*, id est quod superest utile, quod autem semen ex sanguine conficiatur, tum ex eo dignoscere licet, quod qui immodica Venere utuntur, quandoque etiam sanguinem eiaculari soleant: tum etiam quia Aristoteles appellat semen excrementum alimenti sanguinei ultimi, quod magnam uim obtinet; quod magis etiam probat, ubi scribit post coitum maximè delassari hominem, quia plurimum seminis emittit; et Auicenna dicit ex quadraginta uncis sanguinis uix fieri unam feminis: unde ab Hippocrate ualentissimi quid semen appellari solet.

Primo de sem. capite quarto. In lib. ad uerfus Ly et spiritali: imo idem etiam dixit Aristoteles. Tertio de hist. anim. in fine, & secundo de gen. anim. secundo.

Quarto Methcor. quinto.

Quarto probl. sexto & septimo. Tertio de Animal. In lib. de Genit. & de natura pueri.

Vnde nam semen defluat ex animantur uerum sententiae. Cap. VII.

**D**VBITATVM est à ueteribus à quam corporis parte huiusmodi corpus humidum, quod est sanguis ultimus, et perfectus, in uasa spermatica defluat. Hippocrates securus Empedoclem, et Anaxagoram à toto corpore, et praesertim à capite, et ab oculis deriuare censuit, propter quod dicebat homines post coitum imbecilliores fieri, cum res ualidissima à toto secernatur, et licet in eodem loco uideatur asserere, quod ab omni humido proficiscatur, pro humido tamen intelligit quicquid à duritie seiunctum est, qualis est ossium, ligamentorum, et charrilaginum. Aristoteles autem diuersas uideatur habuisse sententias, quandoque enim idem dixit, quod Hippocr. defluere, scilicet a toto: quandoque uerò ad uerfus ueteres Medicos, non à toto, sed à cerebro. Tribus porò argumentis usus est Hippocrates ad confirmandam suam sententiam, primò, quia semen continet in se uirtute, et potentia omnes corporis partes, atque id fieri non posset, nisi ab omnibus partibus semen decederet. Practerea non possent assimilari foetus secundum omnes partes parentibus, nisi semen à cunctis partibus separaretur. Ad haec magnitudo uoluptatis in coitu non aliunde prouenit, quam quod semen, quod exiens facit uoluptatem, a toto secedit. Quod autem potissimè à cerebro defluat, probabat Hippocr. exemplo Scytharum, quos dicit frequentissimè equitare solere sine ipsis stapedibus, ex quo fiebat, ut quosdam grauissimos morbos crugum incederet, ad quos curandos necesse erat incidere uenas post aurès, quibus excisis steriles euadebant, quas uerò ex incisione uenarum illarum tolleretur uia, per quam pertransiret semè ad uasa feminalia. Quod etiam ab oculis semen defluat probauit Hippocr. quia in illo actu uenero maximè omnium oculi laborare solent. Aristoteles autem, Albert. Magn. et ceteri Peripatetici non acceperunt has grauissimas Medicorum rationes, primo enim Arist. negat, quod etiam si semen habeat uim faciendi omnes partes corporis, a toto corpore proficiscatur,

Lib. de genitura.

Primo de gen. anim. 18. & 19.

In lib. de aer. ag. & loc. & in lib. de Genit.

scatur, cum enim habeat uim formandi indiuiduum, habet etiam uim formandi omnes partes. Neque pariter putat Arist. illud esse necessarium propter similitudinem, quia cur non decideret etiam ab unguibus? sunt enim et haec partulae corporis. Quod pertinet ad uoluptatem illam insignem aiebat Arist. non fieri quod totum corpus concurrat, uerum propter titillationem illam, et conficationem corporis. Quamquam autem Arist. hanc Medicorum sententiam damnauerit, habuit tamen aliam sententiam, et quasi coactus est Hippocr. consentire, nam quaerens rationem ingentis illius uoluptatis, quae in coitu percipitur, inquit esse, quia semen ab uniuerso corpore secernitur: et dicebat Spadones habere plus cerebri, quia minus à coitu consumitur, quasi uerò semen a cerebro defluat: ab oculis etiam proficisci semen dixit Arist. ubi etiam scribit ex hoc explorari foecunditatem mulierum, si linimenta ipsis oculis adhibita ad os intus perueniant. Quare illud uerissimum est, quod dicit Hippoc. et interdum non negauit Aristot. nempe semen à toto corpore deriuare, praesertim autem à capite, atque ab oculis ipsis.

Quarta probl.

Decima probl.

Secundo de gen. anim. quinto, & quarta probl. secundo.

Semen calidum esse, & quot modis. Cap. VIII.

**S**ED redeamus ad explicationem eorum, quae in feminis definitione accepta sunt. Nā dicitur (calidum) quia uerè semen est ueluti sedes, atque domicilium natiui, atque genitalis caloris, qui siue sit ipsa natura, aut anima, quemadmodum uocat Hippocr. ubi dicit produci animam usque ad mortem, et calidum esse quodpiam immortale, siue primum animae instrumentum non interest multum hoc in loco disputare; sat est intelligere in hoc ipso semine illum calorem, tamquam in proprio domicilio habitare. Tribus autem potissimum modis dicitur semen calidum, uno modo, quia actu, et uerè calidum est: siue enim intra corpus, siue in exitu semen accipiatur, actu calidum semper existit. Altero modo, quia ubi fit conceptus imperit, et elargitur calidum innatū omnibus corporis partibus. Postre-

Secundo Epi dem.

mo, quia nō modo calorem natiuum, uerum etiam robur, efficaciamque caloris effectus proprios largitur. Quod autem, ut a primo exordiar, semen sit actu calidum, et opere, et tactu, percipitur. Verum hoc in loco occurrit dubitare, quoniam Aristot. in constituendo seminis temperamento uisus est inconstans, nam faceret aperte genituram esse calidam. Alibi etiam sanguinem, semen, et medullam calidam esse statuit. At scribit quoque genituram naturam esse cerebri similem, quod quidem frigidum est; imo uero dicit manifestè frigidam esse genituram; atque illius argumentum esse dicit, quod humida nūquā redditur, nisi calefat, nec ullam desiderat liquefactionem, quādoquidem per uniuersum corpus expansa est, sicut sanguis. Hanc contradictionem cum uidisset Ioannes Philoponus dixit, et benè genituram suapte natura frigidam esse, uerum calorem acquisitiuum habere ab ipsiusmet corporis, uel partium unde abscedit calore, et hoc est quod ait Arist. cum scribit genituram densari frigore, dum exit humidum cum calore. Ex qua ueritate possumus facillè uidere insignè Auerr. simplicitatem, qui scribit se cognouisse uicinam, quae concepto semine ex balneo grauida facta erat, et quae magis Auerr. simplicitatem auget est, quia dicit se inuenisse in quodam libro rationem huiusce rei, et maximè sibi placuisse. Et miror certè Auerr. non uidisse suum praecceptorem, qui scribit animalia, quae membrum longum habent esse infocunda, eo quod semen in longo ductu refrigereretur, et inefficax reddatur. Haud secus (si mihi licet) parum fidei adhibendum esse D. Thomae puto, qui in quolibet art. 18. scripsit quamdam puellam dormientem cum patre, ab eo in somno pollutionem passò, absque genitalis immixtione semen recepit, atque concepit: Quo pacto nonnulli quoque sancti Patres Loth excusare uoluerunt, quod à filiabus factus ebrius earum unā inscius praegnantem fecisset. Fabulae etiam sunt id quod legitur apud Pliniū de Ocrifia, quam scribit grauidam factam esse ex genitali, quod apparuit in foro Tarquinij Prisci, ubi ea infederat. Dicitur autem altero modo calidum semen ratione generationis, quia ubi fit conceptus in utero ex ipso

Quarto de gen. anim. quarto, & quinta probl. 31. Quarto Methcor. tex. 40. Secundo de gen. anim. quinto. Quarta probl. in fine.

In comm. ad librum de gen. animal. capite nono.

Quarto Methcor. tex. 40.

Secundo Collig. de cimo.

Primo de gen. anim. sexto.

In fine lib. 36.



ex ipso constituuntur partes solidae, cor, iecur, & aliae: partes solidae, & praefertim cor, sunt domicilia propria caloris nativi, eapropter hac ratione dicitur semen calidum, quasi uerò sit generatiuum caloris nativi. Verum hic oritur altera dubitatio, qui fieri possit, ut partes solidae ex femine gignantur: si enim uerum est id quod Periparetici dicunt partes corporis nostri nutrirī ex ijs, ex quibus genitae sunt, operaeperitium esset, ut partes ipsae solidae ex femine nutrirerentur si ex femine constarent, quod tamen non uideretur dicendum. Nisi dicamus, quòd ubi semen est in corpore quandam qualitatem corpori communicat; sicuti enim cerebrum facultatem animale, Cor vitalem, Hepar naturalem, ita semen vim quandam partibus ipsis tribuit, quae dat vitam sanguini, adeo ut dealbetur, & partium solidarum aptum alimentum euadat. Dicitur postremò calidum semē, quia tribuit, quicquid roboris in corpore est, quòd autem ita sit una illa Galeni demonstratio sufficere potest, quòd ad empra generandi seminis abscissione testium facultate illicò homo fit frigidior, debilior, effoeminatus, & quod ait Auenzoar ille admirabilis ab Auerooc uocatus, intellectus, sensus, & mores deprauantur, & diminuuntur. Vnde Aegyptij quando volebant repraesentare Regem fractum, & hebetem pingebant Typhonem castratum, quasi uerò cognoscerent, nihil posse magis repraesentare hominem infirmum, quam hominem sine femine. Quòd si quis quaeratur, quanam sit ratio, propter quam, cum semen sit res usque adeo pusilla, nihilominus tantum valeat, ut sui praesentia, & calorem natiuum, & robur, & animam, & sensum, & alia eiusmodi bona efficiat. uideat Galenum, qui scribit, quemadmodum Sol suo fulgore totum orbem illustrat illicò, & sicuti cerebrum spiritibus facultatem animale, cor vitalem, iecur naturalem statim communicat; sic semen iusta fulgore quosdam sui praesentia ea omnia bona parere: & propterea Hippocrates appellabat semē, ut retrò dixi, quid ualentissimum, & alibi dicebat calidum natiuum esse immutabile, & quid Diuinum, & Arist. proportionem respondere calori coelesti, imò ferè ipsummet esse, ut ob

Primo de sem. cap. 16.

Lib. secundo, tract. tertio, cap. primo.

Primo de sem. sexto.

Secundo de gen. anim. tertio.

id alibi dixerit hominem, & Solem generare hominem, quasi uerò semen instar Solis habeat efficaciam etiam gignendi animam, & robur.

*Quanam ratione semen dicatur Spirituosum, & facultate formatrice praeditum; & quid sit facultas formatrix veterum sententiae. Cap. IX.*

**A**DDITVM est in definitione ( Spirituosum) quia Galenus plerisque in locis non modo appellauit semen spirituosum, uerum etiam frequentissime spirituosum, nec sine ratione, quandoquidem Pythagorici, ut scribit idem Galenus, dicebant illud esse spumam purissimam sanguinis, & Aristoteles narrat a Graecis uenerem fuisse nuncupatam, & hoc est à spuma; quasi uerò semen, quod eiicitur ipsius ueneris usu spiritibus cum sit plenum spumae naturam quodammodo aemuletur: quinimo qui animatum mundum faciunt, animam appellant spiritum.

*Spiritus intus alit, totamq; insusa per artus Mens agit molem.*

Videndum itaque breuiter est quomodo semen dicatur spirituale, & quomodo spirituosum fiat. Spiritus, ut docet Galenus, est corpus quoddam aereum, & purum, ac tenuissimum, & (ut hoc obiter dicam) locus ille Gal. est mendosus, quia ubi habet spiritum esse frigidum, & calidum, debemus legere, humidum, cum impossibile sit idem dici calidum, & frigidum. Apud Medicos tria sunt spirituum genera, animalis, uitalis, & naturalis; animalis gignitur in cerebro, & per neruos toti corpori distribuitur: Vitalis in corde, & per arterias in corpus propagatur, naturalis in iecore, & per uenas in singulas corporis partes deferatur; semen igitur ita dicitur spirituosum, ut omni spiritu, & animali, & uitali, & naturali praeditum sit; unde etiam Hippocrates omnia ferè conformationis opera tribuit spiritui feminis; ipse enim est, qui agit, qui mouet, & qui excitat ventrem, qui sobolem coferuat, quiq; omnem uoluptatem in actu ueneris efficit, ut propterea dixerit Hipp. in usu ueneris à uoluptate potissimum corpora hebetari, non alia ratione

Primo de sem. 14. de usu part.

In lib. de plac. Philol. Secundo de gen. anim. secundo.

Tertio de fac. nat. & septimo de plac. Hipp. & Plat.

In libro de nat. pu. in lib. de flu. tu.

Primo de sem. decimo sexto.

Lib. de genit. in initio.

certè, quam quia ad ingentem illam uoluptatem efficiendā multi spiritus concurrunt, unde eorū maxima fit consumptio. Quoniam autē pacto semen spumosum fiat, luculentissime declarat Hipp. ubi ait neruos, & uenas ab uhiuerso corpore in pudendū produci, quibus attritis, excalfactis, & repletis prurigo quaedam excitatur, ac toto corpore uoluptas, calorq; prouenit, unde cofricato, & moto pudēdo fit spuma eo modo; quo reliqua humida mota spumescunt. Scio non facillè uobis à peritissimo uestro Anatomico demonstratum iri, uenas, arterias, & neruos à toto, atq; adeo ab ipso cerebro in pudenda produci, & id forsitan in uiuis uerū est, nō in cadaueribus, in quibus etiā plexus ille retiformis tantopere celebratus à Gal. haud facillè inuenitur. Est quoq; alius finis spumae in femine, scilicet pruriginis excitatio, quā licet dicat Hipp. fieri ob agitationē totius corporis, fit tamē maxime in uasis spermaticis, testibusq; ubi et albedinē acquirunt, tum quia multo spiritu repletum est, tum etiam ex coctione ipsa, tum maximè ex conditione ipsorum uasorum, quorum interna superficies albescit, & certè summo iure Arist. irridet Herodoti simplicitatem, qui non erubuit scribere Aethiopum genituram esse nigram, quasi necesse sit, quorum cutis est nigra, eorū quoque interiora esse nigra. Sed potuit forsitan esse deceptus, quia eorū genituram conspexit extra aliquādiu conseruatā, siquidem licet omne sperma exiens albu sit, tamen, ut ait Arist. paulò post aquefcit, & non nihil nigroris contrahit: Nisi et pro Herodoro dicere uelimus, nō intellexisse de nigredine in actu, sed in potentia, quod uim in sese gerat nigrificam: neque enim uerū est omnes Aethiopas nigros fieri ab exustione ob feruissimā coeli plagam, ut crediderunt plerique, & praeteris Lucret. quandoquidē compertū est ab ijs qui Indicas regiones perlustrarunt etiā in nonnullis regionibus, non calidis nigros populos nasci, quod aliudē proficisci nequit, quam ut ipsius feminis: etenim nigerrimi sunt, qui habitant caput bonaespe vocatū, cum tamen ea regio ab Aequinoctiali aequè distet, ac Hispania, & Italia, & in tota America, quae est calidissima regio; omnes albi sunt. Dicitur (facultate formatrice praeditum) quoniam uerum fa-

Tertio de hist. anim. c. vltimo, & secundo de gen. an. secundo. Lib. tertio suae hist.

Quarto Coll. quarto.

Primo de sem. 16. in fine.

Loco dicto.

Lib. septimo, c. 16.

cultatis formatricis domiciliū, atque instrumentū est ipsum semen, & si in ulla post foetus formationē conseruatur ipse corpus parte, sanè in ipso corde secundū Arist. conseruatur, quod tamen ignorasse Auicennā putauit Auerr. dixi namque in corde secundū Arist. quoniam Medici credunt potius eam in partibus seminarijs latere, praefertim in dētibus, & uenis, quarū aliquas refici docet Gal. nō propterea ociosam debere existimari, quia nō debet operari, nisi quando tempus est; & certè partes feminales propterea se nuncupantur, quia ex ipsius feminis substantia constatae sunt, quales existunt partes omnes solidae, à quibus corporis actiones proficiuntur: sed quamquam ut dixi hoc ab aliquibus sentiat, mihi tamē semper magis placuit, postquam perfectum est animal facultatem cessare, tam secundum habitum, quam secundum actum. Neque abducor ab hoc sentiendo; quòd quaedam partes uerè feminariae etiam post multos ab ortu annos reficiantur, & nascantur, ut de quibusdam uenis testatur Gal. nec non cōpertum est de dētibus illis extremis, quos propterea dicit Ruffus uocari *crotopis*, quia eo tempore nascuntur, quo homines incipiunt esse prudentiores; siquidē id dixit Gal. de quibusdam paruīs uenis tantum, non de cunctis; & quòd pertinet ad dentes peculiari quaedam est ipsorum natura, ut nō tantum ex femine, sed etiam ex aliā terrestri materia orientantur, secus quam cetera ossa, à quibus in alijs uidentur etiam discrepare, cum non habeant medullam, ob idque à canibus, & lupis nō tangantur; nec ab igne (ut ait Plin.) domentur; & dolores acerbissimos sustineant; secus quam reliqua ossa, quae femel euulsa, aut fracta non restituantur, sed loco ipsorum durissimi calli fiunt; quod enim dicit Plinius, nōnullos dētibus esse ortos, quasi & ipsi gignantur intra corpus ex femine, fieri quidem potest, uerum quòd dico est, posse etiam peculiari quadam natura fieri ex aliā materia ab ipso femine diuersa. Quae autem sit haec formatrix facultas, an scilicet ipsa uerè feminis temperamentum, an forma quaedam; & uix efficax, uel ex potentia materiae educta; uel extrinsecus à coelo immisa, & ab Anic. Calchodea appellata.

In histor. Philoſop. non exigua fanē lis eſt inter veteres; nam Zeno, & Leucippus, vt eſt apud Gal. putarunt eſſe corpus quoddā, & veluti fruſtulū ipſius animae. Straton & Democr. cenſuerunt uim quidem eſſe corporeā, ſed ſpiritualem. Cc ſtra autē Plato & Ariſt. videtur eam feciſſe incorporeā, & Hipp. eā ubiq; nomine naturae appellauit, & quādo Ariſt. dixit, Sol, & homo generant hominē, viſum eſt aliquibus voluiſſe Solis nomine hāc uim incorporeā formatricem ab ipſo coelo ſemini inditā intelligere, quemadmodum etiā ſemen proportione reſpondere elemento ſtellarum. Hinc itaque patet, q̄ etiā Hipp. dixerit pueris ſexēnijs in eſſe ſemen licet ob uenarum anguſtiam, craſſoſq; humores eis inexiſtētes pruriginem excitā, atq; emitti nequeat, haudquaquā de uero ſemine fuiſſe locutū, ſed ea de materia, ex qua ſuo tēpore ſemen fabricatur, ſiquidē in ipſo non reperiatur for matrix facultas, vt innuit Ariſt. niſi poſt de cimumquartum annum in mare, duodecimum autem in foemina, aut ſi eſt, non dum, & apta, & potens eſt formare, vnde neque uerum ſemen dici debet, ſicut morboſum ſemen inualidum eſt apud Ariſt. nec non decrepitorum multorum.

Septimo de hiſt. an. c. primo.

Libro de nat. pu.

Septimo de hiſt. an. c. primo.

Libro de gen. anim. 18.

*Quo tempore operari incipiat, & quouſque duret in ſemine facultas formatrix: Necnon de reliquis particulis in ſeminiſ definitione poſitis. Cap. X.*



**E**T ERVM hīc duo occurrūt dubia, vnū eſt, vtrum uerum ſit ante decimū quartum annū ſemen uirile inſocundū eſſe, ſiquidē narrat D. Hiero. auctor fide dignus tēpore ſuo Romae quendā puellū decennium cōpreſſiſſe nutricem, & grauidā reddidiſſe; & D. Greg. idē narrat de puero nouennio imo in ſacra ſcriptura habetur Salomonem, & Achaz decimo & vndecimo anno filios genuiſſe. Albertus quoq; Roſarius ſcribit puellā quendam nouenniā periſſe. Agathartides etiā & Plin. narrat apud Indos eſſe populos quosdā Mādros, et Calingas vocatos, quorū foeminae quinto & ſexto aetatis anno cōcipiūt. Ad haec apud Plutar. & Gal. habetur quosdā Aethiopes nō praeterire trigēſimum aetatis annum, quos primis annis generare veriſi-

Epit. ad Vitalem.

In Dialog.

In Indice leg. prima, vterio Mātrimoniū. Lib. ſeptimo, capite ſecundo.

Libro de pac. Phil. in fine.

mile eſt. Aliud dubiū eſt de ſenibus, ſ. vſq; quō poſſunt generare, nā ex una parte eſt Ariſt. qui ſcribit non poſſe hominem ultra 70. annum generare, & foeminā ultra 50. Et ſcribunt à Tiberio factā eſſe legē Poppacam Popiliā, qua uetabatur ſexagenarios, tāquam generationi ineptos nubere, quā rē intelligebat ille quoq; apud Plautū, quando dixit, ſi quē ſexagenariū ſcibimus ſcortarier, contra eū lege agemus. Ex altera parte Auenzoar Ariſt. improbat, nec deſunt exēpla eorum, qui ultra 70. annū conſtituti genuerunt, ut narrat Plin. de Maſſiniſſa, qui 86. annis natus filiū genuit, & de Catone Cēforino 88. anno. Vladilaum Lithuanū Regem Poloniae nonagenariū duos filios habuiſſe ſcribunt; atq; de alijs grandaeuis ſimiliter, ne in mediū adducam Patres illos ueteres Hebraeos, qui potius diuina uoluntate ſic diſponente, ut mūdus repleretur, q̄ naturali ulla ratione poſt centū, & multo plures etiam annos filios, & filias procrearūt. Ad primū reſpondendū eſt id quod ſcribit Ariſt. de 14. anno eſſe ueriſſimū, poſſe tamen aliquos ita eſſe robuſtos, & firmos pueros, vt etiā paulo citius generare queant, ſed q̄ nono anno hoc cōtingere queat, haud facile credo, niſi tamen dicere uelimus, q̄ ſicut illi Aethiopū populi, qui nunquam tranſcendunt 30. aetatis annū, incipiunt generare circa decimū, ita potuiſſe naturam feciſſe vnū, vel alterum ſimilē, qui quōd ſeneſcā cito eſſet habiturus, habuerit quoque tempeſtiue generandi potētiā. Ad aliud uerō dicendum eſt Ariſt. intelligendum eſſe vt in pluribus, ſiquidē multo plures ſunt, qui circa 65. aetatis annum uim generatiuam amittunt, quamq̄ ſint uſque adeo aliqui ſeniores uegetes, & robuſti, vt ultra ēt 80. gignant, quemadmodū ait Celf. interdū eſſe aliquos ſenes adeo robuſtos, vt facilius iuuenib. ſanguinis miſſionē ferant, & de lege illa nil aliud dicere conuenit, q̄ eā fuiſſe iniuſtam, ac propterea Cl. Imperatorē eam abrogāſe. Quōd autē ſcribunt Caefar, & Tacitus Germanos legē habuiſſe ne quiſpiā ante 20. aetatis annū ueretur Venere, atq; illud non difficile cognitu fuiſſe, cum promiſcūe lauarentur, non tantum reſpexerunt generandi facultatē, uerum etiam robur ipſorū uirorum, quos putabant infirmiores effici, ſi tempeſtiue nimis

Quinto de hiſt. an. mal. 14. & ſeptimo, capite ſexto.

Lib. ſecundo, tractatu tertio, c. primo.

Lib. ſexto de Bello Gallico.

nimis uenere uerentur. Dixi (in uas ſeminarijs, & teſtibus) vt dogma Medicorū aſſererem ſentiētium teſtes ad ſeminis fabricā magnum praebere emolumentum, imo uim ſeminis procreatricē habere, ſecus quā Ariſt. & Peripatetici crediderūt, & certē niſi ſanguis, & ſpiritus à uenis, & arterijs in teſtes mittatur, ibiq; coquatur, elaboretur, ac dealbetur, vt docet diligentiffimus Veſalius, haudquaquā uerum & perfectum ſemen uocari poteſt, etenim ut tradunt Gal. & Auic. in tota fabrica ſeminis tria uafa reperiuntur, praeparantia, teſtes, & deferētia. A uenis, & arterijs miſus ſanguis, & ſpiritus in praeparantia, ibi coquitur; hinc deinde in teſtes miſſus adhuc magis perficitur, & dealbatur, poſtremo in deferētia translatus ab ipſis in penem tēpore coitus mittitur. Vtrum uerō teſtes conferant ad perficiendum ſemen quē admodū ſentiunt, an uerō dumtaxat ad eiaculationem, ſintq; ueluti duo pondera uas ſpermiaticis affixa, vt ea tenſa, & reſta teneant, quemadmodū commentus eſt Ariſt. non eſt necēſe longius hoc in loco diſputare, ſed inferius id faciemus: Interim illud habeatur conſtitutum ex ipſa anatome, qua nullū certius argumentum haberi poteſt, apparere etiā in teſtib. conſici ſemen, cū in ijs reperiatur, nec abſq; illis, uel ſaltē uno eorū fieri cōceptus queat; atq; hoc quod de anatome dixi nō modo in uiris, uerum etiam in ipſis mulieribus ſit conſpicuū, in quibus teſtes, & cetera ſeminis fabricae inferuentia inſtrumēta comperiuntur. Dixi tandem (propter humani generis propagationē) quoniā ſinis proprius emiſſionis ſeminis haud eſt uoluptas; quemadmodū ſibi perſuaſerunt Gnoſtici haeretici, vt eſt apud Epiphaniū, & quam cuncta animalia perſequūtur, ſed eſt ipſa generatio, ſeu ſpeciei humanae propagatio, propter quā non dubitauit quādoque Gal. non modo aequare, uerum etiam praeferre ipſi cordi teſtes; uſque uero qui utiles ſint pro ſpecie, quae eſt nobilior indiuiduo, cuius vnus conſeruatiō cordis facultas inferuit; & propter hoc Solon legem inſtituit, vt uiri impotentes ſuis agnatis uxores concederent ad prole propagandā, imo cū Deus fabricaſſet hominē, mulierem, & animalia hāc uim inſeuit, nō ob aliud, niſi ut creſcerent, atque multiplicarentur, &

Lib. quin. 10, cap. 13.

Secundo de ſem. 14. & 35.

Theologorū ſententia eſt, eos qui ſeſe mulierib. alio ſine quā generadi uniuntur, peccatū cōmittere. Iam itaq; patet, quae ſint ea quae ad conceptū faciendum cōcurrunt, nempē menſtruum, atque ſemen.

*Num ſemen retentum in uenenum conuertatur. Cap. XI.*

**S**EQVERETVR, vt de ipſius conceptus modo, & ratione tractaremus, uerū prius quā hoc agamus deliberaui examinare utrū uerum ſit ſemen retentum in uenenum cōuerti, atq; tot damna producere; deinde antiquā illam, atque nobilem qua eſtione habere, an ſint teſtes ad conceptum faciendū neceſſarij, vt Medici putant, an uerō aliū uſum habeant, quemadmodū credidit Ariſt. & cum ipſo Peripatetici omnes. Quantum ad primū ex una parte eſt Gal. qui manifeſtē proficitur ſemen retentū conuerti in diſſiſſimum uenenum exemplo illius uiduāe, quae grauib. ſymptomatibus torquebatur, donec ſemē emitteret. Ex altera parte nō uidetur rem uſque adeo perfectam poſſe tam ingētem corruptionē ſuſcipere; praeterquā quod infiniti ſunt, qui à Venere ſine detrimēto abſtinent, & ſi quandoque ſemen ſuperabundat, excernitur à natura per ſomnum, in gonorrhoea, in qua ſemē uitiatum eſt ob illius retentionē, non tamē uidemus adeo praua ſymptomata fieri. Et Epicurus dicere ſolebat nullū eſſe Venere uſum. Ad haec Athletae, vt eſſent robuſtiores prohibebantur ab uſu Venere; & Ariſt. ſcribit ueritum eſſe tēpore belli, ſerere menthā, ne ſemen eius uſu, & conſequenter robur conſumeretur, imo Plutarchus illi aphoriſmo Hippocrat. exercitatio ſanitatiſ eſt, non repleti cibo, impigrum eſſe ad labores, addit ſeminis conſeruatiōnem. Pro reſolutione dicēdum eſt ſemen uirile retentū, haud quam uenenum euadere, ſed muliebrem, tum ob uterum, tum quia menſtrua etiam retenta ſimul uſtiantur, tum etiam ob ſemen, & habitum frigidiorē, ex quo ſemper prauis, & crudis humoribus ſcarent earum corpora, vnde in utero, qui eſt ueluti quaedam ſacuna ſit deterior ipſius corruptio quā cum alijs humoribus; nec ualet eſſe quid perfectum, quoniam res bonae ubi corrumptur, ſemper

Sexto de loc. aff.

Primo artic. Gymnaſt. in fine.

20. probl. ſecundo.

In libro praec. ſanit. Sexto Epidem.

Semen muliebrem tum uenenum.

Summiſſe uenenum conuertitur.

et quod a tione.

vt ait Hipp. deterrimae euadunt, quod autem uiri semē haud uenenū euadat, inde potissimum scire licet, quia infiniti prope sunt, qui uel religionis gratia, uel aliqua alia de causa à uenere abstinent sine ullo detrimento, etsi neque inficias eam quod scribit Plato in Timaeo esse uerū, nempe inueniri aliquos, qui prae copia feminis instar arborum nimia foecunditate luxuriantium, cito deficiant, non quod uenenum in ijs fiat semen, sed quia absumitur nimius sanguis in ipsum, qui alioquin corpori alimentum esse posset. Et haecenus de primo dubio.

*Utrum testes sint necessarii ad generationem, necne? Examinantur & Philosophorum, & Medicorum sententiae. Cap. XII.*

**V**NC de alia quaestione agamus, & quoniam duo sunt Criteria, sensus, atque ratio, & sensus in hoc casu ex ipsa anatomie iudicat, ad eam uos remitto, quā estis habituri à peritissimo uestro Anatomico, & quā etiam accuratissime proposuit Gal. pluribus in locis, & disertissimus Vesalius. Ratione uerò, quae est alterū criterium, agemus, postquā & ipsemet Arist. necnon Herophilus, qui (vt scribit Tertullianus) septingenta cadauera secuit, ut hominem cognosceret, potius rationib. quibusdam, quā ipso sensu hanc Medicorū ueritatē impugnare sunt aggressi. Arist. igitur, quē Alber. Mag. sectatus est, duo efficit, primū probat contra ueteres, s. Hipp. & alios, testes nullā habere uim generatricem feminis, sed hanc solis uasis spermaticis ineffe; Secundō monstrat quinā sint usus ipsorū testium: postquā itaq; cōstituit Arist. quae cumq; facit natura, uel propter necessitatem, uel propter aliquam commoditatem facere, conatus est probare testes nulla necessitate, sed solum ob utilitatem esse inuentos. Ratio uerò qua utitur Arist. est duplex, vna, quod si necessarii essent testes pro animalium generatione, utiq; reperirentur in cunctis animalibus: sed pisces & serpentes eos non habent, itaq; nō uidentur necessarii: quod uerò careant, probat, quia celerrime coeunt, & coeunt ore; nec non ijs exectis inueniuntur uasa quidē feminalia, sed testes nequaquam. Alia ratio

Primo de sem. cap. Lib. quinto, cap. 13. Lib. de anima.

Tertio de hist. anim. primo, & primo de gen. anim. quarto, x. de anima.

**A** est ab exēplo ducta, scilicet, si necessarii essent, ipsis amputatis nō posset amplius animal generari: atqui Taurus quidā extructis testiculis statim iniuit, & generauit, ergo nō uidentur esse ad generationem necessarii. Hae sunt rationes, quibus Arist. & sequaces utuntur ad tollendā testium necessitatem: quarum rationum postremam tantū aestimauit Auer. in illius loci explanatione, ut dixerit spem uictoriae Arist. in illius exēpli ueritate esse collocatā, quem admodū si id falsum esset, planē res dubia foret. Porro usus quos proponit tres sunt, duo locis de animalibus citatis, & unus in probl. Primus est, ut ei aculationē seminis reddant firmiorē, & pondere suo uasa illa feminalia mirū in modum implicata reddant laxiora, & patētiora, instar eorū ponderum, & planarū, quibus textrices utuntur ad telas conficiendas: sunt autē in homine ista uasa inuoluta, & implicata, ne, quemadmodū dicit Arist. homo esset ad libidinē adeo pronus: sicuti, n. qui habent intestina recta sunt voraciores, pari pacto, quaecūq; animalia habent uasa spermatica recta, sunt libidinosi: cū itaq; homo ad contēplationē natus esset, & non ad libidinem, ea propter uoluit natura facere uasa tortuosa, & adeo implicata. Secundus usus est ad robur cordis maius parandū; uoluit .n. cor per partē post partē à testiu pondere contēdi, atque ita firmitus reddi: & hoc dicebat Arist. ut monstraret quomodo à testib. tonus, & robur toti corpori accedat, ijsq; extractis, timidiora, frigidiora, atque effoeminata reddat animalia; non secus ac dicebat exectis testib. frigidiora reddi uasa spermatica, & cōsequenter uisum corpus uitarii uitio illorū uasorū, atq; inde sterilitatē suboriri. Tertius usus est, quē proponit Arist. ut erectionē, atque tensionem iuuent instar ponderis uectis, nam dicebat ob id factos esse testes post penem, ut pondere suo eum intēdi cogent: unde etiam dicebat tam eos, qui longum penem habent, difficilē eum erigere cum distet ab ipso pondere: quā eos, qui propendulos testes habent, cum difficilē tunc uectis munus obire possint: & propterea etiam existimabat Aristoteles, homines aestate minus libidine tentari, quia magis propendent testes. Has rationes, atque usus priusquam refellam, operae

Quinto de gen. anim. septimo.

Quarta probl. 24.

Quarta probl. 26

pretium

pretium est argumenta Medicorum adducam, quibus testes esse necessarios generationi contendunt. Nam Galenus totidem penē rationibus euidētissimis usus non modo conatus est demonstrare testiu necessitatē in conficiendo semine, uerum etiam ipsi cordi eos praestantia atq; utilitate pene aequare studuit; & primū usus est hoc argumento, quod exemptis testib. semen non conficitur, & propterea infocunda animalia redduntur; neq; ualere dicuntur: quod aduersus hoc inquit Arist. nē fieri infocunditatē, quoniam uasa spermatica sine ipsis relaxantur, nec propterea queūt cōficere, neq; ei aculare semē, quia castratio fieri potest absq; uilla uasorū feminā illi tā fisione, & nihilominus sterilitas semper testiculorū abscissioni succedit: imo q magis est, ita refrigeratur, & permutatur totū animal, ut non modo secundū corpus uideatur factū aliud, uerum etiā secundū intellectum, sensum, & mores, ut dicebat Auezoar. Optaste etiā Gal. honoris Arist. cupidus ea ipsum non dixisse, quae scribit pro reddenda ratione effoeminationis castrarorū, quasi ea ipsius diuino ingenio sint indigna, ut uerē sunt, & ipse (liberē dicā) magnopere miror tantum Philosophum uisum Tauri exēplo illud dogma adstruere uoluisse, quemadmodū suo loco dicā. Sed praeter hanc Gal. demōstrationem, est & alia non minor, q cū testes in ijs praesertim, qui non multa sunt uisū uenere semper humore seminali oppleti cōperiuntur, par est existimare ab eo ipsos nutiri, cum autē una quaeq; pars sibi parēt, atq; perficiat nutrimentū, necesse est fateri eam materiā ab ipsis parari, atq; perfici; neque n. interna testiu tunica usque adeo alba esse, nisi feminis alba materia nutrirentur, quod similiter contingit in māmīs, ut fateatur quoque Auer. in quibus sanguis in laetis naturā commutatur propria ipsarum uisum. Imo haec ratio tantū ualuit apud ipsum Auer. ut deseruerit Arist. atq; Medicos secutus sit, attribuens uerbis clarissimis uim feminis generatricem ipsis testibus. Iam uerò sequitur, ut Arist. rationibus respondeatur, simulq; ipsorū usus, ex Gal. & Medicorum placitis confutemus. Quod autē ad primam rationem pertinet, illud uerissimum est, naturā solere ordinem generandi implere, ita, ut quemadmodū fecit

Lib. primo de sem. 15. & 16.

Lib. secundo, tract. tertio, cap. primo. Quinto de gen. anim. 74.

Loco citato.

Secundo Coll. cap. decimo.

**A** animalia, quae sunt femine, ad testib. generantur, ut insecta, quae sunt imperfectissima, necnon perfecta, quae cū semine ac testibus sic facere debuit quaedam, quae media sint, ac imperfecta, nimirum generantia cū semine absq; testibus, cuiusmodi sunt serpentes, atq; pisces, qui sicuti non habent uerū sanguinem, sed humorem loco sanguinis sibi accommodatum, sic non habuerunt uerū semen, quod fit ex sanguine, nec propterea eguerunt testib. ad illud fabricandum, secus q perfecta animalia, quae cuncta, & testibus, atq; semine indigentur. De Tauro autē illud primò dicendum est, quod etiā scribit Gal. neq; ab inductione, neque ab exemplo ullas demōstrationes posse cōparari, & propterea etiam si id uerum esset, haudquaquā conficerent quod cupiunt Peripatetici, & praesertim Auer. qui (vt aliis dixi) in ueritate illius historiae uidetur totam controuersiae uim collocasse; imo uerò non solum uidetur tribasse, uerum etiā (ut nuper dicebam) manifestissime Arist. deseruit, atq; cum Medicis putauit uim feminis generatricē uerē esse in testibus, quod etiā Petrus Aponensis fecit. Sed demū id ipsi falso a uenatoribus relatum potuisse esse uerum, cur saltem nō in aliquibus alijs id unquam fuit compertum? At potuerunt castrantes falli in eo Tauro, sicut plerique faciunt unum tantū pro duobus testem auferentes; praeterquam quod potuit ille Taurus tres testes habuisse, ut interdū contingere ipsemet narrat Arist. quorum duobus extractis tertius suffecerit ad generandum; non enim mihi placet, quod ad hoc exēplum respondent nonnulli, potuisse ante excisionem semen fuisse in parastatibus conseruatum, quod deinde in uuluum ei aculatione fecerit conceptū; siquidem quis crederet animal ullum statim ab excisione, quae est omnium maxime dolorosa operatio, potuisse coire? Quare fabulae animales sunt, nec diuino Arist. ingenio dignae. Modo uideamus usus ipsorum testium ab eo propositos, utrum sint rationi cōsentaneis, & primū, q nequeant instar planarum, & ponderum inferuire; necesse n. fuisse, multo maiores, & graniōres esse factos, sed multi sunt, qui habent minimos, & generant. Ad haec si ut pōderā sunt utiles, quomodo ergo potuit ille Taurus generare?

In comm. ad tertium de gener. anim. cap. quarto. Secundo coll. cap. decim. o.

Quarta probl. 24.

Praeterea si vt p̄cedera tantū essent neces-  
saria, haud ijs ereptis tāta in corpore, atq;  
animo fieret mutatio, quemadmodū quo-  
tidie conspicitur. Postremō uasa semina-  
lia, ita sunt inter sese implicata, vt nequeāt  
extendi, & si distenderent vsque ad pe-  
des protenderentur, a deo sunt inter se am-  
fractuosa, & implicata; imō quibus refri-  
gerati, atque attriti sunt testes absque vl-  
la vasorum spermaticorum laesione, haud  
quaquam generant, vt hodie est vnicuiq;  
manifestum in veruecibus, & nihilominus  
ipsi testes sunt penduli. De secundo porro  
vfu idem planē dicendum videtur, si haud  
quaquam posse quicquam conferre ad ro-  
bur ipsius cordis; siquidem cum ita distēt  
ab eo, opus fuisset multō maiores, & pon-  
derosiores esse, si per partem, & post partē  
debuissent cor firmare: imo quibus pro-  
penduli & valde relaxati sunt testes, debe-  
rent robustioris cordis, & virium esse, cum  
tamen ipsae mulieres fateātur magis eos  
virum agere, qui contractiores, & minus  
propendulos testes habent, & certē si cor  
habuisset opus tensione pro ipsius robore,  
aequū erat, vt natura solidis vinculis dor-  
so alligasset, quod tamē non fecit, quia nō  
oportebat: imo si (vt dicit Arist.) cor, & ge-  
nitale sunt veluti vnum quoddam animal  
separatum, quomodo potest alterum ab  
altero adiumentum suscipere? Tertius au-  
tem vsus ab Arist. introductus, nō videtur  
refutatione dignus, tū quia in lib. probl.  
habetur, qui securam doctrinam in cūctis  
non continent, tum quia satis manifestum  
est, membri genitalis erectionē partim fie-  
ri naturaliter à flatu, & spiritu; cōuitates  
neruorum implentib; partim ab imagina-  
tione musculos eos mouēte, qui a rectio-  
ni famulantur: quod autem vctis munere  
vtantur testes ad penē suo pondere arri-  
gendum, ac propterea qui penem magnū  
habent minus arrigere ob distantiā ipsius  
vctis, sicut & habentes propendulos nimii  
testes, quemadmodū ait contingere a esta-  
re partim verum non est; partim alias ha-  
bet rationes. Superest igitur, vt vna cū Me-  
dicis asseramus testes non solum ad gene-  
rationem esse quodammodo necessarios,  
verum etiam paullominus a cordis digni-  
tate, & praestantia deficere in constituēdo,  
& commutando vniuersi corporis sta-  
tus id quod videtur quoque sensisse inter-

In fine lib. de mot. anim.

Quarta probl. 26.

**A** dum Arist. qui censuit vti cor est principii  
sensus, ita quoque testes esse principii, vn-  
de proficiscitur vis feminis. Nec ualet, qd  
respondent aliqui vocē (ἐξ ἐργασίας) signifi-  
care transitum potentiae feminis, non au-  
tem ortū, quia propriē illa vox significat  
emanationem; praeterquam quod si attē-  
datur cōparatio debet dicere Arist. qd ut  
se habet cor ad sensum, ita se habēt testes  
ad feminis potentiā; iam uerō cor est sen-  
sū principii; ita ergo & genitale est prin-  
cipii feminis potentiae; tandemq; eā esse  
differentiā in femine conficiedo inter va-  
sa seminalia, ac testes; qd ea semen quidem  
faciunt, sed rude, imperfectū, inualidum,  
paucū, ac tardē; testes verō perfectū, vali-  
dū, multū, atq; citō, pro perfecto animali  
generando; ita vt ex ipso postmodū semi-  
ne perfecto qualitas instat fulgoris per-  
niuersum corpus diffundatur, qua cuncta  
membra reddantur calida, validā, & inte-  
gra; quemadmodū dicit Gal. contingere  
de venenis, atque eorū antidotis, quorum  
qualitates illicō in vniuersum corpus spar-  
gantur, & cunctas partes inquinant, atque  
perdunt. Neque uerō probare possum id  
quod scribit idemmet Arist. vbi disputās  
cur aliqui cū voluptate patiantur venerē,  
inter plurima quae dicit, videtur velle  
hoc ijs contingere, quia meatus semen ad  
penē deducentes habent oboccatos, vt  
spadones, vel alia de causa quasi semen à  
penē ad sedē abducunt ibi, & pruriginē,  
& voluptatē faciat in adolescentib; & pue-  
ris, quibus tenue est semē absque illius e-  
missione; in alijs, quibus id est crassius, cum  
emissione; qd similiter euenire foemineis  
scribit, & mollib; vocatis, quibus cum ne-  
queat semen ad locū debitum pertinge-  
re ob aliquod naturae vitiū ad partes po-  
steriores vertitur; hoc inquā mihi non pro-  
batur, quoniā nulla est via, qua semen iam  
confectū in testibus, aut vasīs spermaticis  
retrocedere queat, & pruriginē, volupta-  
tēq; ibi parere, quam potius mala consue-  
tudine, & animi vitio fieri dixerim, vt & il-  
lorū qui simul agere, & pati delectantur,  
quibus nō videtur probabile semē partim  
ad penem partim ad sedē peruenire, sed  
vt ipsemet etiā videtur dicere, mala con-  
suetudine, & recordatione rei iucūdae il-  
lud accidit. Cael. Aurel. qui de hoc vitio  
scripsit, verē docuit ex Iorano esse potius  
animi

In fine lib. de mot. anim.

Quarto probl. 27.

Quarto de diut. morb. in fine.

animi quā corporis morbū, etiam si Par-  
menides haereditate, quoque & feminis  
vitiō oriri dixerit; neque ullus propterea  
huius mali curationem tradidit, quod  
potius animus, quā corpus curationem  
poscat.

De artificio naturae in conceptu faciendo:  
& quae ad ipsum conceptum re-  
quirantur. Cap. XIII.



**M**ODO accedamus ad concep-  
tus generationem, ad quam  
complendam quatuor secun-  
dum Medicos requiruntur se-  
men mulieris, semen viri sanguis men-  
struus, nec non dispositio ipsius vteris; quē-  
admodum enim ad conficiendum panē  
(hoc Arist. exemplo libenter vtor) requi-  
ritur farina, fermentum, aqua & furnus,  
sic & totidem necessaria sunt ad constan-  
dum cōceptum, qui nihil aliud est quā  
quaedam veluti massa ex semine, & san-  
guine menstruo in vtero conflata, & velu-  
ti concoctas; nam operationes omnes na-  
turae, postquas aliquid factum remanet,  
fieri ab ipsa per coctionem, quae est eli-  
xatio quaedam, vt ait Arist. non est vt du-  
bitemus; habet autem conceptus apud  
Graecos varias appellationes, & praeser-  
tim apud Hippocr. nempe *κόμιμα, κόμιμα, γονή,*  
*ἐμβρυον*; apud latinos verō appellatur mo-  
do conceptus, modo foetus, modo Em-  
brion, & ne a suscepto exemplo receda-  
mus, vbi pistor optimum panem est factu-  
rus, parat furnum, selectamque farinam,  
& fermentum cum aqua miscet, tractans-  
que omnia diligenter, primum massam  
efformat, ac in panem cōfigurat, tandem-  
que in furno coquit; haud aliter in conce-  
ptu faciendo sese gerit natura; postquam  
enim ei aculata femina tam viri, quā  
mulieris nec uon sanguis menstruus ē ve-  
nis in spacium vteri eructatus ab eo attra-  
cta, atque retenta sunt, simul omnia com-  
mifcentur primum; deinde ipsorum se-  
minum calor, nec non vteri ea tractans,  
atque agitans, veluti que elixans diuapo-  
ratis tenuissimis partibus, quod reliquum  
est crasse factum in massam deducit, & ex  
pinguedine illa (vt ait Hippocr.) quae  
supereminet elixationi tunicam ipsi mas-

3a probl.

Quarto Medico.

Libro de Principiis

saē obducit instar illarū tunicarū,  
quas iuribus pinguib; obduci quōtidie  
cernimus; vbi autem tota illa massa est a  
tunica circumdata, atq; in crassiusculam,  
& compactiorem formam redacta, appel-  
latur conceptus, & spacio sex dierum in-  
star oui cuiusdam efficitur, vt Hippocr. ac-  
statatur sese vidisse ex abortu sex dierum,  
quem Psaltria suo consilio fecit; & quō-  
niam dixi quemadmodum parat pistor  
furnum, & alia, ita quoque necesse est, vt  
cuncta sint optimē parata, quae ad con-  
ceptum efficiendum exiguntur. nunc o-  
portet videamus, quae debeat esse huius-  
modi praeparatio, siue (vt loquitur Ter-  
tullianus) paratura. Igitur primū con-  
uenit, vt vtrumque semen viri, scilicet &  
mulieris sit moderatē crassum, & viscidū,  
quo possint simul coniungi, adhaerere, &  
misceri, alioquin si sint liquidiora, & flu-  
ida, facillē elabuntur, nec simul haerere, &  
commifceri queunt, quemadmodum si  
crassiora, atque solidiora sint, quale mulo-  
rum esse nōnulli prodiderūt, & si Alch-  
meon illud potius nimis tenuē, & frigidū  
faciat, vt Aristoteles haudquaquam pos-  
sunt exactē commifceri. Similiter in qua-  
litatibus primis, tum actiuis, tum passiuis  
opus est, vel sint vtraque temperata, vel si  
vnum est frigidum crassum, sit alterum  
calidum, ac tenue, & sic de singulis, & hoc  
est quod dicebat Arist. 2. de gen. anim. in  
fine, scilicet ex equa & aequo fieri mulum,  
quia semen asini est frigidum, & equi ca-  
lidum ex hac contraria intemperie fit vt  
oriatur tertia species animalis: id quod  
non modo scripsit Galenus & ante ipsum  
Hippocr. & Aristot. verum etiam disertē  
& appositē cecinit Lucret. sub hisce car-  
minibus

Lib. quarto de nat.

*Nam sterile nimum crasso sinit semine partim  
Et liquido praeter instum, tenuique vicissim,  
Tenne locis; quia non potis est adfigere adhaesum,  
Liquitur ex templo, & reuocatum cedit ab ortu,  
Crassius hoc porro, quoniam concretius aequo  
Mittitur, aut non tam prolixo prouolat istu  
Aut penetrare locos, aequē nequit, aut penetratum  
Aegre admifcetur muliebri femine semen.*

Praeterea conuenit, vt vterus sit, & ipse  
temperatus, neque nimium durus, neque  
mollis, nec nimis angustus, vt aliqua de-  
mulabus crediderūt apud Galenum; nā  
Hippocr. & Gal. vberimē docuerunt eos  
vteros conceptioni prorsus ineptos esse,

Lib. de hist. philoso. Quinto a. phor. 62.



qui aliqua insigni sūt intēperie affecti, aut alia quapiam mala constitutione creati. Quapropter, ut uniuersum hoc artificium, quo ordine fiat breuiter aperiam, primū necesse est ut aliquid ingrediatur uterū: nam uterus ex se est purum spatium nec sanguinem nec semen habens: feruntur itaque intra ipsum sanguis menstruus et utrumque semen simul; ubi postea conclusa retinentur: dicit enim Hipp. lib. de genit. quod ut flammæ injecta aqua, uel uinum eam extinguit, sic contingere, ubi prius iniecto uiri uel foeminae semini alterum superinfunditur. Sanguis autem menstruus duplici modo uterum ingredi & ad conceptum concurrere potest: unus est, ut quo tempore faciendus est conceptus a uenis quae sunt in fundo, & ceruice uteri effundatur in ipsum, & hinc est, ut retro dixi, quod inchoantibus mensibus facile fit conceptus, quia scilicet uenae illae tunc opplatae sanguine facile hiant & eruant sanguinem. Secundus modus est, quando paulo ante sanguis effusus est, unde et desinentibus mensibus facile fit conceptus quia aliquid sanguinis adhuc in uenis relinquitur. Quo autem spectat ad semen mulieris fabricatum in ipsius testibus, ei aculatur per foramen quoddam in ipso ductu existens secus os uteri, quod id eo a natura factum fuit, quia cum semen mulieris sit minus ualidum semine uiri, non debebat a longe ei aculari, quem admodum contingit de semine uiri, fit autem, ut sua innata qualitate, qua uterus semen desiderat, attrahat illud, id quod etiam contingit in semine uiri, cuius tamen ei aculatio debet a longe fieri, unde ob id natura fecit uasa ampla: & quoniam de ei aculatione factus est sermo, atque magni refert, ut haec quemadmodum decet, efficiatur, breuiter quoque aliquid de hac est necesse dicatur; nam hanc esse necessarium, ut quam inmediate fiat, quo semen calidius, & integrum ad locum perfectionis perferatur, demonstrat prae caeteris illa auctoritas Aristot. qui dixit habentes longum penem esse generationi ineptos, quoniam semen per longum nimis ductum latum refrigeratur, ut hac una ratione fabula illa Auer. de uicina, quae ex balneo concepit repudianda, ut retro etiam dixi, uideatur.

A quia autem ei aculatio recta fieri debet, capropter natura prudentissima fecit in maris pene foramen quod uergit infra: os uero ipsius uteri quod supra id est uersus dorsum, adeo ut si ad inuicem conferantur foramina ista, ita e directio sunt, ut non possit ferē nō fieri ei aculatio recta, si coitus sit naturalis: qui ut Lucretius, & post ipsum inter Medicos Paulus Aegineta inquirunt, est ille, quō utuntur belluae: scilicet a tergo: ita enim dicit B Lucretius.

*Et quibus ipsa modis tractetur blanda voluptas Id quoque permagni refert, nam more ferarum Quadrupedumq. magis riuu plerumq. putantur Concipere uxores, quia sic loca sumere possunt Pectoribus positis, sublati semina lumbis Nec molles opus sunt motus uxoribus hilitum.*

Et Constantius Varolus euidenti demonstratione docuit modum illum exercendi uenerem pro conceptione esse omnibus commodissimum, ac nec naturalem saluum autem esse potius lasciuum, atque uoluptuosum; & ipse in eadem opinione ob hanc unam rationem bruti ferē cuncta uno, uel altero in utero sita foeminam reddere grauidam, quod fiat recta, et ingens in uterum ei aculatio homines uero plerumque frustrari: generando, quod non fiat recta, sed potius obliqua ei aculatio, ita ut semen non eo, quō debet et integrum, ac tempestiue feratur, & quamquam uerissimum sit, uerum uero propriam semen attrahere, ut plerique coeuntes experimur, cum genitalia sibi ueluti ex fugerentur; haec quoque tamen id facere potest, unde cumque fieri debet proxime ad ipsum mitti: Quo tempore singularis illa, & uiri, quam mulieris sit uoluptas; quam ubi percipiunt mulieres, res sagaces sese generasse intelligunt, atque inde certam quantam de die parus coniecturam acquirunt: tunc enim ait Hippocr. uterus a seminis calore, contra-

Ei: et utus, & communis singulari uoluptate, ut exiit, licet Hippocrates uiri quam mulieris maiorem faciat, quod ab ipso semen uehementiori concussu ei aculatur. Et enim quatuor potissimum ad faciendam uoluptatem concurrere uidentur: semen, quod etiam circa annum eorum ubi facere pariginem, & uoluptatem scribit Aristot. calor, & spiritus, quae omnia in uiro, quā in muliere sunt poten-

Libro dicitur. Libro 34 cap. 74.

In lib. de resolutione ne humana sit corporis.

Libro de genit.

potentiora. Postquam autem & sanguis, & utraque semina uterum ingressa sunt, necesse est ut retineantur, quod fit ubi os uteri ita clauditur, ut neq; acus eo queat penetrare; ut autem mulier ea in utero retinere possit, aliud debet in opere ipso praestare: aliud post opus: in opere debet se quam minime agitare, quoniam ex nimia clunium agitatione abducitur semen a debito cursu; id quod intelligentes meretrices, ne concipiant solent sese multum agitare, ut significauit Lucretius his carminibus.

*Nam mulier prohibet se concipere atq; repugnat Clunibus ipsa uiri uenerem si lacta retrahet, Atque exosato ciet omni pectore fluctus: Eicit enim sulci recta regione, uiaque Vomere, atque locis auertit seminis istum, Idque sua causa consuerunt scorta moueri, Ne completerentur crebro, grauidaeq. iacerent.*

Quare pro conceptu faciēdo non modo iuuat, ut mulier quam minimum se agitet quemadmodum faciunt belluae, quae a natura edoctae in eo opere semper manent quietae, uerum etiam post consummatum opus quiesca aliquo tempore, nec nō scrupulis retractis maneat, nec usque ad septimam diem corpus uehementer agitet, quoniam ut dicunt Hippocr. & Arist. si semen in utero sit retentum septem diebus, signum est iam conceptum esse factū. Atque haec tenet de conceptione.

*Quare, & quomodo fiant plures conceptus. Cap. XIII.*



EQVITVR modo, ut de formatione agamus, quae in homine, atque ceteris animalibus, nil aliud est, quam ipsius conceptus ad debitas figuras, quantitatē, numerum, situmque omnium ipsius partium, atque instrumentorum deductio; quae quidem operatio in conceptu Beatissimae Virginis opera Spiritus Sancti perfecta est simul, & in instanti, licet Bucerus, & alij Haeretici antiqui & recentiores, ignorantia, & effraeni nequitia impulsu, maluerint factam fuisse ut ceterorum hominum, in quibus, & in cunctis alijs animalibus fit paullatim atque tempore; siquidem facultas ipsa formatrix, cum sit agens naturale, ac propterea motu, &

repho beo... marie... uirginis.

quiete utatur, tempus in eius operibus cōsummandis iutercedat necesse est. Qua de re prius quam exactius tractare aggrediar, postulare uidetur hic locus, ut duo circa cōceptum speculatione digna examinentur: unum, quare, & quomodo fiant plures conceptus: alterum, an semen fiat pars ipsius conceptus. Circa primum varias inuenio ueterum auctorum sententias. Empedocles, a quo multa didicit Hippocr. censuit fieri gemellos ex luxuria, & diuisione geniturae in plures partes. Asclepiades medicus, qui Democriti placita est sectatus, ex corpore fieri discrimine, ut in hordeo dicocco, & tricocco, fieri existimauit. Erasistratus id totum tribuit superfoetationibus, ut in brutis: tunc enim impleri promptē uterum cum repurgatus est. Stoici uerò arbitrati sunt fieri gemellos, & plures ob loculorum uteri multitudinem, atque diuersitatem; quod si uerum esset, quot loculos habuisset uterus illius, quam & literis, & monumentis consignatum est, tercentum foetus enixa esse? Ego uerò & Hippocr. & Arist. placitis uel gemellos, aut plures fieri, quando uel non simul ab utrisque totum semen ei aculatur; sed primum una, mox altera pars, unius tamen, & eiusdem coitus, uel duobus tribusue coitibus pauco interiecto intervallo factis; uel quando eadem semina uuo congressu ei aculata, intraque uterum diuisa & locis disiuncta, eodem pacto miscentur, & coagulantur, quo unum. Etenim si forte fortuna minime locis disiungantur, solent monstra fieri, nempe foetus simul iuncti una, uel pluribus partibus; & si minime negandum est intra quoque unam, & eandem uesiculam posse plures foetus nasci, qui coniuncti sint, & quasi in unum corpus coaliti; sicuti interdum accidere compertum est; & quamquam Hippocr. dicat, brutorum uteros plures habere sinus, id tamen Anatomici non comprobant in muliere, in cuius utero, ut plurimum duo tantum sinus conspiciuntur, licet si quādo tres aut plures efficiantur foetus, non inconueniat in ea quoque muliere. s. secundū proportionē plures inueniri sinus, quod ut rarissimum est, sic quoque non minus raro contingit fieri tres, siue plures; illud tamen uerum inuenitur, quod scribit Arist. fieri plura monstra.

Libro de nat. pu.

In lib. de nat. pu.

10. probl. monstra

monstra in brutis, quam in homine ob conceptuum multitudinem, Vtrum verò superfoetationes fiant, vt scilicet post iam factum conceptum nouus plures post dies superinducatur, nonnulli dubitarunt, quòd apud Hippocr. & Gal. legatur, vbi receptum, atque retentum est in tra vteru semen, os ipsius ita ocludi, ut nec subtilissimus acus illud penetrare queat. Veru quia Hippocr. Arist. & Gal. & experientia ostendunt superfoetationes fieri, censeferi oportet Hippocratis & Galeni sententiam ita esse interpretandam, quasi ut plurimum ita contingat; neque os uteri aperiat, nisi quando is licet plenus, seminis eximia voluptate ductus, paulisper sese dilatat donèc illud intro trahat exigua oris facta apertura.

*Num semen fiat pars conceptus an in flatum conuertatur examinantur Philosophorum & Medicorum sententiae. Cap. XV.*

**R**A T alterum, an semen fiat pars foetus, an vero in flatum conuertatur: qua in re tres inuenio scriptorum celeberrimorum sententias. Arist. Hippocr. & Gal. nec non Auic. Aristoteles quidem existimauit nullo modo esse Hippocr. & Gal. penitus fieri partem. Auic. esse partem formae; sed quia haec Auic. sententia non reperitur apud ipsum praefertim vbi disertè, & copiosè de hac re tractat nos quoque eam praeteribimus; & si Auerr. ipsi tribuat. Arist. itaque uoluit spiritalem partem ipsius seminis virilis, in qua est formatrix facta in vtero ingredi sanguinem menstruum, illudque coquere, coagulare, & in conceptu fingere, humoralem uero seminis partem in bullas, atque flatum conuerti, sicque consumi insensibiliter. Contra Galenus longa oratione disputans contra Arist. primo probat ex uera seminis ipsius substantia fieri conceptum: deinde Arist. sententiam confutat. Quod autem semen sit pars conceptus tribus rationibus probat. Prima: quòd partes seminales uocentur, quoniam ex femine fiunt: ob quod etiam in aetate matura nequeunt reparari, quia deest materia illa seminaria.

Vigesima prima. tr. primo. ca. secundo. Secundo de gen. an. ca. tertio. Secundo de gen. ani. 3.

Primo de sem. ca. 4.

**A** Secunda est, quod si non fieret pars foetus semen necessario exiret, quod non uidetur: imo si exit non fit conceptus, & ubi non exit signum est facti conceptus: ut nò modo Hippocr. uerum etiam ipsemet Aristote. testatur: praeterquam quod non uidetur posse exire cum statim arèssime claudatur os uteri, ac coepit fieri conceptus. Tertia ratio Galeni capta est ab experientia Hippocr. qui testatus est sese in abortu illius Psaltriaie uidisse intra pelliculam semen coagulatum. Ad Arist. autè dicit si in ampullas, & statim conuertetur substantia feminis, fore ut ueretur uteris, ac doleret, quod tamen usu minimè probatur. Neque ualet pusillum esse semen, & ob id sui mole non posse laedere, quia uterus ante conceptum est paruus finitus. Praeterea si accipiamus semina utriusque scilicet & foeminae, & uiri, non sunt adeo pauca ut sint aspernabilia: imo uero est sententia Peripateticorum, ut ex una parte terrae fiant decem aquae, & ex una aquae fieri decem aeris. Gaeterum Auerr. disputans & ipse satis copiose aduersus Gal. primo nititur sententiam praeceptoris tueri, et confirmare, tum confutare conatur & rationes Galen. et eius in Arist. argumentationes. Primum itaque semen esse organum siue instrumentum ipsius formatrix potentiae secundum partem spiritalem, & aeream tantum, eo quod tres habent instrumenta naturalia, & artificialia conditiones; quae non possunt reperiri nisi in parte aerea feminis. Prima est quod instrumentum, non fit pars rei factae secunda est quod instrumentum post rem absolutam separatur ab ea tertia & solis rebus naturalibus propria condicio est, quod illud omnes partes rei, quae fit, intus, & extra tangit: atqui has conditiones dicit, si reuè, expendantur non posse inesse nisi aereae, & spiritali seminis parti. Porro ad Gal. rationes respondet primum partes seminales dici tales non ob substantiam humoralem & spiritalem: alioquin, ait, posset umquam refici, cum tamen oculi alioquin auium effossi, & rupti reparentur. Ad secundum respondet euacuari humoralem partem seminis insensibiliter, et de Hippocr. dicit Aristotelem probasse contrarium scilicet in illis uesculis foetus

Septimo de hist. an. primo, & tertio.

Loco citato.

foetus reperiri sanguinem menstruum coagulatum non semen; & dolore dicit non fieri dolorem, quia ea materia naturalis? & blanda est. Ego uero aduersus Auerr. pro Gal. & Medicis dico primo semen esse instrumentum formatrix facultatis: sed duplex est instrumentum: quo, & in quo: semen est instrumentum non tantum quo uerum etiam in quo residet uis formatrix: iam uero quod instrumentum, quo non remaneat in parte constituta uerissimum quidè est: sed quod instrumentum in quo, i. subiectum uis formatrix, nò remaneat, minimè uerum est imò ab omni philosophia alienum est: daretur enim transitus formalis è subiecto in subiectum, nam relinqueret facultas semen, quod est proprium subiectum, & transfret in sanguinem menstruum: ad haec spiritus non potest dare appellationem feminariis partibus, quae solidae sunt, & propterea constitutae & factae non ex spiritu, sed ex humorosa substantia: & quod ait de aue est uerum: sed contingit id quia natura facit ibi oculos duplices, ueluti dentes, ut prioribus consumptis succedant alteri: & de testimonio Arist. Deus scit. De dolore uero cum fiat a solutione continui, aequè potest fieri à materia naturali modo excedat in quantitate.

*De modo, & ordine quem seruat natura informando foetu. Cap. XVI.*

**M**ODO sequitur vt de formatione foetus agamus: sicut enim pro conficiendo pane primum fit pasta, deinde formatur in proprios panes, haud secus ad perficiendam hanc diuinam hominis fabricam primum fit conceptus, deinde formatio, & quamuis formatio sit tempore posterior conceptu; nihilominus praestantia antecedit conceptum. Itaque conclusa iam, & per coctionem quamdam calore; & spiritu coagulata intra membranam utriusque seminis, & sanguinis massa uniuersa, primum membrana illa circumdans glutinosior, atque durior fit, ne inter distendendum rumpatur, atque ita conceptus perdat: etenim ubi iam modicè induruit, qua parte necitur

**A** vtero, intenuem quidem, sed fortem definit; quae tota Graecis *ϕοειρα*, latinis secunda appellatur; & cui post implantantur vasa ab vtero: ut per ea possit alii foetus, scilicet per vmbilicum ex ijs factum; praeter hanc autem, scilicet inter ipsam, & foetum aliae duae gignuntur, scilicet Al-latoides, & Amnium inter quas vrina, seu humidum foetus excrementum colligitur, quo postea utitur natura suo tempore ad facilius edendum partum, quemadmodum inter ipsum amnium, & foetus cunctem suo tempore colligitur quoque aliud ipsius pueri excrementum blandum tamen, & acrimoniae, expers, ne tenellus existens eo violeretur. Vbi massa tota conglobata, atque membranarum partim euidentibus, partim in euidentibus est circumamicta, tum utriusque seminis uis formatrix incipit medio caloris circa eam operari, licet imbecillius foeminae, robustius maris vis operetur; quo tempore siue unus, siue plures futuri sint embriones uno, & eodem pacto circa unumquemque operatur: nec refert siue conceptus fiat uno, uel duobus diebus aut tardius, aut celerius. Iam uero postquam factus est conceptus, atque (ut dicebam) tunicis circumdatus, uis formatrix illum efformare, atque figurare incipit caloris genitalis, atque spiritus ministerio utens; & Aristot. hac in re Diuinus scribit naturam informando foetu nil aliud facere, nisi quod faciunt pictores, qui primum delineant figuras; deinde inducunt proprios colores, & propriam figuram: haud secus natura, seu uis formatrix primò totam illam massam delineat, deinde apponit proprios colores, & proprias carnes; & ita unamquamque partem ad propriam figuram redigit: & sicuti instrumentum, quo utuntur pictores duplex est; id quod est in idea pictoris, & pennicillus; haud secus uis formatrix utitur arte, & prudentia, quae numquid sit res naturalis, nec ne dubitat Galenus, qui cum uideret tam mirabile artificium in fabricando corpore humano, dubitauit esse quid diuinum correspondens ideae pictorum: aliud autem instrumentum quo utitur natura est calor, ut retro dixi. Neque dubitandum est etiam frigus aliquo pacto concurrere ad hanc hominis fabricam: utitur enim natura ad quen-

Secundo de gen. an. 4.

quendum calido: frigido autem modo A  
 rato ad congelandum, quia sunt multae  
 partes in nostro corpore quae non modo  
 coctione, verum etiam congelatione per  
 ficiuntur, cuiusmodi sunt ossa, cartilagi-  
 nes, & huiusmodi; imo uerò sunt multae  
 partes; quae non perficiuntur nisi post exi-  
 tum ex utero, propterea quòd egent con-  
 gelatione, quae fit ab aere. Quo autem  
 spectat ad ordinem quem seruat natura  
 in generandis partibus corporis nostri  
 non satis constat apud Veteres. Stoici ut  
 testatur Gal. crediderunt nullum ordinē  
 seruare naturam, sed simul, & semel om-  
 nes partes conformari. Huic sententiae  
 videtur famulari Auctor libri de carni-  
 bus nomine Hippocratis editus qui scri-  
 bit, quòd si genitura sex, vel septem die-  
 rum incidatur, statim apparent omnia  
 membra, non modo delineata, verum et-  
 iam formata, quasi uerò pauco illo tem-  
 pore uniuersum corpus formetur. Verum  
 ut liberè dicam, haec opinio, non uidetur  
 ueritati consona: quoniam id compertis-  
 simum est apud omnes in generatione  
 omnium animalium partes superiores  
 prius generari inferioribus: & si pulli con-  
 spiciantur secunda, uel tertia die, in ijs ap-  
 parent partes alij priores generatae. Ut  
 autem haec res diligentius disputari pos-  
 sit sunt nonnulla supponenda, ex quibus  
 tanquam ex fundamento tota haec fabri-  
 ca extruitur: primum itaque est semen, &  
 menstruum, non esse unius generis, id est  
 non partes homogeneas, sed eterogeneas,  
 habere, quia aliae sunt terrestres, aliae  
 fluidae, & ut dicebat Auer. aliae sunt no-  
 biliiores, aliae ignobiliiores. Alterum sup-  
 ponendum est a Veteribus uarijs modis  
 diuisas fuisse corporis nostri partes: Hipp.  
 enim eas diuisit in contenta continentia,  
 & impetum facientia. Alij in partes exte-  
 rnas, & intimas: Alij in organicas, & simi-  
 lares. Tertium est, partes nobiliores, ex  
 nobiliori materia; ignobiliiores ex igno-  
 biliori: molles ut cor, lien, cerebrum, &  
 huiusmodi ex materia molli, & fluida:  
 crassas, ac terrestres ex parte crassiori, &  
 terrestriori. His constitutis insurgit dubi-  
 tatio. utrae partes prius gignantur an con-  
 tentae, an continentes; seu molle, an sic-  
 cae. Sed prius quam in hanc disputatio-  
 nem ingrediamur, eximèdus est quidam

scrupulus: quia dixi cor numerari inter  
 partes molles: uidetur enim hoc aduer-  
 sari Hip. qui scribit cor ex dura, & solida  
 materia esse constitutum, ut & motu irre-  
 quieto tutius moueri posset: & cū sit prin-  
 cipium uitae, ne facile à quibus uis caus-  
 sis offendatur; unde cor paucissimis tenta-  
 tur morbis, quemadmodum inquit Arist.  
 hinc etiam est, quod cor postremum om-  
 nium moriatur. Ex altera parte, si primum  
 constituuntur partes ex molli, & fluida  
 materia, atque ipsum cor est ex ijs, quae  
 primo constituuntur, ut mox dicemus, non  
 uidetur ex terrestriori materia constari  
 posse, nam quod apud Plin. dicebant Phy-  
 tagorici cor primo ortu pederedrachmā  
 unam, atq; tantumdem augeri usque ad  
 quinquaginta annum, à quo post modū si  
 militer annis singulis decrescat drachma  
 una; propterea uita hominis non excedat  
 ceterisimum annum, certè merum som-  
 nium est eorum philosophorum, qui saepe  
 talia dixerunt. Respondendum est cor  
 esse partem mollem, & duram, est mollis  
 pars, si ossibus, neruis & cartilaginibus cō-  
 paretur: est autem dura si coeteris parti-  
 bus mollioribus comparatur. Videamus  
 modo utrae partes prius generentur; an  
 molles, an ficcae: primum enim uidetur  
 debere naturam partes solidas formare;  
 quia locus semper debet esse prior, loca-  
 to. Accedit etiam quod ut optime dicit  
 Arist. partes durae sunt ueluti fundamen-  
 to, supra quae naturā partes corporis aed-  
 dificat. Ex altera parte uidentur partes  
 contentae esse prius genitae; tū quia fiunt  
 ex materia molli; iam uero natura facit  
 semper prius ea, quae faciliora sunt factu  
 cuiusmodi sunt partes molles ob flexibi-  
 litatem: tū etiam quia partes molles sunt  
 organicae, quibus natura utitur ad fabri-  
 candum corpus: iam uero Artifex primū  
 sibi parat iustrumēta quibus operari pos-  
 sit. Pro resolutione dicendum est naturā  
 in fabrica corporis non tantum attendere  
 materiae dispositionem; sed usum praeci-  
 pium, & necessitatem: quia quaecūque  
 partes sunt magis necessariae: opus etiam  
 est, ut prius a natura fabricentur; unde pri-  
 mo uelutur conceptus membranarum illis, ut  
 retro dixi, deinde necesse est omnino, ut  
 fiant instrumenta, quibus aliae partes fa-  
 bricari possint.

Quarto  
de morb.

Libro xx;  
cap. 37.

Secundo  
de gener.  
an. quarto

Quae-

Quaenam inter partes organicas prius gi-  
 gnantur examinantur Veterum sen-  
 tentiae. Cap. XVII.



ETERVM non minor di-  
 sputatio oritur quoad partes  
 organicas, quaenam prius gi-  
 gnantur. Alchmeon Crotoni-  
 ates, & Hippon medicus antiquissimus  
 existimantur fieri caput, forsan ducti ea  
 ratione, quod caput uideatur esse praeci-  
 pium membrum nostri corporis. Empe-  
 docles, ut narrat Censorinus, quem po-  
 stea secutus est Hippo. existimauit iecur  
 primum omnium generari: & Hippocr.  
 duabus rationibus sententiam suam con-  
 firmat: prima est, quia iecur est ueluti ra-  
 dix, a qua alimentum toti corpori suppe-  
 ditatur, & sicuti radix in plantis primo  
 formatur, ut inde ceteris partibus formā-  
 dis, atque augendis materia, & nutrimen-  
 tum suggeratur; sic quoque in faciendo  
 animali natura facere debet; Alia ratio,  
 qua usus fuit Hippocr. est a sensu sumpta:  
 quia narrans historiam illius famulae sal-  
 taticis, quae eiecerat foetum septem  
 dierum dixit massam illam apparuisse ue-  
 luti ouum ob ductum sua membrana; in  
 qua parte conspiciebatur ueluti gutta  
 quaedam sanguinis, quae nil aliud erat  
 nisi iecur: Imo uero experientia in pullis,  
 & alijs animalibus id licet obscurum de-  
 monstrare uidetur. Ex altera parte fuit  
 Arist. Albertus Magnus, & alij Peripateti-  
 ci, qui existimauerunt cor esse primum ge-  
 nitum; & Arist. usus est maxima ratione;  
 quae est, quòd cum cor sit domicilium ca-  
 loris (unde pithagoras solebat appellare  
 cor focum, siue *Διο's ἐστὴν*) & cum calor sit  
 primum instrumentum, quo utitur natu-  
 ra ad fabricandas omnes partes corporis,  
 ea propter & iecur ad sanguinis genera-  
 tionem eget calore cordis: unde uidetur  
 cor primum generari debere, ut possit cō-  
 tribuere calorem iecori, & caeteris parti-  
 bus. Gale. qui uidit hanc rem difficilè duas  
 habuit sententias: nam existimauit iecur  
 primum generari sed alibi, quasi sese cor-  
 rigens maluit fieri ipsum simul cum cor-  
 de, quibus a matre per umbilicum spiri-  
 tus, & sanguis ad alendum non affatim, sed  
 paulatim a toto matris corpore suggeri-

Libro de  
foet. for-  
mar.  
li. de sem.

tur, unde fit etiam, ut licet praegnati men-  
 strua deficiant non laedatur, quoniam iu-  
 giter ad alendum conceptum infunditur  
 ut disertè docet Hip. Ego autem sicut pu-  
 to haudquaquam cūcta simul absolui, ut  
 crediderunt Stoici: pari pacto existimo  
 uiscera illa principalia, ut cor, iecur, & ce-  
 rebrum ferè simul produci; nec ullum tē-  
 poris essatū dignum interuallū poni, q. l.  
 haec sunt membra principalia, atq; trium  
 facultatum a quibus uniuersum corpus  
 gubernatur domicilia: & quod unūquod  
 que ipsorum alterius ministerio tam ad  
 esse, quàm ad operari eget. Et cerè si ex  
 illis tribus principijs unum prius alijs ge-  
 nerari statuendum est, iecur cum Empe-  
 docle, & Hipp. potius, quàm ullum aliud.  
 tale esse putarem ob rationes praedictas.  
 Sed ut dicebam, tanta est cordis, atq; ioci-  
 noris in humano corpore gignendo, ac su-  
 stentando potestas, ut existimem si non si-  
 mul gignantur, modico saltem, ac uix sen-  
 sibili interuallo unum post alterum fieri,  
 quod sicut absq; sanguine cor nequit cō-  
 sistere, ita iecur sine calore a corde in-  
 cūctas partes corruante, minimè uiuere po-  
 test: dixi autem simul cum iecore, & cor-  
 de fieri cerebrum, quia cum cor sit cali-  
 dissimum egebat aliquo, quod ingentem  
 illius caliditatem attemperaret, cuiusmo-  
 di est cerebrum fabricatis itaque corde  
 iocinore, & cerebro: altero pro uita com-  
 municada, altero pro alimēto, tertio pro  
 attemperado cordis calore, incipiunt de-  
 inde paulatim ceterae partes conforma-  
 ri, & par est arbitrari, eas quae plus refe-  
 runt ut dixi, & faciliores sunt formatu pri-  
 mum effingi, cuiusmodi habetur lien, sto-  
 macus intestina, atq; alia interiora voca-  
 ta. Posthaec aggreditur natura partes so-  
 lidas, & continētes formare; in quibus ge-  
 nerandis, cum materia terrestres, & igno-  
 bilis sit, tractatur, tum calore, tum frigore,  
 seu tepore, ut habemus ab Hipp. enim na-  
 tura materiam hanc terrestrem eliquat,  
 deinde coquit, tādē beneficio teporis,  
 seu frigidi moderati indurat, & cōgelat.  
 Inter has autem partes prius efformantur  
 continētes uiscera iam fabricata, scilicet  
 Thorax, & Cranium; & cum ossa eo sine  
 sint a natura ex cogitata, ut sint ueluti su-  
 stentamenta, qualisque columnae quae-  
 dam carniū, neruorum, cartilagi-  
 num,

In lib. de  
nat. pu.

In lib. de  
principiis.

In hist. phi-  
los.

Secundo de  
gen. an. 4.

Libro de  
alim.

num, aliarumque partium, quae molliores cū sint minimè se ipsas sustinere queūt ipsa prius illis aequum est conformari, quemadmodum fundamenta, & columnae prius ponuntur, quam ea, quae ab illis sustentari debent; inter ossa autem credendum est primum fieri spinam, cum sit quasi quaedam carina, cui natura alia ossa addit: quod si quis quaerat, quonam pacto natura cavitates, & in ossibus & nervis venis, & arterijs faciatis dicendum est hoc facere flatu, & spiritu, non secus ac vitrarij efficiunt: nam cum duplex sit naturae instrumentum, calor & spiritus utitur calore ad eliquandū, coquendum, & congelandum vt retro dixi: spiritu vero ad cavitates faciendas. Post ossa verò instrumenta actionum animalium fiunt, quia sicut homo (vt ait Aristot.) prius uiuit plantae vita, deinde animalis, sic rationi consentaneum est primum naturalia instrumenta, tum animalia fieri, quae cuncta, ut ex frigido, & calido, nec non ex humido pingui, & glutinoso uarijs modis condensatione, coagulatione, congelatione, & coctione fiant, atque formentur copiosè docuit Hippocr. libro de principijs, quem non *περί ἀρχῶν*, sed *περί σαρκῶν* inscriptū habemus, ex quibus sententiam, qui apud Plutarchum, siue Galenum dixit foeminas quidem emitte- re quoque genituram, sed inefficacem, quod extra uterum cadat, & ob id carnes a foeminino, ossa uerò a masculino se mine proficisci. Coeterum de unguibus, & capillis, quos interdum fieri in foetibus tradit Plinius posset ambigi; & primum de pilis certum est cilia, & supercilia nasci intra uterum: sed de alijs nunquid nasci queant dubium est, quoniam & si omnes confirmant pilos fieri ex glutinosi, & continuatis uaporibus exeūtib. & ab aere induratis qui si recta exeant, rectos si uerò oblique flexuosos, & crispas faciunt pilos; nihilominus placuit aliquibus ob insignem cutis molliciem in utero minimè posse densari illos uapores, & incute mollissima firmari; contra quos experientia monstrat densitatem posse cum mollicie stare, ut in mulieribus contingit. Sed de ijs, quae raro contingunt non potest asserri certa ratio. Por-

Libro de plac. phios.

**A** rō de unguibus quomodo fiant intra uterum non ita sibi constans uidetur Hipp. nec eadem est aliorum sententia. Aliqui namq; putarunt neruos ac tendines manuum simul in fine coire, tandemque unitos, & coalitos unguis producere. Inter hos autem fuit Tertullianus, qui uocauit unges, non exordia, ut ibi legitur, sed exordia neruorum, ut ipse puto legendū; quam ramen sententiam ex eo falsam esse comprehenditur, quòd tendines, & nerui sentiant unges minimè: & Hippo. uidetur potius sensisse unges fieri ex excrementis solidarum partium, neruorum, ac tendinum digitorum, propterea quod ossa ipsorum medullis carere, quae consumantur in generandis unguibus, & si aliter alibi uideatur diffinuisse. Iam uero ubi totum formationis opus est absolutū, oportet ut aliquo adhuc temporis intervallo permaneat, quo non tantum uniuscuiusque membri forma, & figura absoluat, uerum etiam ut Hipp. ait illa in tepenti, & calido loco maiorem soliditatē firmitatemq; acquirant, sicut enim panis in furno coctus, si diu in eo detineatur post cocturam sicior (vt probat Aristot.) euadit, quam si statim atq; coctus est eximatur; pariter & foetus in utero post perfectionem aliquo tempore morari debet ut ualeat solidior, atque firmiter foras peruenire. Atque haec de natura, & modo formationis.

In lib. de anima.

In lib. de nat. pu.

In lib. de carniis.

In probl. sect. 21.

*Quo tempore fiat, & absoluat foetus efformatio. Cap. XVIII.*

**Q**UANTO dierum intervallo fiat integra foetus efformatio, quantoque tempore ita absoluat, & confirmetur, vt sibi liceat incolumis, & uiuendo idoneus utero exire mox dicendum est. Quod enim speat ad totius confirmationis absolutionem putauit Hippoc. atque experientia confirmat non uno eodemque tempore, & marem, & foeminam perfectè formari; imo nec utriusque sexus, ita praefinitum haberi terminum, quin interdum plus, minusue temporis, in hoc opere absoluen- do infumatur. Nam tunc dicitur per-

**E**

perfectè formatus conceptus, cum partes atque instrumenta debitum numerum, situm figuram, & magnitudinem adeptus sunt, alioquin si in aliquo erretur vitiosum, ac morbosum esse foetum putatur. Hoc autem vario tempore tum in foemineo tum in masculino sexu fieri non est dubitandum prout, scilicet uerus calidior, frigidiorue est; nec non materia plus, minusue parata; sed haudquaquam ulla est certa ratio, quam sequentes possimus certiores fieri, vt dicit Aristot. quando haec formatio sit consumata: & Hippocr. qui primus omnium de hoc archano fuit locutus, uidetur uariis extitisse, quippe qui dixit foeminam 42. diebus plus, minusue efformari, marem uero 30. ob quod quoque eam quae peperit foeminam 40. & quae marem 30. diebus purgati; licet etiam si minus praedictis diebus purgetur, haudquaquam laedatur. At aliam rationem est alibi secutus sicut & Galen. & Auic. nempè formari foetum 30. aut 35. aut 40. diebus, duplo moueri, & triplo motus perfici: neque ualet quod putat aliqui hoc tempus incurrere in sextum mensem, non in septimum; quoniam id intelligitur quidem de perfectione, sed non tanta, ut possit statim in lucem uitalis prodire, nec alijs diebus egeat, quo magis confirmetur: quamquam sum & ipse in sententia cum Horatio Augenio uiro eruditissimo mihi que dilectissimo, qui nuper de tempore partus praeclare admodum scripsit, nempè exactius, & uerius Hipp. quem sequitur Agellius, nobis tradidisse tempora formationis, motus, atque perfectionis, ubi scripsit quatuor summatim esse tempora, & ordines quos seruat natura informando, mouendo, & perficiendo foetus. Sunt autem hi ordines.

Septimo de hist. an. tertio.

Libro de nat.

Libro de alim.

In lib. de alim.

Formatio	35	Motus	70	Perfectio	210
F.	40.	M.	80.	P.	240
F.	45.	M.	90.	P.	270
F.	50.	M.	100.	P.	300

Septimo de hist. an. tertio.

Nec mihi placuit umquā Aristotelis sententia, ubi tria dixit nō admodum probanda: nam est marem primum moueri in dextero latere circa 40. diem, foeminam in sinistro circa 90. nam est nimis magna differentia, nam etiam si foemina quae

est mare frigidior requirat plus temporis in sui generatione, fieri tamen haud potest, ut tantum temporis intersit. Alterum est, quod uult eadem tempore moueri, & formari foetū in utero cū antea rudis & informis caruncula esset: hoc etiam falsum est, nam ad morum requiritur robur, id quod in formatione non contingit: robur necessariò tempore comparatur: & id circo Hipp. hoc intelligens scribit tempus motus esse duplum temporis formationis. Tertium est, quòd mas ante 40. diem habeat membra discreta, sed eius magnitudo non excedat formicam maiorem: foeminam uero ante tertium mensem sit penitus indiscrera, sed in quarto distincta, & figurata; & miror certè Hippocrates enim qui uidit foetum, septem dierum dixit esse ad magnitudinem oui, Arist. uero nescio quo spiritu inquit foetum, in quo singula membra appareant, esse ad magnitudinem formicae maioris, quod certè etiam in ipsa foeminarum generatione uisibile est. Itaque vt dicebam, certitudo horum ordinum, & dierum minimè haberi potest, cum formatio secreta sit, nec per has regulas, nisi a posteriori cognoscatur, hoc est ab ipso partu qui prout in hoc uel illo mense efficitur, sic facta per hos ordines secundū proportionem computatione quoquomodo comprehendī potest ipsius formationis tempus: quod tamen proculdubio variari potest secundum uarietatem temperamentorum uiri, & mulieris, nam Hippocr. & post ipsum Auicem dixerunt marem tribus, foeminam quatuor mensibus intra uterum moueri: subiungunt autem haud hanc esse regulam aeternam, sed discrepare, atque interdum aliquos ante id tempus, & post moueri, quo etiam tempore dicunt mammas attolli lac fieri licet densioribus notae lactae lactis tardius, rarioribus autem citius appareant.

Libro de nat. pu.

*De causis similitudinis, & dissimilitudinis specificae. Cap. XIX.*

**I**N hac autem formatione duo contemplatione digna occurrunt quorū illud primū est vn de nā similitudines partium



cum progenitoribus oriantur, etenim certum est hoc fieri in ipsa conformatione, in qua numerus, situs, magnitudo, & figura partibus cunctis traduntur, & hanc perfectam esse non ex alio dignosci potest, quam ex similitudine: nam non nisi extra vterum id cognosci potest; cum multa fieri possint peccata a natura: ob quod dicebat Arist. vnumquodq; animal facit tale, quale ipsum est: imo vero tantum valet haec similitudo, vt Arist. ausus sit dicere monstrum esse illum, qui non sit similis progenitoribus; unde dicebat etiam Hesiodus semper parētes generare filios similes, & vt haec obiter dicam, Aristot. & Pomponius Mela scribunt esse quosdam populos, & inter ceteros Gammatas; qui habent uxores communes & unusquisq; ob similitudinem filium suum cognoscit. De Iulia filia Augusti, quae erat nupta Agrippae, narrant habuisse multos adulteros, & tamen omnes filij, quos gignebat marito similes fuisse; interrogatam autē, quomodo hoc fieret: respondere consuevit. (Non admitto vectorem, nisi plena nauē) quasi vero sciret filios esse semper similes parentibus, & certē quando abest haec similitudo, semper de aliqua re suspicandum est, licet non sit perpetuum. Alterum consideratu dignum est de situ infantis in vtero. Circa primum quoniam similitudo triplex est secundum speciem, secundum sexum, & secundum indiduum, primum de generis similitudine loquar, quae est ubi ex homine nascitur homo, & quam certum est nō aliunde fieri, quam ex ipsius feminis, tam foemineae, quā masculini similitudine, ac penē idem nitate. Auerr. imaginatus est tres esse formas in femine specificam, qua fit homo ex homine masculinitatis, qua fiunt semper masculi, & indiuidualem, qua fit Petrus, vel Paulus: Inquit igitur Auerr. similitudinem specificā proficisci a forma specifica, quae est in femine: quae sententia posset quidem admitti, si uellet huiusmodi formam reperiri tam in foeminae, quā in maris femine. Sed aliquam possumus facere difficultatem in genere humano mōstra, & in brutis. muli, utq; alia complura animalia, quae ex diuersis animalibus nascuntur, ut ferunt de Africa, in qua cum propter inopiam aquae ad eā confluant,

Quarto de gener. an.

Secundo Polit. 2.

Quarto de ge. an. tercio.

A ubi reperitur, varia animalium genera, sic vt ex ijs sese miscentibus variae animalium formae gignantur; unde prouerbio locus est factus, semper Africam aliquid noui afferre: Ad quae omnia dicendum est mōstra cuncta, & praesertim animalia diuersa, quae referuntur ex mulieribus nata; nō esse opera naturae, neque seminalis materiae integrae, sed uitiatā; ob quam frustrato ipsiusmet naturae studio, aliud subortum est, quā ab ea intendebatur; id quod etiam de mola dici debet, de qua locuti sumus alias copiosē. Et si quae potest assignari ratio huius euentus, certē nulla est, nisi uis ingens imaginationis quemadmodum dicit Lucullentissimē Auic. & Arist. quaerens cur in genere brutorum non conspiciantur tot monstra, quot in genere humano, inquit esse, q; homo in coitu est animo admodū uago; bruta autē semper tota sunt in uenere. De mulis, ceterisque animalibus ex diuersis speciebus ortis necesse est, ut alterum duorum dicamus, uel quod sint femina secundum sui naturam similia, licet in specie dissimilia appareant: vel si dicere malumus femina esse contraria, dicendum est contrarietatem istam reduci ad sympathiam quandā, propter quam fiunt postea media animalia: non fetus atq; ubi uir calidissimus coniungantur cum frigida muliere sit conceptus, & hinc patet error Aristotelis & ceterorum Philosophorum qui foeminae negarunt semē: si enim a mare duntaxat profuerent, deberent semper filij esse similes patribus, quod tamen non contingit, ut de mulis patet, circa quorum sterilitatem uariae extiterunt ueterum opiniones, ut est apud Gal. sed hac de re non est locus differendi, cum ab Aristot. satis copiosē de liberatum sit.

In lib. de mor. mul.

Decima probl. 12.

In hist. phil. 10. Secūdo de gen. c. ult.

*De causis similitudinis, & dissimilitudinis secundum sexum. Cap. XX.*

**R**ORRO de causis similitudinis, & dissimilitudinis sexus nō minor fuit dissensio inter antiquos. Empedocles. n. dixit mares a calore foeminas a frigore fieri; & propterea primos ad plagā orientālē, atq; me-

meridionalē fuisse pgnatos. Parmenides cōtra dixit foeminas in partibus meridionalibus ob raritatem magis oriri in septentrionalibus mares ob adstrictionem. Alij. (vt est apud Plutarcum putarūt) mares ex femine a dextero testiculo, foeminas sinistri, & haec opinio tantum ualuit apud multos vt inter praecepta eorum qui rustica docent, hoc tradant, vt quando uolimus gigni agnos mares ligemus testiculū sinistrum quando foeminas, dexterum tempore coitus. Auerr. tribuit causam huius rei formae illi masculinitatis, quasi uero fiat mares, quia forma masculinitatis operatur, nullo impediēte; sicut autē foeminae, quia forma illa sū sui naturā nō operatur, & propterea uult Auerr. cū magistro suo Arist. foeminas esse puros errores. Et certē mirari satis non possum, quomodo philosophi adeo eximij uoluerint tribuere id errori naturae quod est frequentissimum: praeterquam quod si uerum est naturam non posse facere mare sine foemina, necesse est, vt ambos aequē intendat. Hipponax aliam sententiam secutus est, quemadmodum est Hipp. qui disertissime hac de re tractans tria cōsiderata digna scripsit unum est in animalibus brutis uteros habere sinus plurimos, in mulieribus uero duos. Alterum in femine mulieris quemadmodum, & uiri esse facultatem tam foeminae, quā maris genitricem, seu ut ipse loquitur tum *απὸ τοῦ ἄνω* uerum in muliebri femine praualere uim foeminā, in uirili masculorum effectricem; ad hoc autem probandum utebatur hoc argumēto ex euidētibus a quocunq; confirmatis sumpto, nempe mulieres quandoque cum suis maritis foemellas tātum peperisse, quae illis mortuis, & alijs coniugatae mares solū conceperunt sicut ex altera parte uiri cum diuersis mulieribus consuetudinem habentes modos solos masculos modo solas foeminas genuerunt, quae sanē ratio planē conuincit tam in uiro, quā in muliere, & masculum, & foemineum semen contineri, siquidem in ijs quae solas foeminas gignunt, quod ex femine ualentius est imbecillioris copia obruitur, & fit foemina, quemadmodum fit masculus, ubi imbecillius a fortiori superatur. Tertium quod dicit Hippo. est non semper a mare

A secedere, semē ualentius, neque semper imbecillius a foemina, sed uariare atque aliud alias emitti: unde minime oportet mirari si alias ijsdem mares, & foeminas, & masculos, nec non eadem foeminae modo masculos, modo foemellas progignunt; & quamquam haec causae potissimum assignentur ab Hipp. negari tamen non potest, quin quoque aliae accedant, quoniam vt demonstrat disertissimē Gal. aer, somnus & aliae res non naturales uocatae cum pro ipsarum uarietate non exiguam potentiam habeant permutandi temperamēta, consequenter uim habēt producendi interdum mares, interdum foeminas: & praeter ceteris id habēt cibus, & potus vt Hipp. ait & Arist. inquit aquae frigidae potum, nec nō ciborum frigidorum usum magnam uim habere ad foeminas generandas, quemadmodum usus ciborum calidorum, ad masculos gignendos: cum enim ex cibo & potu sanguis, & ex sanguine semen gignatur, & qualis erit cibus, & potus, talis sanguis, & qualis sanguis, tale erit semē. Quod si quis quae rat an fieri possit, vt foetus habeat utrumque sexum. Scio a nonnullis relatum fuisse hoc quandoque uisum esse: Scio etiam relatum esse foeminam quandam fuisse, quae euasit vir circa decimū quartum annum: imo Hipp. narrat quandam mulierem, cuius uir diu abfuerat, emisisse barbā, & uirum factam esse neq; hoc uidetur esse praeter rationem, nam cum & mas, & foemina semen emittant, fieri potest, ut aliquando femina utraque aequaliter dominantur, unde fiat conceptus, qui utrunque sexum habeat. Sed nu gae sunt, & primum quoad Hippoc. non dicit Hippo. mulierem illam factam esse uirum, sicut putauit Andreas Matthiolus; sed quod emisit barbā, propter mentrua retēta, & uiri effigiem habuit. Quod autem dicūt alij difficile adducor, ut credam, quandoquidem non uidetur posse pati natura huiusmodi monstrum, cum proprium uiri sit habere genitalia extra: foemine uero intra. Quod si ulla est ratio, qua possumus tueri hunc euentū est, quod illa membra genitalia, quae extra debebant esse sint paulisper intro retenta, & postmodum aucta exuberarint, unde uisita sit foemina illa euasisse uir.

Secundo de diet. Quarto de gen. an. secundo.

Septimo Epidem.

De causis similitudinis, & dissimilitudinis individualis. Cap. XXI.

**S**EQVITVR similitudo indi-  
vidualis hoc est illa, quae  
secundum situm, magnitudi-  
nem, numerum, figuram alia-  
que accidentales condiciones considera-  
tur, quam priusquam aggrediamur duo  
opere pretium est scire, vnum est, quod  
scribit Hipp. nullum esse filium usq; adeo  
patri similem, quin aliquā etiam habeat  
dissimilitudinem, similiter nullum esse fi-  
lium usq; adeo patri dissimilem, quin ali-  
quam quoq; habeat similitudinem. Alter-  
um est similitudinē habere quidem ali-  
quas causas naturales, sed etiam vsu sae-  
pē uenire ut fiat casu, & fortuna, & habe-  
mus exemplum illud de gemellis, qui vē-  
diti fuerunt Marco Antonio, cum tamen  
non verē gemelli essent: sed de hac re nō  
est locus hic ut agamus, est enim agendū  
de causis propter quas filij similes, & dissi-  
miles patribus sint, quae similitudo interdum  
est secundum vnam tantum partem,  
interdum secundum aliquot, interdum se-  
cundum omnes: de primo habemus exē-  
plum apud Hipp. ubi dicit macrocephalos  
fieri ex ijs, qui habent caput magnum  
quales etiam Lentrali Cicerones, & alij apud  
Romanos extiterunt. De altero habemus  
exemplum apud Chineses, qui  
nafo, oculis, frōte, & barba patribus simili-  
limi sunt. De tertio dicuntur esse similes  
patribus secundum omnes partes illi, qui  
& secundum figuram magnitudinem, &  
alia praedicta patribus assimilantur. Iam  
vero de huius similitudinis causis, ut est  
apud Gal. variae pariter extiterunt uete-  
rum opinionēs: nam Empedocles putauit  
fieri similitudines in filijs ad parentes ob  
vigorem ipsius geniturae, fieri autem dis-  
similitudinem feminis calore, & ui exhalantibus.  
Parmenides existimauit assimi-  
lari foetum patri, cum semen a dextero  
testiculo eiaculatur, matri cum a sinistro.  
Auer. quarto de gen. an. tertio sequēs Ari-  
stot. dixit, quod quotiescunque forma ma-  
sculinitatis mouet menstruum: si ualde  
moueat, sunt nō modo mares uerū etiā si-  
miles patribus: quod si debiliter moueat  
sunt quidem mares sed patribus dissimi-

Lib. dege.  
& nat. pu.

Libro de  
acr. aq. lo.

**A**les. Sed si ista dissimilitudo fit propter ces-  
sationem operationes formae masculini-  
tatis, ergo haberet causam firmam, quod  
tamē est falsum, quia ea quae sunt per ac-  
cidens (cuiusmodi ait Auer. esse foemi-  
nas, & eos qui matribus assimilantur) nul-  
lam habent causam certam. Stoici, qui  
crediderunt non modo semen genitale  
à toto corpore, sed etiam ab anima effun-  
di, sicque formas, & figuras uniuersus-  
que partis conceptibus affingi: similiter  
dixerunt foetus assimilari matribus, quan-  
do uis feminis foemina superat: ueluti  
ubi uincit facultas masculorum esse dicitur  
patris similitudinem gerunt. Non longē  
à Stoicorum opinione recessit Hippocr.  
qui scripsit prodire semen uiro, & mulie-  
ri à toto corpore, atque ab imbecillis qui  
de partibus imbecillum, a ualidis uali-  
dum, unde talem oriri sobolem consonat,  
quales sunt partes singulae, à quibus se-  
men decidit, ut propterea uerissimum ap-  
pareat quod omnes medici fatentur mor-  
bos aliquos haereditarios fieri scilicet Epi-  
lepsiam, Melancholiam, Nephritidem, at-  
que alios, de quibus sermonem facit Hip-  
pocr. & ob quos scribit Plutarchus con-  
sueuisse ueteres post mortem eorum, qui  
talibus morbis exincti fuissent filios ipso-  
rum tradere statim curandos Medicis,  
quasi talium morborum haeredes. Addit  
Hippocr. quod si ex uiro feminis plus, pa-  
tri similior natus redditur, si plus ex foe-  
mina, maiorem natus cum matre similitu-  
dinem gerit; neque fieri posse ut quis-  
quam natus nullam prorsus cum altero  
parentum similitudinem habeat, aut ut  
quam simillimus sit alteri absq; ulla poe-  
nitus alterius similitudine quemadmo-  
dum uter ipsorum plus feminis, & ex plu-  
ribus corporis partibus ad conceptionē  
contulerit, illi foetus magis, & secundum  
plures partes assimilabitur, atque hinc fit,  
ut foete foemina nata maiorem cum ma-  
tre, & filius cum patre habeat similitudi-  
nem, & Arist. quarens cur proles cetero-  
rum animalium magis quam hominis suis  
parentibus similis nascitur: respondet ho-  
minem uago, & uario esse animo in coi-  
tu; cetera animalia aut certē plurima  
tantum sibi intendere, totaque sese ue-  
neri dare.

Libro de  
genit.

Secundo  
prophet.  
Libro de  
sera numi-  
nis vindi-  
ca.

ro. probl.  
12.

Cur

Cur aliquando liberi graciles, & infirmi  
oriuntur à parentibus crassis, &  
robustis. Cap. XXII.

**V**ERM hoc in loco tria oc-  
currunt animaduersione di-  
gna, vnum est cur si praedicta  
sunt uera, accidit tamen non  
rarò, ut liberi tenues, & infirmi à patre, &  
matre crassis, robustisq; oriuntur, & con-  
tra. Alterum est, si ex toto corpore, & om-  
ni humore secedit semen, sicuti placuit  
Hippocr. quomodo fit, ut ex mancis, & mu-  
tilis nascantur integri, atque liberi; & con-  
tra fit, ut ex parente, vel parentibus mor-  
bosis nascantur morboosi filij: quemadmo-  
dum ex sententia Hipp. diximus. Tertium  
est cur si mater aliquid uehementer exo-  
pret dum concipit, filij nati effingantur ea  
re, quam exoptat mater. Ad quae respon-  
dere conuenit, uel illud fieri prius ante  
susceptis liberis tenuioribus, & infirmio-  
ribus, aut contra, uel similiter omnibus, &  
parentibus, & filijs similiter ortis: si primo  
modo eueniat, s. ut nascantur imbecillis  
parentibus; alioquin inculcata sanitate  
fruentibus foetum in utero laborasse ne-  
cesse est ob alimentum defectum, quod hian-  
te forsan utero foras deciderit. Sin secun-  
do modo necesse est, ut illud contingat an-  
gustiae uteri nimiae vitio, quoniam si spa-  
cium, in quo nutritur foetus, debitum de-  
sit, planē oportet foetum carentem iusto  
loco tenuem fieri, imo uero sunt aliquae  
mulieres, quae nunquam parere possunt  
ob angustiam uteri: & ego unam cogno-  
ui, quae nunquam partum ad perfectio-  
nem ducere poterat, sed quinto uel sexto  
mense abortiebat, & foetus erat gracili-  
s; ueluti si foetus nihil laborans amplum  
locum nanciscatur magnus & robustus o-  
ritur filius ex magnis, & robustis paren-  
tibus, perinde ac si quis cucumerem dum  
desorefcit in aliquod uas immitterat pro il-  
lius amplitudine, vel angustia, aut maior,  
aut minor euadit: quod si natus aliquam  
partem contortam, vel mutilam gesserit in  
lucem, id contingit ob aliquam collisio-  
nem, seu percussione, aut compressionem,  
quam ea in parte mater, & foetus sint per-  
pessi, ut membranis importune disruptis  
imperfectus exit, sitque abortus. Post sunt  
quoque partus mutili, & deprauati fieri

**A** ob angustiam uteri, aut aliquam ipsius aspe-  
ritatē, vel inaequalitatē, ut enim arbores  
tortuosi, ac deprauati à terra erumpunt, si  
inter nascendū, uel non habeant spacium  
amplum, uel in lapidem, aut quippiam ali-  
ud asperum, & inaequale impingunt, sic  
accidit foetui cum in loco angusto, aut  
aliqua duritie affecto concipitur.

Quomodo ex parentibus mancis, & muti-  
lis gigni possint liberi integri: & cur  
siant Stigmat à illa in corporib. foetuum,  
quae vulgo (Voglie) appellantur.  
Cap. XXIII.

**E**TERVM de altero dicere  
oportet etiam macti, & mutili sint  
parētes quod ad vsum, & ope-  
rationes, integri tamen sunt  
quod ad potentiam, atque internas par-  
tes, & humores, à quibus secedit semen:  
habet enim unaquaeque pars feminis in  
potentia totum foetum, & omnem ipsius  
partem: nam ex ramis arborum humi de-  
fixis nascitur arbor. Contra autem ubi  
est intus aliquis morbus, vel defectus in  
potentia necesse est à partibus & humo-  
ribus morbidiis tale quoque semen secer-  
natur, quo postmodum finguntur foetus  
prout ipsum tale est. Arist. quarens rati-  
onem propter quam in genere humano  
siant plures claudi, quam in brutis, dice-  
bat esse, quod crura brutorum sunt admo-  
dum neruacea, & ossea, & per consequens  
admodum robusta: crura autem homi-  
num non sunt adeo robusta, & ideo faci-  
liter uitiuntur. Ad tertium, & postremum,  
Aucien. scribit tantam esse vim imagina-  
tionis, ut nō modo moueat corpus, in quo  
est imaginatio, uerum etiam quod mirum  
admodum est, corpus aliquod externum,  
id quod uidemus in fascinatīs: si igitur  
imaginatio corpus externum mouere po-  
test, multo magis credendum est ipsam  
posse mouere corpus internum, sicuti est  
foetus: sic enim uerum est ex picturis in  
congressu à parentibus uisū similes illis in  
corporibus foetuum figuras formari, sicut  
fertur olim consuluisse Hippocratem, at-  
que honestae cuiusdam mulieris famam  
esse tutatum; quae Aethiopem pepererat  
quod in cubili ubi cum uiro consueuisti-

Decimo  
probl. 40.

In lib. de  
animal

acem

nem habebat eius effigiem haberet, cuiusmodi quoque certum est pauones, aliaque animalia consimilia saepe produci albo, aliove colore, prout res eiusdem coloris affidue intuentur. Atque hac de formatione secundum figuram, magnitudinem, & numerum.

*De situ uniuersi corporis foetus in utero.*  
*Cap. XXIV.*

**S**EQVITVR modo ut de situ agamus, qui cum sit uel partium foetus inter se, uel totius in utero, quoniam ille comprehenditur sub ijs, de quibus in uniuersum tractauimus, satis erit situm alterum hoc in loco tractare: Nam Hippoc. quem Arist. Plinius, Gal. Auicenn. atque alij sunt secuti, docuit puerum tam mascululum, quam foeminam sic locari, ut inflexi, & quasi conglobati maneant, non autem protensi, quemadmodum cetera bruta: ea uero est flexurae figura, ut pedibus nates, & manibus genua tangantur, ipsiq; insuper oculi manuum pollicibus incumbant: illud tamen discriminis mas, & foemina habent, quod ille antica sui parte matris abdomine, postica dorsum respicit, contra quam in foemina, quae anteriore parte dorsum spectat, posteriore abdomen: nam & caudera foeminarum prona in aquis, masculorum supina sicutare scripsit Plinius. Verum hoc in loco quaerere oportet cur natura factum sit, ut homines, & aues conglobati, quadrupes uero extensi maneant. Praeterea dubitare licet circa huiusmodi figuram: quia & Gal. & Arist. dicunt mediam figuram esse omnium maximam iucundam, ceteras autem molestas: istam uero figuram conglobata non est media, non enim inflexura facit angulos rectos, cuiusmodi debere esse mediam figuram scribit Arist. sed potius acutissimos, quippe qui solent esse molestissimi. Ad primum dicere oportet naturam hoc fecisse maximo consilio, & quoad quadrupes: hoc genus animalium necessario cogebatur: statim post exitum ab utero sibi ipsi quaerere victum; iam uero si crura quadrupedum in utero inflexa mansissent, non potuissent statim ambulare. Aues uero quae a parentibus nutriuntur donec sint aptae uolatu non hoc

In lib. de nat. pu.

Primo de mot. mus. In Mechanicis, & in quarto problem.

In loco citato.

**A**gebant, unde inflexae in utero factae fuerunt: homini autem, qui consilio alieno subditus esse debebat, & cui statim victus quaerendus haud erat natura non curauit hanc tribuere commoditatem: sed loco eius inuenit figuram, quae & filio; & matri iucunda esset, cuiusmodi est figura conglobata, quia nulla alia figura comodiore est ad gestandum. Quoad secundum verissimum quidem est id quod & Gal. & Arist. scribunt figuram mediam esse omnium iucundissimam: at hoc uerum est in corporibus extra uterum iam consolidatis: quia ista non possunt sine molestia flexi: iam uero infans in utero est mollis, quasi cereus, & flexibilis secundum omnem figuram, neque illi ulla molesta est, & haec de situ.

*Quo tempore foetus in utero moueri incipiat; & quisnam sit iste motus an naturalis, an animalis. Cap. XXV.*

**M**ODO ad motum accedamus, quem conceptum accipere varijs temporibus non est dubitandum Arist. existimauit matrem incipere moueri quadragesima die, foeminam uero nonagesima, & certe negari non potest, quin tardius moueatur foemina, quam mas: nihilominus tanta differentia non cognoscitur ab Hippocrate, & eo maxime quia Arist. praeiit eodem tempore formari, & moueri foetum, ut retro diximus. Itaque hac in re magis credendum est Hippoc. qui scripsit foetum semper moueri duplo tempore, quo formatus est: statuit autem quinquagesimam diem, postremum tempus formationis, sicuti ceteris animalibus, motus: Ceterum circa hoc duo sunt animaduersione digna, unum est, cur sit quod foetus non incipit moueri eo tempore, quo absoluta est formatio: Alterum est, cur potissimum duplo tempore formationis, & non alio, est enim existimandum aliqua ratione ductum fuisse Hipp. ad hoc scribendum. Quoad primum certissimum est aliud esse formationem, aliud motum: & aliud requirere formationem, aliud motum: formatio nil aliud requirit, nisi materiae obedientiam, & mollitiam ad hoc ut possit foetum figurare: motus contra non mollitiam, sed duritiam requirit: propterea quod

Septimo de hist. animal. ma. tertio.

Libro de alim.

quod uidemus extra uterum corpora quanto sunt molliora, ac tenuiora, tanto difficilius moueri: cum itaque debeant moueri secundum membra in utero foetus, operae pretium est, ut habeant ea solidiora: ad soliditatem requiritur tempus, dicebat enim Arist. panem non statim excipiendum esse, atque coctus est: se d'antisper retinendum, ut consolidari possit, haud secus foetus in utero etiam si sit absolutus, non tamen illico exire debet, verum tantisper retinendus, donec paulo solidior reddatur. Quoad secundum, Hipp. ut saepe dixi, in omnibus admirandus fuit, sed praesertim in obseruationibus, in quibus non sibi ipsi fidebat, sed ab obstetricibus, & mulieribus percunctabatur, & ideo existimo hoc ab Hipp. ex obseruatione potius inuentum fuisse, quam ulla firma ratione: & obseruationibus Hipp. non minor fides est adhibenda, quam rationibus, imo ipsi naturae etiam si Hipp. qui fuit semper in dicendo parcus, scripsit hanc regulam non esse perpetuam, quandoquidem mulieres modo citius, modo tardius percipiunt motum infantis: contingit autem hoc ob variata temperamenta uteri, uel uitae rationis, utri enim calidissimi citius indurat foetum, frigidiores uero tardius: ratione uitae etiam quia (ut scribit Gal.) usu uenit, ut quae mulieres praegnantes utuntur siciori victu, eo etiam celerius firmetur corpora infantum, quae humidiori, & prauo, & tardius. Illud autem certum est cum incipit foetus moueri, atque eius motus a praegnante sentiri eum non esse pure naturalem motum, sed animale quoque, adeo ut contra negares animal esse, quod in utero uiuit, haec una demonstratio efficacissima esse queat, & licet hoc negari non posse uideatur: non tamen defecerunt, qui putarint motum illum haud esse animale, imo uero neque foetum dum est in utero uillo pacto posse animal dici: contra quos libellum fecit Gal. quod animal sit, quod est in utero. Qui autem in eam opinionem uenerunt, fuerunt in primis Empedocles, & post eum Herophilus, qui non foetum animatum, nec motu animali motum, sed dumtaxat spirantem, atque naturaliter sese mouentem, extra uterum autem statim animal fieri, ubi aere attrahere incipit. Stoici quoque dixerunt non

Lib. de foet. formatione.

**A** esse foetum animal, sed partem ipsius uteri sicuti fructus sunt partes arboris. Ceterum Hippocrates, Plato, Arist. & Gal. decreuerunt omnino esse animal, quod non modo alatur, uerum etiam moueatur, ut animalia, respiretque ipsius matris respiratione: nam moueri partes spirales in foetu intra uterum cognoscitur ubi extrahitur ex matre iam defuncta.

*Vtrum anima rationalis acquiratur ab infante in utero, an extra quomodo alatur, & respiret foetus in utero. Cap. XXVI.*

**C**ETERVM circa hoc tria occurrunt speculatione digna: unum est utrum anima rationalis in utero acquiratur ab infante, an extra uterum. Alterum est, quomodo nutriatur. Tertium quomodo, & qua ratione respiret. His etenim constitutis uniuersum motus foetus negotium absolutum erit, siquidem & rationalis animae status, ut mox dicetur, atque etiam nutritionis quodam pacto cum motu aliquo fieri uidentur. Circa primum igitur ex una parte non uidetur esse anima rationalis in foetu, quia nullus ibi eius usus esse potest: imo uidetur foetus tunc temporis pura planta esse. Ex altera parte cum motrix facultas sit ueluti germen animae rationalis, uidetur consentaneum cum hac quoque reperiri facultatem rationalem. Ad haec ut dicebat Tertullianus, procurare ne foetus nascatur non solum habeatur pro homicidio, uerum etiam pro homicidij prope ratione: Accedit quod cum anima sit una, & quemadmodum scribit Arist. sit actus corporis physici organici, credendum est ipsam ingredi corpus statim ac genita sunt organa. Dicendum est animam rationalem posse accipi pro actu primo, uel pro secundo: si pro primo, proculdubio foetus ubi formatus perfectus est, necessario habet animam, quae est actus corporis physici organici potentia uel tam habentis: si autem secundo modo nequaquam animam habet; cum nondum instrumenta sint accommodata ita ut rationali animae operari ualeant inferuire. Circa secundum non minus variae fuerunt animae

Lib. de anima.

antiquorum sententiae. Democritus enim, & Epicurus crediderunt ali per os, atque in hanc sententiam perducti sunt, quod foetus statim atque ab utero exijt sponte, & a nemine edoctus lac e mamillis fugat, etsi mel in os indatur deuoret, vt fit frequenter. Alcmeon Crotoniates primus Anatomiae inuentor existimauit ali per totum corpus, quod dicebat esse totum spongiosum dum est in utero, & sicut spongiae exfugunt, sic & ipsum a venis matris exfugere. Sed hos omnes satis confutauit Gal. qui propterea dicebat statim natum foetum exfugere mammas, quod sic natura ipsa eu edoceat, quam esse sapientem, & absque vilo doctore doctissimam perhibuit Hippoc. Itaque multo rationalibilior & ipsi sensui accommodatior sententia est ipsum nutriri per vmbilicum, vt & Stoici, & Hippocr. monstrarunt, qui dixit obsterrices statim ac exijt infans ab utero vmbilicum religare, taquam haud amplius nutriendo foetui necessarium, simulque os ipsius diducere, quo alius alimentum sumendi vsus monstratur: vtrum vero sanguis, quo alitur infans in utero, mittatur ad ventriculum, seu ad iecur non satis constat. veritatem cum intestina foetus, dum ab utero exit, reperiantur oppleta quodam atro humore, necesse est ut dicamus etiam per ipsum ventriculum aliquo pacto nutriri foetum, & idcirco sanguinem partim ad iecur, partim ad ventriculum demitti: & hinc est, quod ultra duas priores membranas, secundinam, & allantoidem natura fecit etiam amnium, ab obstetricibus camisiam appellatam, vt scilicet reciperet extremeta alimenti tum in iecore, tum in ventriculo elaborati; & propterea etiam uoluit natura excrementa illa esse blanda, ne ab ijs aliqua laesio proficisceretur. Atqui difficultas etiam est & maior quomodo respiret foetus in utero, nam & hoc fuit, a veteribus, & a posterioribus diligentissime disceptatum; verum nulla melior est huius problematis resolutio, quam ea, quam tradidit nobis Hippoc. quam, vt recte intelligamus sciendum est respirationem a natura instituta esse, vt calor cordis refrigeraretur: cum enim opus esset calorem aeterno tempore durare in corde: durare non poterat sine motu: iam uero motus auget calorem,

Sexto Epi dem.

In lib. de nat. pu.

Libro de nat. pu. in initio.

A itaque periclitabatur nisi succurrisset natura aliquo refrigeratorio: & cum hoc non posset esse aliquid internum, quia omnia sunt calidissima, curauit aliquid externum, quod est aer, verum quia aer aliquas gignit fuligines, prouidit etiam natura, vt excrementa haec, quae coacta calorem natuum strangulassent, continuo expellerentur: fecit itaque hos duos motus inspirationem, & expirationem: inspiratio est quando aer intrò trahitur: expiratio uero, quando haec fuligines excluduntur: cum itaque res ita se habeat, non uidetur foetus posse vllum ex his moribus habere, non primum, quia cum sit abditus in lateribus uteri, nulla est ratio, qua possit foetus aerem externum attrahere: non secundum quia nulla apparet uia qua possint exire fuligines. Hipp. itaque inquit, quod eodem sanguine quo foetus nutritur, refrigeratur etiam, & quod calor foetus, matris calore per respirationem refrigerato attemperatur: monstrat autem Hipp. exemplo lignorum uiridium aerem attractum a foetu, per insensibilem transpirationem emitti: cum enim corpus foetus sit laxissimum, facile fit, vt per ipsum transmittantur fuligines illae.

De causis, propter quas infans ex utero prodit. Cap. XXVII.

D **N**UNC sequitur, vt pro fine huius tractationis de integra foetus absolutione agamus, quae quonia cognoscitur partu (siquidem tunc dicitur perfectus, quando exire, & superuivere aptus est) eapropter de ipso tractemus operae precium est. Erunt autem tria, quae examinabimus circa ipsum, causam exitus, modum exundi, atque tempus. Circa primum cum duplex sit causa, alia efficiens, alia uero finalis, efficiens est ipsa natura ab intelligentia non errante ducta, nam Gal. hac de re differens mirabiliter extollit naturam, quae cum os uteri antea semper arctissimum clausum teneat, tempore partus sponte aperit, longè lateque prout ipsius infantis magnitudo postulat. Sed hac in re non nihil est diuersitatis inter ipsum, atque Auic. is. n. d. dicit hoc opus fieri absque vlla ossium dislocatione, aut fractura: hic autem dicit fieri cum

Loco citato.

Decimoquinto de usu part.

Vigesima prima ter tunc tracta. primo, c. secundo. Loco citato.

dislo-

De modo, & ordine, quem seruat natura in emittendo foetu. Cap. XXVIII.

dislocatione ossium pubis, sed statim post infantis exitum denuò ita pubis ossa connecti, atque coalescere, vt nullum dislocationis praeteritae, aut commissurae uestigium appareat. De causa finali propter quam extruditur a natura infans, nulla videtur controuersia, quin sit propter euitandam molestiam quam infert iam maturus foetus, siquidem quicquid expellit natura, semper ut sibi innoxium expellit, quemadmodum ubi attrahit, semper ueluti sibi utile, atque gratum trahit. Haud secus quoque uidetur apud Hippocratem, & omnes Medicos illud, quod proprie laedit, atque cogit ipsam naturam ad expellendum foetum, non esse alium, quam dolorem, & molestiam ab ipsomet foetu calcitrante illatos: loquor autem de naturali partu, non autem de uolentis, atque morbosis, in quibus, cum ab alia causa stimulari natura existente intra uterum, vel proximè uterum, sit ut dum natura stimulari, ac propterea laedentem causam a sese pellere satagens simul etiam foetum expellat. Porro circa causam calcitrationis videtur Hippocrates varius extitisse, quia modo id tribuit alimenti inopiae, modo uteri angustiae, modo utriusque. Ceterum cum mulieribus sanis, & praesertim quae solent liberaliter singulo mense purgari, etiam in extremis mensibus tantum suppetat sanguinis, vt copiosissimus feratur in mammis pro lactis copiosi generatione, haudquaquam debemus tunc putare foetum ita laborare nutrimenti inopia, vt ab ea cogatur calcitrare, atque laedere naturam, sed potior, & in omnibus aeterna causa calcitrationis puerorum videtur esse uteri angustia: sicut enim cum puniceorum grana ita augentur, ut nequeant suo cortice contineri, tunc eum effrangunt, sic quoque foetus, ait Hippocrates, ubi ita creuit, vt nequeat amplius ab utero contineri, tunc molestia affectus calcitrat, effractisque ligamentis quibus coerebatur naturam eò adigit, vt cogatur ipsum uterum aperire, sicque foetum excludere.

A

B

C

D

E

**M**ODVS autem uerus, quo vitur natura in partu, est vt caput, quod antea sursum erat, pòdere suo versus uteri os descendat, sicque manibus, & brachijs extensis prodeat; quinimo sum eius sententiae naturam uoluisse in utero caput esse magnum, vt pondere non modo primum ad uterum declinet, verum etiam toti corpori viam latam paret; & hic partus est naturalis: ceteri omnes sunt prauui, etenim siue pedibus cuiusmodi nati vocantur Agrippae; siue brachio, siue uentre, siue dorso exire properet, parus exitiosus vel foetui vel matri, vel utriusque est, quod si superstitis remaneant, planè male sani viuunt, aut mala fortuna utuntur, quemadmodum narrat Plinius de Agrippa sic hato, qui propterea fatalis orbi fuit, quod ex ipso natae sunt Agrippinae, quae monstra, & hominum perniciès pepererunt. Modus itaque, vt iterum repetam, quo exit infans in hanc lucem ab Hippocrate nobis monstratus, & deinde experientia quotidiana confirmatus est, quod ubi uterus amplius extendi nequit, & foetus in dies augeri pergit, incipit calcitrare uehementer, tunc primum vincula, quibus alligatur incipiunt frangi, similiterque membra, nam Allanthoidem, & amnium, quibus continentur vrina, atque sudor, quibus effractis primum exeunt illi aquosi humores in eum usum a natura diligenter conseruati, ut partui inseruiant ad irrigandos atque lubricos muliebres loculos reddendos, post exit sanguis, & a sanguine immediatè foetus, quem deinde sequitur crassae saniei, & cruentae exitus, qui in primiparis paucior, in alijs copiosior est, atque si mas sit triginta ad summum diebus durat, & saepe etiam ad viginti, vel vigintiquinque tantum: sin autem foemina sit durat quadraginta, & saepe etiam triginta, plus, minusve, est autem initio mensura (vt ait Hippocrates) sesquiheminae Atticae: sanguis uero

Lib. septimo, capite octauo.

exiens



exiens si puer, & puerpera sint ualitur, est qualis uictimae recenter mactatae, & statim concrefcens, hoc est floridus: sin uero minus bene ualere debent, & paucioris mensurae, & deterioris coloris est: imo uero ubi aut parum puerperae purgantur, aut purgationes prauae sunt, semper periclitantur; nisi medicamentis, & purgationibus occurratur: quemadmodum ualde periclitantur, nisi statim secundina uocata post foetum eiciatur, alioquin paullo plus retenta computrescit, atque certissimum exitium puerperae affert. Hisce duo adijcere placet, quod scribunt Plinius, atque Plutarchus, ille enim tradit statim atque infans ab aere contrectatur cum gemere, tanquam à fetu atque supplicijs hanc vitam aspiciemur, & sicuti capite nascimur, ita pedibus ante efferrī. Hic autem scribit eos, qui in nauī oriuntur haudquaquam plorare.

*De tempore nascendi, in cuius gratiam supponuntur quaedam. & cur cum bruta habeant unum determinatum nascendi tempus, solus homo ea varia habeat.*  
Cap. XXIX.

**S**EQVITVR modo, ut de tempore partus loquentes totam hanc tractationem claudamus; de quo tempore quoniam nuper Horatius Augenius Medicus eminentissimus, praeclarum tractatum edidit, ut etiam curiosa ingenia vix quicquam amplius desiderare possint, ea tantum dicam, quae mihi videntur hac in re constituenda. Circa sententiam Hippocratis, atque Aristotelis: cum enim rationibus atque demonstrationibus firmis huiusmodi tempus definiri nequeat superest, ut eorum scriptorum testimonijs agatur, quos in ipsa veritate indaganda, & ab alijs comparanda maxime versatos fuisse constat, & quia saepe mentio habetur dierum, mensurum, & anni; illud antea constituere oportet, nomine diei apud Hippocratem & Aristotelem non intelligendum diem illum inaequalem, qui mensuratur ab ortu ad

occasum Solis, sed qui ab uno ortu, vel occasu ad alium, hoc est spacium vigin-tiquatuor horarum. Mensis autem dicitur lunaris, hoc est qui comprehenditur vigin-tinouem diebus cum dimidio: similiter annus dicitur qui duodecim similes menses, seu tercentum sexaginta-quinque dies cum quarta parte, scilicet sex horis complectitur. Aliud quoque statuendum est, tempus partus appellari, in quo non modo foetus iam ab-solutus & confirmatus est secundum totum, & secundum omnes sui partes, verum aptus est, ut extra uterum uiuere, & diu, & sanus valeat. Tertium statuendum est illud, quod non solum Hippocrates, verum etiam Aristoteles, Galenus, Plinius, atque multi alij tam vetustiores, quam recentiores affirmant, nimirum omnia animalia bruta habere unum, & determinatum pariendi tempus, solum hominem habere plura tempora, ut ob hoc disceptatum sit, atque etiam nunc disceptetur tum de primo; tum de postremo, tum etiam de medio tempore humani partus: Atque ut hoc ordine tractemus, primum de primo tempore, tum de medio, postremo de ultimo agemus: sed priusquam hoc fiat, illud examinandum est cur homo vnus inter alia animalia pariendi varia tempora sit consecutus, nam & septimo & octauo, & nono & decimo & undecimo, atque etiam apud nonnullos duodecimo, & decimoquarto parere mulieres creditum fuit, cetera uero genera, ut canes aliqui secundo, aliqui quarto mense, equi anno, plus minusve, & sic de singulis certo tempore pariunt. Huius euentus semper existimaui plures causas haberi, quarum prima est viuendi vniformitas, quae in belluis manifeste animaduertitur, sicuti in homine diuersitas, quantum uero faciat tum ad concipiendi, tum ad pariendi diuersitatem vitae ratio, non opus est pluribus explicetur, quando ea non modo corpora, verum etiam animos mirum in modum variari, & Hippocrates, & Plato, & Aristoteles, & Galenus perhibuerunt. Altera causa est animi motuum diuersitas, quae in belluis vni uentri intentis, ut dicebat Salustius, haudquaquam

Initio  
Charmi-  
dis.

quaquam inuenitur. Si enim verum est quod dixit Plato ab animo in corpus deriuare tam mala, quam bona. Si etiam vera dixit Auicennas tantam esse imaginatricis facultatis vim in corpora, ut ea diuersimodè effingat, atque afficiat, negare non oportet, quin etiam ad accelerandos, vel tardandos partus multum quoque polleat. Tertia causa est usus Veneris; nam bruta (ut rectè dicit Aristoteles) postquam conceperunt, plenumque ventrem habent haud amplius in libidinem sollicitantur, nec propterea marem admittunt, quasi oestrum illud, & immanis coeundi cupiditas ipsis tantummodo sit data, ut concipiendo speciem propagent vnaquaeque suam; homo uero omni tempore uenerem exercet, & mulier non minus plena, quam uacua à libidine tentatur, mirumque in modum in coitu exercendo delectatur, quod uoluit significare mulier illa Romana, quando dixit melius plena nauī, quam uacua nauigari. Iam uero coitum accelerare partum, & consequenter ipsius abstinentiam retardare non oportet ut ullo pacto dubitemus. Quarta causa est temperamentorum, tum naturalium, tum adscitorum uarietas, nam ut homines inter sese sunt figuris adeo dissimiles, ut uix quemquam sit reperire alteri prorsus similem: sic pro certo haberi debet, non minus homines, tam masculos, quam foeminas inter sese temperamentis discrepare, & quod dico de temperamentis corporum, idem quoque statuendum est de aere, & regionibus, quibus uiuitur, quod fit, ut data sit occasio Aristoteli, atque alijs existimandi in Aegypto mense octauo mulieres parere, sicut credi potest in calidioribus plagis mulieres ocyus, in frigidioribus tardius parere.

*De primo tempore nascendi.*

Cap. XXX.

Ex primo  
lib. de se-  
ptim. part.  
in initio.

**N**ENIAMVS modo ad perquirendum quodnam sit primum tempus partus: Constat itaque primum tempus quo partus vitales exeunt esse initium septimi mensis, quod comprehenditur 182. diebus, imo dicit ibidè Hippocr. paucos ex hisce fer-

uari, sicut plures seruantur si nascantur ultimo eiusdem mensis, quod etiam confirmatum est ab Arist. ubi scribit natos ante septimum mensem uiuere non posse. Hanc autem rem ut abditissimam haud potuit Hipp. certis demonstrationibus confirmare, dixit tamen eam esse mulierum & obstetricum obseruationem, ut nunquam ante hoc tempus nati superuiuant: hanc deinde sententiam non solum omnes medici; sed etiam Iurisperiti sunt secuti. Verum non defuerunt, qui etià sexto & quinto mense natos superuiuere posse & exemplis, & coniecturis probare conati sunt, quorum conatus ut non poenitus aspernor, sic mihi nunquam persuadere poterunt id quod scripsit adeo asseueranter diuinissimus senex, & Arist. confirmauit, posse falsum reperiri, cum (ut dicebat Celsus) neque falli, neque fallere sciuerit; Neque moueor vlla historia, aut uera, aut falsa; quoniam etiam secundum Hippoc. atque Arist. saepenumero mulieres in diebus conceptionis numerandis solent decipi, quod interdum etià grandis suant singulo vel altero mense purgationes, imo uero cum quotidie videamus rarissimas septimo mense parere, & qui nascuntur plurimos eorum interire, aut si uiuant, ceteris semper esse infirmiores tam animo, quam corpore, rationi consonum uideatur eos, qui sexto mense, vel ante prope-rant exire haud posse uiuere, quod imperfectiores, & debiliores tunc sint, quam conseniat pro inasuetudine aeris, atque alijs laboribus perferendis, postquam certum est quod dicebat Plinius hanc vitam inchoari gemitibus, atque supplicijs; excipiendi tamen sunt populū illi, quos relatum est parum uiuere, & citò parere, de quibus aliàs sumus locuti.

*De medio tempore nascendi.*

Cap. XXXI.

**S**EQVITVR medium tempus, quod octauo atque nono mense praefinitur, & de quo non parua cōtrouersia est an possit natus eo tempore superuiuere, & si non superuiuit, quae causa cōmunis sit huiusce cōmunis effectus. Hipp. loquens de octime-  
stri partu manifestissimis uerbis dicit illū.

Septimo  
de hist. an.  
quarto.  
Libro de  
carnib.

Libro de  
oetim. &  
septimel-  
stri partu.

D uiuere

vinere haud posse, & alibi haec scripsit, <sup>A</sup> qui est omnium cōmunissimus ipsi humano partui, sum eius opinionis loco octauo, nonum esse legendum, alioquin Arist. posuisset inter tempora partus cōmunia octauum mensem, qui est rarissimus, & omisit illū, qui est alijs omnib. cōmunior: Itaque quod plerique probati scriptores docuerūt octimestres partus nusquam esse vitales, id ipse quoque affirmo: nec quippiam valet id quod dicunt debere octimestres viuere, eō quod septimestres quoque viuāt, quia quod septimestres viuunt est aliā ratio, vt retrō diximus. Ceterum quae huius rei causa sit apud complures disputatum inuenitur, & praesertim apud Petrum Aponensem, Nam Astrologi, qui deputarunt singulis mensib. foetus singulos planetas, octauo deputarunt Saturnū, qui cum sit frigidus, & siccus, & ideo vitae inimicus, propterea dixerūt foetus ab eo interfici. Sed horum sententiam praeter ceteris confutauit Ioannes Picus Mirandulanus, eō quod nullum syāus possit suapte natura ita esse maleficum, vt interimat. & Plato etiam dicebat in coelesti choro. nō posse esse vllam inuidiam, neque moestitiam. Hippocrates videtur interdum censuisse grauidas octauo mēse laborare; nec ita sanas esse sicuti in alijs mensibus: vnde si hisce laboribus accedat quoque partus labores eos nequaquam foetum sustinere posse, ac propterea occumbere. Auicē. dixit foetum septimo mēse iam esse consumatum, & vitae potentem extra vterum, ob idque tentare exitum, quem si habeat, prodire vitale: sin ipsi denegetur tunc permanere vsque ad nonum; atque in octauo sese labore quem tulit septimo recreare; quod si tunc cum nondum refectus est, exire properet haudquaquam ob debilitatem ex septimi laboribus susceptam viuere posse: verum etsi & Hippoc. & Auic. causae adductae quandoque locum habere possint, melius tamen mihi videtur esse, si dicamus omnibus eis, qui oriuntur octauo mēse id propterea contingere, quoniam in septimo mēse conantur prodire, sed cum praedebilitate nequeant neque tunc exire, neque perdurare vsque ad nonum, fit vt exeant admodum languidi: ac ob id minimē viuunt.

<sup>B</sup> A detur eos similem sententiam, aut à vulgo mulierum, aut ab aliquibus medicis fuisse aucupatos. Quid igitur in hac controuersia dicendum est? Certè puto nonum mensem esse verum & communiorem ceteris partum, verum aliquos etiā ad decimum peruenire, qui scilicet minus robusti sunt, & minus nutrimenti consumunt, & serius perficiuntur: vnde ipsemet Arist. dicere solebat, mares rarius quā foeminas ad decimum mēsem peruenire; & ad locum septimi de hist. animal. soleo dicere eo in loco particulam *ὅς ἀλέσων*, significare ad summū, quasi vltimus terminus sit quidem decimus mensis, sed non communior nono: & rarissimi perueniant ad vndecimū: atque in hanc sententiam eo magis inclinor, quōd Gal. videtur tribuere Aristot. quōd dixerit homines vt plurimum nasci mense nono, & vbi eadem verba habet, non apposuit particulam *ὅς ἀλέσων*. Porro de vndecimo mēse, de duodecimo, & decimoquarto, quod refert Auic. & alij antiqui scriptores aut fabulosum est, aut dicendum est mulieres fuisse deceptas, ex mensium fluxione, quae solet interdum etiam non grauidis intercipi vsque ad secundum vel tertium mensem prius quā concipiant; vel extitisse inuentum medicorum famam alicuius mulieris ea ratione tueri conantium; etsi enim Hadrianus Imperator vndecimestres ad haereditatem admittendos esse sanxerit contra Iurisperitos antiquos à Plutarcho commemoratos, atque deinceps ab Iustiano, & Vlpiano comprobatos: haud tamen ex hoc iudicandum est frequenter posse eos fieri, quos vel non fieri, vel non seruari ipsemet Aristoteles scripsit.

Libro de anim.

In variis lectionib.

Septimo de hist. animal. quarto, & quarto de gen. animal. quarto.

Decimo probl. sectione 40.

In fine p. gnotit.

In lib. de aer. aq. & loc.

In Cōcil. & in com. l. ad probl. citatum.

Tertio libro cōtra Astrol. ca. decimo octauo. In Timoeo.

21. tertio tract. primo, capite tertio.

De postremo tempore nascendi. Cap. XXXII.



**E**TERM nonus mensis ille est terminus, qui non modo ab Hippocrate, verum etiam à plerisq; alijs probatoribus authoribus pro cōmunissimo, & vero habetur; praeterquam quod etiam mulieres & viri quilibet passim fatentur humanos partus fieri nono mēse, quantum autem apud Medicos, & Philosophos aestimantur huiuscemodi communes hominū notiones, & assensus ad rerum veritatem confirmandam nemo ignorat. & dicere soleo Christum hominem perfectissimum voluisse nono mēse completo nasci, vt doceret verum, atq; communem nascēdi hominibus terminum esse ipsum mensem nonum. Ceterum de mēse quoque decimo nō parum dubitatum inuenio, num scilicet & ipse sit numerandus pro vero & communi tempore nascentium, nam Hippocrates statuit etiam decimo mēse homines nasci, vltra autem non posse in vtero perdurare, quoniam sibi debitum alimentum deest: Arist. verò commemorat & ipse decimum mensem inter eos, qui nascitur homo, quinimo scribit hominem nasci septimo, octauo, nono, & vt plurimū decimo, rarissimos vndecimo; quae autoritas multis persuasit decimū mensem esse communiorem partus terminum ipso nono, atque eo maximē quod inter veteres scriptores nō defuerint qui Arist. sint ad stipulati quales fuerunt Lucilius, Plautus, Aulus Gellius, alijq; non pauci, qui cum medici non essent, verisimile vi-

In lib. de nat. pu.

Loco pbl. citato.

Septimo de hist. animal. quarto.



# EIVSDEM AVCTORIS DE BALNEIS PISANIS

Luculentissimus Tractatus.



*Aquarum thermalium usus quando, & ubi primum inuectus sit.*

*Cap. Primum.*



**V**M Ferdinandus Hetruriae Magnus Dux nihil antiquius, atque optatius habeat, quam genus humanum, praefertimque populos sibi diuinitus commissos, quacumque in re iuuare; inter eius opera propè diuina, illud his proximis diebus fuit, ut saluberrimas aquas in vrbe Pisanam ex proximis montibus, per aqueductus lateritios corriuare, simulque balneum montis S. Iuliani vocati olim celeberrimum, proximis verò annis deformatum ac penè deletum instaurari mandaret; quod nunquam satis laudatum institutum, ut cunctis gentibus, & maximè ijs, qui sese ab aegritudinibus liberare optant, manifestum feret, de eo balneo, licet etiam ab alijs antiquioribus egregiè descripto aliqua dicere deliberavi, ut qui admirabiles illius in plerisque aegrotantibus vires expertus, forsitan non inutiliter de ipso vera scribere possim. Itaque rem omnem breuiter tribus summis capitibus completar. Quorum primum erit videre, quis vetustissimis saeculis fuerit huiusmodi balnei status. Secundum quale illud fuerit auorum, atque proauorum nostrorum aetate. Tertium & postremum quomodo huiusce nostris temporibus sese, & secundum sui ipsius naturam, & secundum usum atque operationes habeat. Etenim licet veteres, atque etiam maiores nostri interdum paullò negligentiores in quibusdam rebus cognoscendis, colendis, ac in usum & humani generis commodum adhibendis visi sint, quam recentiores, qui ab antiquorum praeclaris inuentis excitati, quaeque manu deducti, tum ea ornare, atque

**A**ugere, tum noua nec forsitan minus utilia, atque iucunda adijcere gloriosè laborarunt; attamen eos despiciere, ipsorumque res etsi exiguas, & aspectu contemptibiles minus curare, ingenij est aut hebetis, frigidique, aut nimium superbi, sui que ipsius amantis: Galenus certè, atque illi, qui vel ante ipsum, vel post in medicina facienda floruerunt, tanti semper visi sunt superiorum cogitationes facere, ut vel praedecessores sequi, vel saltem ab ipsis minimum, nec nisi mature desistere maluerint, quam praecipitanter ipsorum inuentis refragari. Imo verum est, quòd plerique authores tradiderunt, Aristotelem non tantum in fabricanda, & stabilienda sua à posteris, deinde adeo commendata & exulta philosophia antiquorum commentationes esse secutum, verum etiam eis summa, quae apud Alexandrum magnum Orientalis orbis dominum pollebat autoritate concrematis, Peripatericas omnes disciplinas condidisse, proque suis eas demum cunctis sequacibus reliquisse. Veteres autem qui in rerum tunc paucarum contemplatione seueriores, & attentiores erant, magnopere valuisse, proptereaque à nobis nunquam eos contemnendos arbitrari nemo debet. Hocque cum in rerum cognitione, quae sola contemplatione comparatur verissimum sit, haud minus quoque illis quae experientia ab ijs fuere comperta fidem habere oportet. In quo genere reponuntur potissimum aquae thermales, quae uti diuina virtute videntur praeditae, sic diuinitus tantum, solaque experientia ob salutem humani generis innotuisse constat. Quo autem tempore illarum notitia, atque usus coeperit, etsi certum non habeatur, putandum est tamen, prima mundi origine cum alijs aquis à Deo costatas ante diluuium, quando

quando ob corporum sanitatem haud erant necessariae intra terrae amfractus ociosas latuisse, postea uerò paullatim apparuisse: Plinius certè cap. sexto lib. 31. demiratur Homerum, qui cum induxerit saepe sese calida lauantes, numquam tamen calidorum fontium meminèrit tamquam eo tempore medicina haec non fuerit, quae nunc aquarum perfusione vitur; & si Diodoro Siculo fides est habenda, in Sicilia & maximè Syracusis thermalium lauationum pro varijs aegritudinibus sanandis, ex copiosis qui ea in insula semper spectati sunt ignibus, cognitio fuit acquisita, quae deinde in agros Puteolanum ac Neapolitanum ob similes ignes ibidem erumpentes propagata non minus lauatione, quam potu in usum trahi coepit. Et Archigenes apud Aetium meminuit potus aquarum Albularum ad vesicae viscera curanda, quasi tempore Traiani quo ipse floruit, aquarum thermalium potus iam in usu esset. Hippocrates & Aristoteles huiusce medicinae, aut nullam aut exiguam cognitionem, experientiamve habuerunt, nec penes paullò ipsis posteriores scriptores facile est inuenire clarum huiusce remedij mentionem, Strabo autem qui Augusti aetate floruit, Vitruuius, Celsus, Seneca, Plinius, Caelius Aurelianus, alijque subsecuti authores non obscure prodiderunt multas fuisse aquas tam frigidam quam calidas spore nascentes pro varijs morbis depellendis usurpatas, quarum aliquae interierunt, aliquae verò adhuc seruatur. Sic enim Seneca lib. quaeft. nat. tertio, quasdam narrabat aquas, neruos iuuare, aliquas inueterata, & desperata medicis uicia curare, nonnullas uisceribus mederi, aliquas interiora fouere potu, & pulmonis, ac viscerum querelas leuare, quasdam suppressere sanguinem, & demum tam varium esse singulis usum quam gustum, quibus omnibus maiora cum tradat Plinius, Senecae ferè coaetaneus, tunc calidas & frigidam spontè nascentes, aquas coepisse frequenter usurpari, haudquaquam dubitare oportet, quemadmodum idem Plinius non tam potu, & lotione, quam lutatione, quae fit ceno aquarum partibus aegris illito, eas iussit administratas affirmat.

*De antiquo balnearum Pisanarum statu.*  
*Cap. II.*



**T**ALIAM caeteris prouincijs posteriorem sese artibus, ac disciplinis capessendis; excolendisque, dedisse monumenta veterum scriptorum satis testatum faciunt. In Italia uerò qui ignorat Hetruriam in hisce omnibus primas laudatississe, nihil planè scire uideatur; ut ob hoc quoque maximè uerissimè sit haud sequius usum thermalium in hac prouincia saltem post Siciliam originem duxisse, eò maximè quòd à Vitruuio relatum sit Hetruriae regionem semper foetam extitisse caloribus, minerisque sulphuris, aluminis, calchanti ferri, aliarumque rerum quibus commixtae thermale aquae tam potu, quam lotione salutes euadunt; atque hinc fit ut apud ueteres scriptores, insigniter, celebratae reperiantur Thusciae, Clusinae, Nepe sinae, Vesicariae, & apud Caelium Aurelium Senanae, siue (ut ego puto intelligendum) Senenses. Iam uerò urbem Pisanam in Hetruria antiquam esse, nec non armis & disciplinis domi forisque floruisse, si quis negaret, alienam gloriam odio prosequi à cunctis planè existimari posset. Verum cum idem coelum, eademque semper si non in summo saltem in partibus intimis extiterit tellus, in quibus externus aer corruptionis, atque mutationis uerus author nullum habet imperium; quae à foecundissima rerum parente natura in ipsis terrae uisceribus producuntur, omni tempore fuisse, atque etiam num perdurare rationi consonum uideatur. Neque me latet quòd scriptum reperitur apud Plutarchum in lib. de Oraculorum defectu, nempe mineras, habitus, aquas, aliosque terrae foetus interdum longissimis annorum cursibus deficere, ut etiam auri, argenticque fodinas apud Dalmatas tempore suo desisse narrat Plinius, attamen ut illud est uerum potuisse, atque posse hominum industria, & sedulitate quicquid antea factum à natura fuit, penitus exhauriri, sic falsum puto aeternam illam telluri insitam vim, qua naturales res iugiter gignuntur,

vsque adeo nonnumquam perdi, vt in posterum non amplius efficac, sed sterilis, & impotens euadat, quemadmodum quoque non verosimile uidetur, vt quae modo in ipsa rerum matre terra sunt, quaeque non admodum multis ante nos annis fiebant, pariter vetustissimis illis temporibus non fierent, praesertim quando nondum effoeta, nec improbis hominum manibus attrita, ac pene consumpta integras vires, ingentemque illam fertilitatem in sinu retinebat. Quo toto, & ratione & vsu, vt uerissimo probato, illud etiam consequenter asseuerare oportet miras illas aquarum subterraneorum facultates, quae nunc ex admirabilibus effectibus à nemine negantur, quaeue singulares quotidie humano generi utilitates tum ad fugandos morbos, tum ad retinendam sanitatem uberrime praestant, etiam maiorum nostrorum, ac superiorum omnium aetate viguisse, licet non omnes forsitan ita sint in vsu, atque publicam eomoditatem, vel ignorantia hominum, vel negligentia, vel malignitate quadam traxerit: Aristoteles certe, Theophrastus, Vitruuius, Seneca, Plinius, Galenus, Dioscorides, alijque plurimi scriptores antiqui, incredibilia pene diuersarum aquarum (vt dicebam ex Seneca) miracula nobis scripta reliquerunt, quae si uera putantur, cur non etiam tunc pro aegritudinibus uarijs profugandis secretae aquas ualuisse fatendum est? Idque multo magis de aquis Pisanae affirmare cogimur, quae cum saepius una cum alijs Italiae bonis, ac uis & barbarorum iniurijs ingentem passae fuerint ruinam, nihilominus nunquam ita fuerunt deletae, vel permutatae, quin iterum accedente hominum studio pristinas conditiones recuperauerint, quod quidem euidentissimum signum est, perennem illarum naturam minime extinctam, aut ociosam fuisse, sed potius archanos ipsius effectus occultatos, atque ueluti oppressos latuisse. Plinium bis meminisse Pisanarum aquarum inuenio, sed maxime libro secundo, cap. 103. ubi miracula quarundam aquarum referens, Patavinis calidis herbas virentes, Pisanae ranae in nasci tradit, quod uideri mirum potest, cum nullae aquae naturales, praesertim calidae alendis uiuentibus idoneae

A comperiantur, quemadmodum nec planis marinae, vt in naturalibus quaestionibus tam Seneca, quam Plutarchus post Aristotelem & Theophrastum docuerunt: Hoc autem quod scriptum est à Plinio de Pisana aqua, utrum de ijs intelligatur, quae olim penes Ligurnum Portum erant, nunc uero deturpatae, & pene deletae sunt, vt nonnullis placuisse uideo, qui in Galdanis uocatis aquis ranas & pisces nasci ex Carniae fluminis cum ijs mixtione, non potius de illis, quae Sancti Iuliani appellatur, haud multum interest diffinire, cum etiam hodie in aliquibus harum ranas, aliaque impura animalia oriri experiamur, neque tamen propterea inuitiores euadant. Satis est aquas Pisanas uetustissimis temporibus fuisse cognitatas, quas procurandis aegritudinibus diuersis usurpatas etiam esse, ueluti Patauinas non dubito, tamen apud paucos auctores hoc scriptum inueniatur, quod scilicet antiqui illi huiusmodi auxilia haud in vsu ita frequenti habuerint, quemadmodum hodie fit, quinimo si ab ipso Hippocrate exordiamur, atque per omnes aetates subsequentes discurremus, aquas sponte nascentes cuiuscumque generis parum potu, uel lotu usitatas pro aegris comperimus, aut saltem non ita promiscue sicut nostris temporibus obseruamus. Neque ignoro Strabonem, Celsum, Vitruuium, Plinium, aliosque celebres scriptores vsus medicis thermalium diuersarum mentionem fecisse; atque Plinium ipsum commemorasse nonnullos, qui eatenus eiusmodi aquas potabant, donec digitis ea repletis annuli absconderentur, sed illud perrarum est, & de hoc postremo uerum quid certo credam non habeo, cum aquae thermales, quae potantur, per aluum, aut uescam exeant, nec quantumcumque quis illarum bibat, obseruatur nunquam ita digitos repleri, aut tumere ut in ijs annuli occultentur, quamobrem si uerum est, quod Plinius testatur, potius contendendi gratia inter aliquos potores, quam propter ualitudinem fatitatum suspicor. Caelius Aurelianus, qui sese Soranum interpretari Latine fatetur, quemque ante Galenum floruisse non dubito, nempe quem inter tot alios à se citatos illustres medicos nunquam nominatur, aquarum complurium ther-

thermalium meminit septimo tard. cap. primo Patauinarum, scilicet Nepefinarum, aliarumque inter quas cur etiam Pisanae haud nominet, cum Senarum, seu Senensium Hetruriae mentionem faciat; forsitan causa sunt, quia celebriores tantum proponere sibi placuit, non autem omnes recensere. summam Pisanae aquas sicuti ceteras antiquitus cognitatas & forsitan in usum medicum esse receptas existimare debemus, licet non ita explicata earum mentio habeatur:

*Quod Pisanae thermae posterioribus seculis fuerint celebres.*  
Cap. III.

**T**ALIAM, atque adeo Europam uniuersam multis seculis uarias, atque ingentes fortunae mutationes sustinuisse qui in legendis historijs accurate uersantur facile possunt intelligere, & quemadmodum aliae artes, atque disciplinae, tam rogatae, quam armatae huiusmodi mutationibus fuerunt subiectae, sic non est uerendum, quin medica quoque ars multas, atque eas insignes mutationes sit passa. Quo enim tempore a barbaris septentrionalibus res Italorum, Gallorum, Hispanorum uexatae, ac pene euersae sunt, disciplinae, ac praesertim medica ars una cum scriptis authorum tum Graecorum, tum Latinorum translata est ad Arabas, quorum Reges non exigua industria, nec paruis sumptibus diu studuerunt, ut bonas literas cadentes sustinerent, atque erigerent; neque spes sefellit eos, quandoquidem quicquid librorum ex cunctis scientijs habemus seruatum, id totum poene instructissimis Almanforum bibliothecis, nec non Graecorum aliquorum priuatae diligentiae, atque fortunae acceptum referre debemus, quorum pariter studio, atque seculitate factum apparet, ut reuiuiscens medicina multis remedijs locupletior facta sit, inter quae reponere semper mihi placuit aquarum thermalium administrationem, quae apud antiquos rarior cum esset, & posterioribus temporibus, quando cuncta bona exulabant, serè desueta, atque extincta ui-

A deretur, ab Arabibus, eorumque sequacibus renouata, & ad aliquam rectam formam est redacta, ita ut coeperit non modo ipsarum natura peruestigari, & intelligi, uerum etiam vires, atque effectus earum obseruari, & monumentis literarum traditae; atque hoc (ni fallor) circiter trecentos, uel quadringentos annos factum animaduertit, quo similiter tempore Pisanae aquas celebrari denuo coepisse, & ad uarios morbos felicissime adhiberi non est negandum, si quidem qui uixerunt ducentis plus minusve abhinc annis medici non ignobiles scripturae reliquerunt, regulos Gambacortos cum uidissent balnea Pisana magnopere & cum maxima aegrorum utilitate frequentari, singularisque efficaciae, apud omnes medicos haberi, non tantum illa accommodatiora usui, atque ornatiore, & elegantiore reddidisse; uerum etiam illis ipsosmet in credibiliter esse delectatos, proptereaque circa ipsas unde quaque aedes magnificas, atque alia commoda diuersoria exaedificasse, praesertim ad montem S. Iuliani ubi etiam num uestigia insignia, atque non pauca rudera uisuntur, quae satis testantur, quam egregiae & commoda domus ibi essent, priusquam ob acerbissima & immania Pisanorum, Florentinorumque bella diruerentur, ex quibus pariter contigit, ut destructis aedibus, inquinatis aquis ac incuria, & temporis longinquitate foedatis deserint multo tempore aegrotantes ad has Thermas conuenire; quamquam fama est per manus tradita, etiam si ualde deturpatae essent saltem ab pauperioribus & ignobilioribus aliquibus, tam rusticis, quam urbanis nunquam penitus fuisse ita desertas quin complures ad eas ingenti cum fructu conuolarent, id quod de omnibus aquis Pisanis esse intelligendum duco.

*Quot & quae sint in agro Pisano hoc tempore aquae.* Cap. IIII.

**V**ICVNQVE aeorum notrorum aetate usque ad haec tempora aliquid commentari de Pisanis aquis sibi proposuerunt, tria earum fecisse genera uidentur, -



tur, primum quod ab aquis forsan ob ipsarum copiam, uel excellentem charitatem uocantur, distat ab urbe Pisarum circiter sexdecim passuum millia id, si scriptores, qui de ijs aliquid posteris memoria dignum reliquerunt, spectemus, cuius modi fuit Vgolinus Sauonarola, & ante ipsum Gentilis prius omnibus alijs nobilitatum, atque uiris & mulieribus, principibus singulari cum fructu usurpatam fuisse manifeste apparet, quinimo hoc neque eam intermissionem, neque passum est deturpationem, quas alia sustinuisse ex continua quadam celebratione conijci potest, siue illud euenerit felici quadam fortuna, siue quod bellorum dirissima uis ad ipsum, tanquam remotius nunquam perueniret. Secundum est de Agnano dictum, quod prope monachorum illius uillae aedes positum sit, quodque a solis foeminis pro auferenda sterilitate olim usitarum reperio, sed quia huiusmodi uitij curatio saepe numero quibusuis efficacissimis auxilijs adhibitis frustrari solet, facile contingit, ut tum ob in suauitatem, tum ob inanes in eo adhibendos labores in desuetudinem iam diu abierit, quemadmodum nec hodie ullus medicus illud sterilibus, alijsue vitij commendaré audeat. Tertium atque postremum, quod non plus tribus miliaribus Pisis distat, ita ut facili itinere, & quocumque tempore ad id pedibus equo, curru, atque nauicula accedere liceat. Est enim situm in uia, qua Lucas itur ad radices montis S. Iuliani, a quo nomine ob Ecclesiam Diui Iuliani in eius uertice sitam, sumpsit, quod nunc quoque retinet. Prae ceteris habet hoc balneum a Dante Aldigerio commemoratum, peculiare illud, quod in plures aquas, & aquarum domicilia, tum ante actis temporibus, tum recentioribus sit diuisum. Etenim Vgolinus medicus, qui aetate proauiorum in magna exultatione uixit, atque magnam horum balneorum peritiam habuit ea, tradit fuisse exactissime constructa, atque ordinata, adeo ut certo putauerint eximiam efficaciam semper ostendisse, licet quaeratur ea suo tempore & stellicidijs ducijs uocatis, atque alijs commodis & ornamentis caruisse. Primum itaque & praestantia & usu mihi uidetur existisse balneum uocatum de regina,

A uel quia aliqua regina in eo sese lauerit, uel quia tanquam aliarum aquarum regina ob excellentiam & vim egregiam semper habitum sit, ut ostendunt marmora, & edificij elegantia, quam an totam Gambacurtus perfecit, an antea factae ornamenta abdidit, nil admodum refert disquirere. Hoc autem balneum modo Serenissimus Ferdinandus Hetruriae magnus Dux boni publici studiosissimus olim negligentia deformatum in pristinam charitatem restituit cum ceteris mandauit, ut quo in dies maior sit frequentia languentium ad id concurrentium habeat, ubi commode ingenti naturae beneficio frui ualeat; ex alio Reginae balnei latere est & aliud, in quo alia duo sunt non minus eleganter constructa, quorum unum proximius illi exiguo ipsi praebere uideretur aquam, alterum uero est balneaceum populariter uocatum ad tineam & scrofulas, lepramque curandas efficacissimum. Erant autem utraque non ita pridem ualde corrupta, & foedata, sed nunc maxima ex parte sunt restaurata, in diesque magis excoluntur. Secundum est balneum quoddam exiguum, quod ueluti appendicem aquae reginae facit Vgolinus, qui scribit Petrum Gambacurtum illo plurimum fuisse usum in quodam secreto loco proxime facto, circa quem etiam aedificauerat paruum apodyterium, ut duo possent & simul lauare, atque etiam exui & in lectulo sese collocare: nunc huiusmodi balneum paulo amplius redditum fuit, atramen paucos homines capit, qui ad neruos & artus impeditos curandos ut plurimum eo utuntur, habetque loco praedicto apodyterij tria cubacula coniuncta frugaliter ad recipiendos languentes accommodata: utrum haec aqua sit eiusdem scaturiginis, cuius balneum Reginae alias dubitauit, at modo certior factus sum alterius generis esse, scilicet illius, quae muro tantum ab ipsa separatur, quinimo utramque unam, & eandem fuisse, ac deinde, ut dicit Vgolinus, a Gambacurto esse muro diuisam, ut priuato sui usus inferuaret, lapides super quos stratus fuit murus, manifeste significant: Illud non est silentio de hac aqua committendum, si quis eam modico temporis intervallo tractet, digitisque annulos argenteos gestet,

stet, eos aureum colorem contrahere, quod forsan ob ochrae mixtionem contingere potest. Tertium est balneum uetus, quasi uero ante omnia alia in usu habitum sit. In hoc quod nunc in duas cameras partitum conspicitur, olim promiscue mulieres, atque uiri inde core lauabantur, unde sicuti olim unum, atque continuum erat in ipsoque promiscue uersabantur mares, & foeminae sic nescio quis Imperator balnea, quae erant mulieribus, & uiris communia, diuisit, post quem Petrus Gambacurtus honestatis amans iussit iterum tabulis diuidi, ut in altera parte uiri, in altera mulieres separatim lauare possent, quae propterea tunc dominarum appellationem recepit, nunc loco tabularum paries lateritius simplex ad huiusmodi separationem praestandam supplet, ita ut singuli commode, atque incunde aqua illa utantur; quae etiam una inter alias tecto amplo cooperitur, ne pluuia, atque uenti sese lauantes laedere, possint. Et si non desint, qui dicant illud impedire, quo minus exhalationes, terrique vapores expirare queant, sed falluntur, quandoquidem tanta est subtus tectum hinc, atque inde apertura, ut ad expirationes omnes emittendas uerem aditum faciat. Quartum ponitur balneum sanorum nuncupatum, quod nomen quia minime seruatum est in ullo, ad haec tempora, non admodum constat ubi fuerit. Verum tamen rationi ualde consentaneum uidetur illud extitisse, quod nunc uocatur balneum scaturiginis; eo quod ibi scaturiat aqua illa, qua potu utuntur feliciter tum ad refrigerandum iecur, tum ad purgandos renes, atque uterum & quae hoc anno tres mulieres ex nobilibus Pisanis ad curandum in foecunditatem usae conceperunt; Cur autem sanorum uocata sit huiusmodi aqua, puto causam fuisse, quoniam aequae sani, atque aegri illa uterentur ob delicias: est enim balneum satis amplum fedilibus & marmoribus exornatum, balneoque ueteri proximum, cuius aqua sapore, tepore, & odore, admodum blanda, & grata uidetur, ut iure sanorum appellationem meruerit. Atque tot sunt thermales aquae ad D. Iuliani montem frequenter usurpatae, quas iam dudum palustris aliae circumstabat,

A sed iam cunctae penesunt exsiccatae, atque in dies magis exsiccantur, quo ceterae puriores, & usui aptiores, securioresque reddantur.

*De natura praedictarum aquarum.*

Cap. V.



B VM apud omnes philosophates constitutum habeatur nupiam aquae purum elementum inueniri, sed cuilibet peregrinam aliquam qualitate vel substantiam misceri, sit necessario, ut una ab altera discrepet ob diuersas materias & qualitates ex quibus commixtae, & ueluti conflatae sunt; De singularum generibus ut tractem, neque hic locus, neque instituti mei ratio postulat; at loquar duntaxat de ijs, quae thermales, & sponte nascentes plerumque nuncupantur, quibusque ad uarias & diuersas aegritudines uincendas passim uti solemus. Arist. 24. sect. proble. ultimo & penultimo uidetur censuisse huiusmodi aquas permisceri alumine, cinere, & sulphure, quod uero ibi addit a fulmine quoque caleferi aquas thermales, haud satis intelligo, neque fieri potest, ut umquam calor thermarum perennis a momentaneo fulminis seruore gignatur; & quamquam certum sit alumine & sulphure aquas thermales plerumque commisceri, sunt tamen & alia, quae ipsis permixta uariarum facultatum thermas reddunt, ueluti metalla uocata nitrurum, gypsus, marmor, quaeque alia in terrae uisceribus oriuntur. Seneca auctor grauissimus cap. 20. lib. 3. quae est naturalium propter quatuor causas uarios sapores, & medicaminum facultates aquis sponte nascentibus induci scribit, prima est ex solo per quod feruntur, secunda est (ut legitur in editione auctorum de balneis apud Iunctas) ex quodam similitudine eius ex quo nascitur; Tertia est spiritus siue vapor, qui in aquam transmutatus pro ut huius, uel illius naturae est, sic hanc, uel illam potentiam in aqua ex sese genita relinquit; Quarta est uitium, seu corruptio, aut alteratio ab aliqua externa causa, ut aere, uel halitu immixta, quae uarios sapores, uariasque qualitates ipsis aquis

quis ingenerat. Itaque oportet ut etiam aquae, de quibus sermonem instituimus ob unam vel plures praedictarum causarum naturas proprias nascantur. Vtrū vero a flatibus, & spiritibus an a soli substantia, qualitateue, an ab iniuria aliqua externa id fiat duobus potissimum medijs iudicantur, nimirum ratiocinio, atque sensu ratiocinio circa aquas fit ex ipsis effectibus, si quidem ubi aquas adstringere, laxare, exsiccare, calefacere, frige face re animaduertimus discursu quodam & ratione colligimus ab huiusmodi corporibus, vel spiritibus ipsi aquae commixtis, aut in eam conuersis tales potentias acquirere. A sensu porro idem comprehendimus, quoniam ubi uel diu sepositae, uel ad ignem excoctae, uel per alembicum ductae aut nihil, aut parum omnino sedimenti faciunt, neque in tabulis, aut alijs uasis per quae transeunt quicquam omnino terreni relinquunt, signū est vapores, & spiritus tantum esse, qui uel in ipsas aquas transfigurantur, ut loquitur Seneca, uel ijs commixti, inficiant, & suas qualitates largiantur. Contra si dimittant corpuscula, & sensibilem materiam, dum uel percurrunt uel igne, aut alembico probantur, certo colligitur non ex nudis spiritibus, sed & ex ipsa solida materia constari, quae prout uaria, atque diuersa est, sic aqua uarijs facultatibus & saporibus tingitur. Atque hinc est quod summa ratione faciunt, qui ad probandas aquarum compositiones adhibent praeter alia sublimationem & excoctionem, imo ut est oīs alia uia huic examini insufficiens, ita quae sensu, ignisque operatione efficitur, multo securior & certior uideatur, & ob hoc dicebat Oribasius aquas thermales potius experientia quam ratione constare, ut merito ij sint sequendi qui & longa experientia, & sublimatione aliaque uia aquarum thermalium Pisanae cognitionem compararunt, cuiusmodi fuerunt inter maiores & recentiores Vgolinus Sauonarola, Falopius, Baccius & quicumque alij de ipsis aliquid memoria dignum excogitarunt. Aquam igitur reginae balnei omnes dicunt esse minerae ferreae, cum alumini modico, qualis putatur etiam Lucensis aqua de uilla uocata, quinimo qui scribunt Pisanae esse Lu-

A cense efficaciorē, & praestantiorē haud falli uidentur, quando quidem sic miras illius vires spectemus lauacro usurpatae, quae quotidie manifestantur in extinguendis tam externis, quam internis aegritudinibus grauissimis, huic anteferendam, uel saltem aequandam nemo negabit; neque nonnullorum subtilitas mihi placet, qui ferrum ob sui duritiem, atque soliditatem commiseri aquae non posse credunt: quoniam & si externis in rebus id factū difficile appareat, attamen in visceribus terrae, ubi intestinus & potentissimus ignis uiget, metallaque maxime eliquat, id fieri minime inficiari debemus, quemadmodum compertissimum est, plurimas alias intra terram fieri commixtiones, quae extra ipsam nulla arte fieri posse quotidie ueluti alchimistae suo damno comprobant: quodque de balneo reginae proprie uocato dicimus, idem quoque de alijs aquis ab ipso emanantibus statui debere non dubito. Ceterum aqua ueteris balnei, qua non minus mulieres, quam uiri utuntur esse sulphuream, atque etiam aluminosam praeter ueterum auctoritates, praeter experientias igne factas, effectus, qui in corroborandis membris & in desiccandis ubicunque corporum superuacaneis humiditatibus probantur, id satis perspicuum reddunt, & ipse semper sui illius sententiae, quam Aristoteli quoque placuisse uideo, nempe calore quo pollent omnes aquae thermales, a sulphure, & bitumine proficisci, quippe quae uidentur sola posse aeternū fomentum, ac materiam ipsis terrae ignibus suppeditare. Balneum sanonū, quod inter sui temporis pulcherrima cur iure connumerat Vgolinus, esse pariter sulphureae & aluminosae naturae non modo testantur omnes, uerum etiam & sublimatio, & odor, & ipsi effectus abunde docent, quod pariter afferendum puto de aqua ibidem scaturiente, quae ad praedictas aegritudines ualde commendatur potu; etsi enim utraque odore, & sapore a dulci aqua non multum uideatur discrepare, cum tamen per alium, & per urinas facillime excernatur, potentissimaque sit ad coercenda uicera, nec uon viscera corroboranda, & corroboranda, par est existimare, eas uirtutes a sulphure, & alumine simul

simul temperatissime commixtis nascisci, necnon a modico ferri, merito, etiam cuius, non tantum ob euacuationem refrigerat, & corroborat renes, ut tuto asserere liceat, quicquid solet alias aquas uarijs, & excellentibus uiribus ad delendos morbos afficere id nihilo secius in Pisana inueniri.

*Ad quid unaquaeque aquarum Pisanae ualeat. Cap. VI.*



**B**TSI iam pridē publico quodam hominum concursu, celeberrimorum medicorum assensu, infinitis propē experimentis & comprobatum & diuulgatum sit aquas urbi Pisanae proximas mirifica quadam aduersus innumeros penē morbos potentia, ualuisse nihilominus etiam num easdem facultates in ijs conseruari, eosdemque effectus ab ijs proficisci ita aperte constat, ut qui id negare uellet, potius maligno quodam liuore, quam ulla ratione ipsum compelli asserendum sit; sed ut qui longē habitant, ijsque cum fructu uti exoptant, quid sibi sperandum sit, certo cognoscere queant, singulatim inuisuūque generis aquae potentiam, ut ueteres fecerunt, eiusque effectus breuiter, sed uerē proponere conabor, primumque a reginae balneo auspiciabor, cuius aqua, si potu, ut decet, capiatur, eam insigni quadam uel feruidas miserum, atque iocinoris intemperies corrigeret, renes nimium calentes refrigerare, omnes nephriticas passiones mirabiliter curare, ipsaque uelicae uicera non parum iuuare continuū experimentis constat, quemadmodum etiam si extrinsecus administraretur, non modo easdem utilitates afferre quotidie experimur, uerum etiam & breuissimē, & iucundissimē cunctos cutaneos affectus finire innumera exempla testantur; & quod scripsit uir non minus ueridicus, quam disertus Gabriel Fallopius sese in curandis leprosis affectibus huiusmodi balneum efficacissimum inuenisse, ita certum & comprobatum est, ut etiam qui tinea immanissima vexantur pauco tempore huius aquae potu & lotionē ab ea liberentur, quod in aliquot

A pueris aestate praeredita a plerisque ibi commorantibus uisum est, & quod scribit Vgolinus iuuare quoque ictericos, atque hydropicos, similiter uisū probatur uerissimum esse, quae autem uisū faciat, potu, tum quia alui, & urinam egregie mouet, tum quia obstructions adimit haud secus atque aquam Tungrorum in Belgico tractu nascētem de Spa uocata, quae nephriticos, iocinorosos, necnon hydropicos curare & scriptores, & qui eo gratia similibus aegritudinum accedunt, locupletissimē asseuerant. Neque enim alienum a ratione est, ut per urinam aqua hydropicorum exinaniatur sicut tumores lienis eadem uia aboleri abseruatum fuit ab Hippocrat. secundo Epid. in Bione, & Auicenna secunda, primi d. 2. cap. 19. cum dicit balneum conferre hydropi, & cachexiae, plane de nullo alio loquitur, quam quod facultate exsiccandi suapte natura pollit, quo pacto etiam salas, atque nitrosas iisdem aegritudinibus conferre tradit. Porro aqua balnei ueteris haud minora commoda, minoresque utilitates in uarijs morbis profigandis adfert; imprimis autem balneum uetus tempore maiorum non tantae efficaciae existimabatur, quod a paludibus circūdatum, saepe inquinaretur ac ob id potui ineptum a cunctis haberetur, atque hoc tempore cum iam proximae paludes ex toto sint exsiccatae, sit ut eiusmodi aqua multo purior, multoque potentior euaserit, tum ad omnes uteri stomachi, aliorumque membrorum superfluas humiditates consumendas, tum ad scabiem, alioque pruriginosos affectus abolendos, tum maxime ad articulos quauis de causa infirmos corroborandos, nec non fluxiones, ab ipsis remouendas quos omnes effectus cum producat ob singularem quandam aluminis modici, cum copiosiore sulphure mixtionem, ijs pariter summopere prodest, qui ob intestinorum, atque stomachi & hypochondriorum imbecillitatem, frigiditatemque colicis, alijsque abdominis cruciatibus vexari consueuerunt. Iam uero balneum quod uocant sanonum omnibus infirmius est, & quia solis uaporibus sulphuris calescit, minimumque aluminis, & ferri participat, uix ullam egregiam facultatem possidet, sed tanquam parum a dulci

dulci & potabili aqua distans illius instar a sanis vsurpatur, & si quicquam ualet, potius in refrigerando, quam in ulla alia re faciendā uires aliquas ostendit, id quae non tantum de lauacro, quantum etiam de potu scaturiginis intelligere oportet, quam refrigerare renes, & iecur respectum est. Atque hac sunt in uniuersum vires, ac facultates balnei, seu balneorum ad montem S. Iuliani positorum. Quorū singulos admirabiles effectus, qui quotidianis experimentis non absque hominū stupore obseruantur si sigillatim recensere uellem, nimis graue, & forsā aliqua suspitione infectum opus aggredere.

*Vtrum morbo gallico sanando praedictae aquae conferant. Cap. VII.*

**I**NTER alios praedictarum aquarum effectus admirabiles putant nonnulli hanc non esse exiguum, quod gallicā luem extinguant, idque multorum experientia comprobare nituntur, qui cum eo foedissimo tabo inquinati essent, post huius balnei usum conualuerunt. Ceterum quia haec ab omnibus ferē creditū est eum habentibus, atque etiam illis, qui olim gallico morbo sunt defuncti non modo nil conferre, uerum etiam perniciosissimum esse cuiuslibet aquae thermalis usum; ad hunc locum pertinere uideretur ut paulisper discurremus an uera sit haec vulgaris sententia, quae diffinitum uideretur affectiones gallicas potius fieri immaniores, quam blandiores ab aquis sponte nascentibus; hoc porro determinato consequenter discutietur an aquae Pisanae praedictae sint huiusmodi uirtute, ut possint prodesse, uel saltem non obesse illis, quibus ulla infans morbi gallici uestigia. Qui enim existimant damnosissimum esse in curanda hac lue balnearum thermalium usum non uidentur ulla alia ratione duci, quam pura experientia, quasi uero quicumque infecti hoc tabo ad thermas accesserint, uel perierint, uel saltē in grauissima pericula inciderint, praeterquam quod siue lauentur, siue potent qui thermalibus aquis utuntur, multo diuersam ueniendi rationem postulare uidentur quā

qui curationem perfectam luis gallicae aggrediuntur, nempe quod illi solis exsicantibus tractentur, Thermae uero humectent saltem actū, si non potētia. Aliud potest hūc adijci, quod siue ferreae, & aluminosae sint, cutim condensant extrinsecus adhibitae, ob id quae gallicis, quibus opus est sudore, non parum obsunt. Siue sint sulphureae, aut saluae, & nitrosae eas scibit Auicenna tract. 4. de remo. noc. capiti nocere, oculis, causare catharrum, lipitudinem, & sensum turbationem, quae omnia in gallica suspitione maxime sunt formidanda. Ego uero quantum pertinet ad experientiam usque adeo suapte natura contumax & ferus est morbus gallicus, ut respuat cuncta etiam accommodata, atque efficaciam auxilia, & quod tribui deberet prauitati affectus saepe numero adscribitur praesidijs cum ratione vsurpatis. Nam fieri potest, ut quispiam, aut complures portacti tum grauitatis morbi, tum longitudinis curationes sese ad thermas, tanquam ad triarios contulerint, a quibus cum nequiuerint ob affectus magnitudinem ullam utilitatē acquirere, quasi quaerentes immeritas balnearum aquas damnare maluerunt, quam morbum ipsum accusare, atque hinc factum: est ut ob multorum querelas ipsis thermis infamia sit comparata, quamquam si experientis, quoque credere hac in re aequum est, non desunt qui infecti gallico tabo aquarum thermalium usu sese mirifice leuatos attestentur & ipsi cum non ita pridem Genuam ad curandum uirum illustrissimum Ioannem Baptistam Imperialem accersitus essem Excellentissimum atque Illustrissimum Ioannem Andream Dorian Principem prudentissimum saepius alloqui mihi contigit a quo intellexi eum olim gallico morbo captū, nullis remedijs potuisse efficere, ut qui ex ipso nascebantur filij superuierent, donec ipse & uxor ad thermas Lucenses accesserit ipsarum usu non modo meliorem sanitatem fuerunt adepti, uerum etiam in posterum filij omnes, qui ipsis nati sunt, & superuixerunt, & adhuc incolumes, uiuunt, & uigent. Nec ualet thermas actū humectare secus quam requirit gallici curatio, quoniam etiam decocta ligni, saluae, cynae humectant actū, & tam ipsa fere

sa fere sola gallicum affectum debellare putantur. Quod porro adijcitur de nocuentis aquarum thermalium sunt quidē uniuersales illae noxae, quas non est difficile euitare, modo in ipsarum usu recta illa adhibeatur ratio, quam prudentiae opus & in omnibus operationibus maxime necessariam iure fecit Aristoteles. Verum solida, uera, & irrefragabilis probandi remedium naturae ratio ea semper medicis peritis uisa est, quae capitur ab exquisita ipsius rerum naturae contemplatione hoc est ab ipsius morbi essentia cognita, atque perceptis praesidijs adhibendorum facultatibus. Est uero natura, atque essentia morbi gallici eadem prope pesti, quam dicebat Gal. tertio in tertium Epid. haud esse aliquod morbi genus peculiare, sed quemlibet morbum esse pestem posse, modo publice grauetur, atque maiorem partem eorum quos corripit perdat; Sic dicimus morbum gallicum haud esse priuatam aliquam aegritudinis speciem, sed quemcumque affectum posse gallicum fieri, modo concubitu cum infectis mulieribus apprehendatur, atque tabum seu succum uirulentum & fordidum, cum crassitie & lentore habeat; & ut perspicue magis dicam, cuiuslibet intemperici potest copulari morbus gallicus. Verum tamen coniungitur frequentissime omnium calidae & humidae iocinoris, atque renum, ut ostendunt ulcera, tumores, dolores facuissimi, aliaque symptomata. Et quamquam res sese hunc in modum habeat, haud tamen forma, & character ipsius morbi gallici est ipsum intemperamentum quodcumque sit, sed materia, seu tabus quidam teter, & perniciosus, qui coitu per spiritus naturales ipsis renibus, & potissimum iocinori communicatus, ibi domicilium, & sedem sibi facit, unde postmodum non tantum ob sui crassitiam, atque tenacitatem difficillime eliditur, uerum etiam contaminans ipsum sanguinem, spiritusque naturales, efficit ut ij per uniuersum corpus, praesertim ad caput, genitalia, ac periositas distributi ea membra insigniter laedant, ac perniciosissime & pertinacissime afficiant, prout scilicet paruū illud fordidae materiae uirus magis uel minus copiosum, foedum, atque tenax est. Rem autem sic se habere decla-

rant, ut dixi, periosiorum acerbis, & insuperabiles cruciatus oris, capitis, & pudendorum ulcera, tumoresque; nec non inuolutaria & frequens seminis impuri, & uitiosi excretio, quae cuncta aliunde non oriuntur, quam a pessima materia uniuersum corporis temperamentum euertente, & inquinante. Ergo aduersus huiusmodi impurissimam labem ita est contendendum, ut in primis uirulenta materia penitus e membris, ac uisceribus elidatur, deinde ut intemperamenta iocinoris, & renum corrigantur. Aduersus materiam opus est remedijs detergentibus, & maxime exsiccantibus, quia enim materia effectrix humida & lenta est, oportet eam consumere detergentibus & exsiccantibus, non quidem purgatorijs tantum, sed potissimum sudorificis, quippe quae attenuantia, detergentia & exsiccantia succum illum turpem membrum adhaerentem uincere & consumere possunt. Contra uero ipsas intemperies contrarijs auxilijs certandum est, ita tamen ut cogitationes omnes in materiam consumendam praecipue dirigantur, secundo autem loco de ipsis intemperamentis finiendis delibetur, atque rei huic attestatur ipsamet curatio, quandoquidem uidemus plerumque morbum gallicum superari decoctis calidis, & sudorificis, etiam si iecur & renes magnopere ferueant, quod sane minime eueniret, nisi uera ipsius morbi natura potius in succo tetro, & uirulento, quam in ulla intemperie esset collocata. Habita itaque uera gallicae luis natura, modo superest uideamus quae sit uniuersiusque thermalis aquae potentia, & demum quae Pisanae aquarum naturalis commixtio. Etenim aquas omnes sponte nascentes vim exsiccantem habere ita usu, & ueterū, atque recentiorum scriptoribus autoritatibus compertū est, ut neminē ulla ex parte dubitare putem, illud bene uerū est in hac exsiccandi potentia non exiguum discrimen obseruari, quoniam in aliquibus maior, in aliquibus minor probatur. Et interdum calori, interdum tepori, nonnunquam etiam frigori copulatur, sed & aliud huic accedit quoddam non exigui momenti, quod praeter communem exsiccandi facultatem, quadam etiam arcana potentia praeditae sunt, merito cuius abditis

etiam aegritudinibus posse succurrere videntur, Arist. n. 24. probl. 18. quaerens, cur thermae appellatae sint diuinae & sacrae, inquit esse, quia sulphure & fulmine constant, quasi uero gentes non alia ratione vocarent eas sacras, quam ob secretos, quos producant effectus, ut non modo, quia exsiccant, possint conuenire laborantibus gallico, verumetiam quia vim curandi diuersos morbos abditam habeant, cuiusmodi conuenire simili aegritudini satis docet guaiacum, quod non tam facultate exsiccatiora profligare luem gallicam compertum est, quam ob uim secretam, merito cuius longo usu obseruatum est illam euincere, quae si non esset, haud facile comprehenderetur, cur cum id satis egregie calefaciat, nihil minus tam corpora calida, quam frigida iuuat, modo tabo gallico infecta sint, atque ab eo cetera mala proficiscantur. Accedit his aquas thermales, ut ex Oribasio, & Auicena. & experientia constat omnibus symptomatibus, quae gallicum morbum comitantur, mirabiliter succurrere. Etenim nitrosae, & sulphureae, cuiusmodi sunt complures neruorum, artuumque dolores finiunt, ulcera omnia, cutaneosque affectus, tumores, & durities superuacaneasque uniuscuiusque membri humiditates curant. Aluminosae uero, & ferreae intemperamenta uiscerum calida emendant, stomachum confirmant, laxatasque partes exsiccant, & corroborant, & licet cutim condensare videantur id tamen parum praestant, plusque iuuamentum ex alijs facultatibus, quam ex ea nocumentum acquiritur. Ceterum falsae similiter exsiccant, aluum citant, cutim ab omni illiue depurant, & quamquam Hippocrates referat nonnullos ex usu aquae marinae in pruritu, & scabiē incidisse, eosque in libro de aer. aq. lo. damnet, qui propter imperitiam putant aquas falsas aluum soluere, nihilominus tamen, ut scribit Auicena. tract. tertio. lib. de remed. nocumen. id intelligendum est de corporibus haud recte praeparatis & prauis humoribus plenis, quae irritata & ueluti condensata a falsa aqua, si pruritu careant, illum incurrant. Quemadmodum recte intelligendum est Hippocratem ubi negat falsas aquas aluum soluere,

re, si quidem id faciunt in pauca quantitate sumptae, & inter alimenta potius, quam pro medicamento usurpatae cuiusmodi loquitur sapientissimus senex, ubi dicit esse crudas, nec coqui posse, ob idque potius adstringere, quam eliquare aluum. Porro aquas Pisanas etiam ipsas exsiccant morbi humidi, quos egregie superant, clarissime testantur, ut ob id gallici curationi potius suffragari, quam obesse posse uideantur, atque eo maxime, quoniam cunctis facultatibus, quas ferreis sulphuris, nitrosi, & aluminosi inesse probauimus, pollent. Certe complures uetustissimo gallico tentati ab his balneis receperunt absque ullo nocumento. Aliquos etiam relatum est singulare beneficium recepisse, praesertim qui pessimis ulceribus scatebant. At quod (ut praedicant aliqui) peculiarem aduersus similes affectiones virtutem possideant, easque promiscue, & integre sanent, nec obseruauit, nec cur id credere debeamus, facile intueor. Itaque scuti popularem illam opinionem falsam puto, quae passim aquas thermales gallicis magnopere nocere, illisque interdici debere asseret, ita posse interdum nocere, uel iuuare non dubito, atque tunc potissimum cum gallico alij affectus coniunguntur, qui thermarum calidarum administrationem, aut requirunt, aut respuunt.

*An necessarium sit corpus purgare, antequam Pisanae aquae adhibeantur.*

*Cap. VIII.*



**S**VNT qui haece thermas ob miro effectus, quos in egenis, & miseris hominibus intuentur, existimant, haud ulla praeparatione in ipsarum usu opus esse, alioqui cur (dicunt,) pauperes, qui absque ulla corporis purgatione feliciter a saeuissimis, & contumacissimis aegritudinibus harum thermarum usu uindictantur, possent ullam utilitatem consequi, si necessaria esset tanta exquisita praeparatio? Quibus tamen respondendum est, quod apud Celsum scriptum reperitur, interdum etiam temeritatem professe, neque tamen propterea prudentiam & rectam operan-

operandi rationem omitti debere, quippe cum multo plures illi sint, qui recte praeparati ad thermas accedentes cito & tuto liberantur, quam qui imprudenter & impuris humoribus repleti sese remedijs magnis & potentissimis committunt. Etenim sicuti fatui hominis est in vas aliquid puram aquam immittere, nisi prius lutulentam extrahas, pari pacto vanum, atque inutile habetur corporibus impuris adhibere aquas thermales, aliud ne graue & generosum auxilium nisi prius humores prauis, aliaque profectum medicamentorum impedita auferatur, corporaque suscipiendis ijs idonea, atque parata reddatur. Nam qui recte, & cum fructu thermalibus aquis, aut alijs praesidijs uti cupiunt, aliqua ante, aliqua post, aliqua ipsomet usu obseruare, ac peragere debent. Ante etiam, atque etiam curare oportet, ut corpus diligenter, tum uenae sectione, si exigat affectus, tum purgante medicamento praecedentibus debitis praeparationibus euacuetur, nisi enim haec fiant periculum imminet, ne aqua intro assumenda cum detrimto ingenti retineatur, neue, si extra administranda sit, retrahatur totius corporis in uenas & corporis ambitum rapti, aut morbos curandos augeant, aut alios multo deteriores proferant. Id tamen non diffiteor interdum aliquos ob egestatem, haud posse purgationum expensas, & moras sustinere, quo in cusa sat erit saltem ipsismet aquis Tetutianis alijsue aluum potenter cientibus duobus, tribusue diebus urantur, priusquam sese lauent, aut aquas Pisanas pro uisceribus temperandis, & corroborandis bibant. In ipso met thermarum usu multa quoque sunt, quae facere necesse est illis, qui cum fructu balnearum aquis uti expetunt, atque haec cum a plerisque harum scriptoribus egregie satis, atque diserte tradita habeantur, nunc sufficiat nonnulla ad memoriam summam reuocare. In primis aeris inclementiam omnem vitare praestat, atque in somno, & uigilia, nec non tam animi, quam corporis motibus ita sese gerere, ut nullus error committatur, quandoquidem ubi corpora uehementibus remedij actionibus exagitata, ac penes fracta sunt, nisi in magna custodia teneantur atque a diurno somno, tristibusque cogi-

tationibus, & nimis curis arceantur, plene magis consternantur, nec ullam utilitatem ex medicatione percipere ualent. Idem statuendum est de alijs rebus non naturalibus uocatis praesertim uero de cibo, atque potu, qui siue sint plures, aur pauciores, quam conueniat, siue naturae deterioris, seu importuno tempore sumantur, uix credi potest quot, & quae damna sequantur. Dum extrinsecus balnea administrare oportet, illud passim a cunctis obseruari solet, ut ieiuno corpore, priusque sputis foecibus, atque urinis emundato adhibeantur, sic enim natura excrementorum mole exonerata multo facilius praesidium recipit, receptumque in utilitatem corporis, & morbi expulsiōnem deducit: ueluti econtra ubi excrementa in corpore remanent, praeterquam quod illud magis aggrauant, efficiunt quoque uel ut impediatur, uel saltem ne leuiter (ut dicit) feratur medicamenti operatio: Dum uero intus aqua thermalis est capiēda, consueuerunt plerique medici praecipere, ut incipiatur a modica mensura, deinde singula die augeatur donec ad eam deueniatur, qua maiorem stomachus nequeat sustinere, & Archigenes apud Aetium lib. 11. cap. 30. hoc primum percepisse uidetur. Non desunt quoque iubentes ut statim ambuletur, nec citius capiatur priusquam tota aqua ab intestinis & uesica exierit, uel saltem stomachum, & priora uasa reliquerit, quod potissimum cognoscitur leuitate & demissione totius abdominis, nec non urinae coloris mutatione, quando scilicet exaquaosa in flauum, aut saltem subflauum colorem mutatur. Ego autem haud quamquam perpetuas huiusmodi regulas esse puto, & quod pertinet ad mensuram indolentibus stomachis, & multum bibere non assuetis consilium Archigenis probat si quisquam ualidus, & multum potare assuetus naturales aquas bibere debeat statim a magna mensura inchoare licebit, in eaque perdurare. Sic enim promptius exit, quo plus eius sumitur, ut de albo Elleboro dicebat Plinius. Quo uero ad motum, si nimius sit, non modo corpus aequo uisum calefcit, & perturbatur, uerum etiam aqua a cursu per iecur, renes, & alia uiscera in



corporis ambitum abducitur, ut copiosi qui inde sequuntur sudores manifeste ostendunt. Quare magis laudo, ut post sumptam aquam bene, ab domine tuto, & calente sedeatur, vel si incedendum est, id molliter, & blande fiat. Nam corpore quieto, & calido sic conseruato uasa patentiora redduntur, natura; tota ipsi remedio associata, neq; alio inclinata illius efficaciam & operationem mirum in modum adiuuat. Quod uero spectat ad alendi tempus, plerique consueuerunt largius mane nutriri, uespere parcius, quo scilicet mane sequenti uenter magis inanitis ab aqua assumenda reperiat. Ipse experientijs compluribus obseruauit uilius atque securius fore, si mane parum edatur, uespere paullo liberalius, atq; tepestiuus: quis enim non uidet, stomachum sumpta aqua longe lateq; distensum insigniter hebetari? propterea; onus alimentis copiosis neque ferre posse, neq; si ferat concoquere, ut conuenit? Vnde si sedato uentriculi tu multo modicus cibus sumatur, praeterquam quod leuiter a stomacho sustinetur, futuro etiam copiosiori recipiendo, & coficiendo aptior ualde redditur, neq; metuendum est, nec haec cibandi ratio incommodet matutinae sumptioni aquae, quoniam si maturius solito sumatur, consequenter multum temporis inter ipsum, & sequentem aquam ponitur, sicq; & notis, & longioris temporis beneficio cibus etiam copiosior belle elaboratus, atq; distributus nullum incommodum parit. Atque sic alendos, qui potant aquam thermalem sentio; Eorum uero qui immersione aut lotionem ipsarum usuri sunt, aliquantisper diuersa ratio est, si quidem hi mane quidem temperate praedere debent, nec nisi quatuor post horas sese lauare, ut possit stomacho cocto omne detrimētum curari. Ad uespere magis edendum est, quod uentriculus robustior sit ad coquendum, & si mane crudiratis suspicio est, tantisper differendum donec omnis cruditas desinat, nec lauandum priusquam aliqua fiat ambulatio. Haec sunt cunctis thermis usurpandis communia praecepta, quae in Pifanarum quoque aquarum, administratione recta cur non debeant obseruari neque intelligere.

A *De Balneo ad Aquas.*  
Cap. IX.

**B** T S I institutum meum fuerit, de ijs tantum agri Pifani balneis tractare, quae prope montem Sancti Iuliani sponda nascuntur, quaeque olim ferè abolita, aut saltem parum uisitata, nunc pristinam existimationem recuperare incipiunt; attamen quaedam etiam de alio celeberrimo Aquarum cognomentum adepti postulat quaedam ratio, ut dicamus. Balneum ergo istud (ut dicunt omnes) quod pertinet ad claritatem, & leuitatem non modo uix differt quicquam ab aquae tepidae lauacro, uerum etiam si effectus considerentur, qui uarij, & admirabiles sunt, praesertim in exsiccandis uisceribus omnibus cutaneis, nec non in refrigerandis renibus, & iocinore, negari non potest, quin aut uapores, aut etiam succum aliquem admixtum habeat, qui uis exsiccandi citra calefactionem polleat. Vtrum autem ijs sint ferrei, & aluminosi, non uiderit ita compertum; certe sulphure non carere, illud persuadet, quod aquae istae calentes prodeant, calefcere uero aquas intratelluris penetralia sine sulphure, aut bitumine, quae sunt corpora inslamabilia, sicut & linteamina colore flauo tingere, ut faciunt, sine sulphuris, ochrae similifve in materiae mixtione, haud quamquam Aristoteli, & rationi consonat; quemadmodum uidetur, non ita uero simile, ut a ferea materia, uel aluminosa alioquin dura, & difficiliter solubili, uapores educantur qui aquae permixti facultatem solam absq; ulla alia coloris, saporis, tactus qualitate ipsi impartiant. At de hoc nihil amplius disputandum est, quandoquidem aquae thermales potius usu, & experientia, quam ratione intelliguntur, iudicanturq;. Experientia uero quotidiana monstrat uix ullum aliud aquarum genus inueniri, quod aequae calida uiscera attereret cutaneas humiditates consumat, partesq; exsiccatas corroboret; praeterquam quod corpora nimium gracilia, & insigniter emaciata reficit, ac (ut uerbo Tertulliani loquar) re corporat. Quod autem homini aquae inutiles iudicentur, aut saltè non adeo utiles quando

quando ob frequētes pluuias mensis Martij, & Aprilis turbantur, id planè cum reliquis commune puto, quae in non admodum profundis partibus, sed prope superficiem scaturiunt, labunturque, Author enim grauissimus Seneca tertio quaest. natur. cap. septimo, testatur aquas pluuias non ultra decem pedes penetrare terram, quae res uera si est, illud quoque sit uerisimile, non posse aquas thermales ullis pluuijs contaminari, nisi quae prope superficiem, aut saltem non ultra decem pedes & fontem, & cursum habent, quo pariter contingit, ut Balneum ad aquas minimè possit ferro, & alumine multum permisceri, nempe quae obseruantur in profundis montium partibus produci; quinimo si spectemus facultates, & nocumēta aquae ferreae, & aluminosae scriptis tradita ab Auic. confert asthmatis, & tamen scribunt omnes balneum ad aquas mirum in modum cunctis pectoris; & anhelitus aegritudinibus nocere. Sed utcumque sit, experimenta quotidiana docent, hoc quoque balneum singulares condiciones habere, quibus merito à compluribus cuiusque ordinis, & dignitatis hominibus frequentatur, aegrotantibus, insigne solatium, & beneficium praestat.

*De Arni fluminis lauacro. Cap. X.*

**A** N T E R alias uetustissimas Heruscae gentis, maximè uero Florentiae consuetudines, ea est; ut magnorum aestiū tempore omnis penè sexus, aetas, atque ordo Arni fluminis lauandi studio subeant nudi, ibiq; alij plus, alij minus, alij pacatè, alij tumultuose aut natantes, aut quieti manētes sese oblectent. Et quamquam uero simile uideatur primis illis temporibus, (quod in gymnasticae primo lib. diximus de Tyberis fuisse Romani) hoscaē populos aliqua necessitate Arni lauacro uti cepisse, si uel eluendarū fordium, ex quotidianis exercitationibus, contractarū gratia, uel ob alteram similem necessitatē; nihilominus aequum est existimare, quod ita facerēt ferè coacti, post paulatim coepissent agere de liciarum, atq; nitoris, & voluptatis causa quemadmodum non est pariter alienū à ratione quod ut Graeci, & Romani primum

A uisunt Balneis ob quotidianas necessitates, ob vitae blandimenta, uide postmodum, & medici ea ad sanitatis usum traxerint, sic & Florentini postquam ipsos Balnea defecerunt, quae in eorū urbe complura fuisse constans quasi per manus fama tradita est; ad fluuialis aquae immersiones frequentandas sese conferrent, non tantum ob placiditatē, atq; mundiciem, quantum ob ualeitudinem, conseruandā, uariasq; corporis indispositiones uel tollendas, uel saltem demulcendas, ceterū quia ut fere in omnibus contingit, quae possunt esse alicui uilia in malū usum conuersa efficere non parū queunt, ad hunc locū pertinere existimaui postquam Balneis Pifanis finem imposui, nonnulla quoque adijcere de aquae Arni Balneo, & eò magis, quod tamen uerbs Pifarum, ut in suo Itinerario narrat Rutilius Numantianus, & ante ipsum Strabo lib. quinto, & Plin. lib. tertio, cap. tertio, ita olim esset collocata ut ueluti quaedam insulae imaginē referret inter ipsum Arnum atq; Auserem, hodie populari uocabulo Serchium nuncupatū (quem Auserem, ut obiter hoc adijciam alij Aesarē & conuenientiori forsitan uocabulo uocāt, quando certum est, Aesar lingua antiqua illa Hetrusca Deum significasse, & propterea, quod narrat Sueton. in Octauio, prima littera inscriptionis Caesaris Augusti fulmine adempta eius mortē intra centum dies, eiusq; in Deos relationem mox futuram, fuit ab auguribus responsum) tamen Ioannis Boccacij tempestate, atque etiam multo ante ab ipso Arno qui fuit medius ipsa urbs Pifarum secabatur què admodum hisce temporibus & ipsa Florentia, ex quo ambabus istis ciuitatibus uideatur communis esse posse, & usus, & beneficium huius aquae, cuius equidem administrandae rationem rectam & idoneam commoda, quantum spectat ad medicum, prius quam aggrediari indicare; oportunitū erit nonnulla breuiter de Arni ortu, atq; natura in medium afferre. Arnum itaque à dextro Apennini montis latere, & ab eo praesertim loco, qui hodie Falterona uocatur, oriri perque confragosa uallia uersus occidentem praeterfluere compertum unicuique est. Vtrum uero initio sit multus, ut reperitur apud Strabonē loco citato in hoc à Petro Victorio saeculi nostri

stri splendidissimo iubare damnatum; an verò paucus, ut rei ipsius natura, auctoritas Boccacij, necnon & ipsa experientia docent; res digna esset discussione. Prorsus ego ipse cum persuasum habeam omnia flumina initio suo exigua esse, idque de Arno compertissimum haberi intelligant omnes, non possum existimare, aut rem naturam à tempore Strabonis esse mutatam, vel eum ita coecutiuisse; ut ad eò insigne mendacium contra omnem rationem, omnemque experientiam prosperserit, quapropter locum illum ita intelligendum esse arbitror, tanquam uox illa *εξ Α' ἰππυρίου* non significet montes, locum uel unde primum inchoat Arni fluxus, sed ipsam capestem Arretinam planitiem, per quam etiam nunc copiosus fertur, & ex qua multus fluens in tres postea alueos disceditur. quamquam scio, eruditissimis uiris magis placuisse loco *πλάτεις, πλάτεις, vel πλάτεις* legere; perinde ac si dixerit Strabo, ex urbe Arretina Arnum efferi non totum, sed in tres diuisum partes, quod tamen solum eo tempore verum esse potuit. Nunc uero aliter cum uno tantum decurrat alueo. Cum igitur Arnus antequam a proprio fonte Arretium perueniat, multas regiones praeterlabatur, diuersasque uariorum fluminum aquas suscipiat, quemadmodum praeceteris egregie monstrat in sua historia Ioannes Villanus, & qui Italiae fecit descriptionem Leander Albertus, qui fieri potest, ut Strabo ubi dicit *εξ Α' ἰππυρίου*, ipsius fluminis initium, quod illi Victorius impunitat, comprehendere uoluerit, nec potius fenserit ex Arretio, quando alijs fluuijs, scilicet Archiano, Pistilioneq; nunc ita uocatis, alijs item riuus intumescit, fluere. Effertur itaque Arnus, quem Virgilius Poeta Sarnum appellat à copluribus aquis auctus, & non longe ab Arretio, & Ianctia Francisci Petrarcae patria agrum Florentinum ingrediens per quae saxa fatis amplo, nec tamè profundo alueo Florentiae medium pariter, & Pisarum praeterlabens in mare Tyrrhenum sese effundit. Ab hoc igitur ipsius fluminis ortu atque cursu unicumque fatis potest esse manifestum aquam Arni aestiuo tempore, tum quia nullis prauis aquis contaminatur, tum quia aperto alueo per saxa superficiei tenus prope percurrrens egregie excoquitur à Sole, effici-

A ac reddi tactu blandissimo, colore splendidissimo, gustui non insuauem, substantia puram, proptereaque salubribus piscibus alendis valde accommodatam, ob quam bonitatem spectatam cūctis, & probatam haud mirum est, si incolae, atque etiam peregrini eiusmodi aquae probitate, & placiditate capti, aestiuus ac feruidissimis diebus ipsi sese immergant, non tantum ad nitorem, atque mollitiem carnibus comparandam, uerum etiam ad aestiuum calorem, & incendium remittendum, sitim placandam, atque uarias affectiones praeter naturales si non penitus curandas, saltem non parum mitigandas, & certe mirum est, tantam esse huius aquae turpitudinum, quae aestate contrahuntur, effugatio. Plutarchus enim primo symposi. 11. scribit Homèrum ideo fecisse Nausicaam non in mari, quod erat sibi proximum, sed in fluuio uestes lauantem, quoniam ut etiam Arist. in probl. scripsit, aqua marina crassior, grauior, & impenetrabilior est, fluuialis autem facile in uestes sua tenuitate penetrat, rursusque persuens magis quam marina maculas eluit. Unde cum Arni aqua sit aliarum pene cūctarum tenuissima, ac limpidissima, certè in sordibus à corpore detergendis plurimum ualere nequaquam dubitandum est. Quartus finis, & postremus fuit sanitatis uel conseruationis, uel saltem in aliquibus partibus recuperatio. Siquidem ubi iecur feruet, ubi renes ardent, mictusque aliqua molestia infestat, similiter ubi cutis arida, ac pustulis scabie prurituue deturpata est, admirabilem opem praestare huiusce amoenissimi fluuij lotionem quotidiana experientia docent, nec absque ratione, quoniam praeterquam quod (ut dixi) sua tenuitate intima corporis facile illabitur, temporeque ac blanda humiditate exsiccatas & incensas partes humectat, ac refrigerat, morum etiam suauissimum coniunctum habet quo illa facilius penetrat, humoremque ad internas partes peruehit, atque affigit. Neque hoc uilto pacto inficiari licet, quia ipsa met vrina tum copiosa, tum aquosa, quae à cūctis quotidie eiicitur fatis certam fidem facere potest, eam intimas corporis regiones placidissime penetrare: & ipse testari possum anno primo quo Pisis publicè legendi munere fungebam, morbo nephritico

tico me fuisse grauiter ex cruciatum, ac calculi tandem erectione omnem morbum expulisse, cumque magnopere metuerem ne (quod saepenumero contingit) morbus reuertetur, quotannis huiusce fluminis lauacro singulari quadam delectatione usus Dei gratia, haestenus ab ea aegritudine me praeseruaui; quod quoque innumeris alijs contigisse compertissimum habeo; & quod aliqui putant commodè non potest, nisi prius sciatur, ob aliquam renem uel iocinoris, aut cutis calidam, & siccam affectionem flumen adhibeatur, an potius ob uoluptatem, ac delicias; hoc postremum si sit, parum refert, an in purgato corpore quis in aqua fluminis sese lauet atque natet, quandoquidem tanta est illius blandities, ut nullum magnum detrimentum afferat, modo in reliquis nullus ingens excessus committatur. Verum si Arni aqua propter aliquam affectionem praedictarum partium, aut etiam propter aliquam cutis intemperiem uel uisue uisurpanda est; planè quanto magis erit corpus purum, & ab ijs humoribus, qui intemperiem fouent depuratum, eò securior, atque fructuosior erit illius usus, in quo pariter est illud aduertendum, quod qui isto remedio uti cupiunt, ob cutem curandam, debent in aqua quietè potius manere, quam sese agitare, atque modo dorsum, modo anticam partem, modo latera aduersus fluminis cursum uertere, sic enim corpus uniuersum vicissim ab aqua contractatum, & percussum maiorem utilitatem percipit; contra ubi uel renes uel iecur refrigerari optant, semper parte ipsa affecta cursum aquae excipere debent, quod maior illapsus illo blando penetratio, maiorque actio addatur ipsi remedio. Locus umbra contactus, sed perspiratus & apertus, cunctis alijs praefendus est. At is si haberi non possit, leui aliquo tegumento caput à radijs solaribus tutari oportet, cum enim diebus, ut plurimum canicularibus fluuiorum lauacra in usum trahantur, quam possint tunc radij solares capite incendere fluxionibusque, & alijs cerebri aegritudinibus inducendis conferre, nemo est qui ignoret, pauci, qui non experiantur. Illud similiter cauere oportet ne quando in loco, & tempore uementibus uetis persfatis huiusmodi la-

A uationes exerceantur; nam corpora subtilitatem ac penetrandi uim, ut & in ipso natatu, & post etià exitum à flumine, non modo multum urinae dimittatur, sed etià quidquid dimittitur videatur esse pura ac pura aqua, id quod singularis, & egregiae ipsius penetrandi facultatis certum esse argumentum, & indicium potest: Nec omiserim quid sit quod aliqui Arnum rapacissimum fluuium (quod & recitat Lexicographus Latinus) uocant. Sanè fatis percipere nequeo, nisi eum ita illi uocent, dum ex pluuiarum multitudine inundat, alioquin eius aqua tenuis, & blanda semper labitur.

*Ad quid aqua Arni conferat.*

*Cap. XI.*



SI ad delectandum solum in aqua Arni natatum esse introductum uideri possit. Attamen ut ego puto, praeter uoluptatem, etiam alios fines esse secutos ueteres illos Florentinos haud dubito. Primus fuit communissimus ad uitae humanae securitatem quandam adipiscendam propositus, cum enim homines saepenumero per orbem vagantes in varia accidentia incurrant, ut ab aquis iter facere impediantur, in fluminem, aut etiam ipsi mare praecipitati, nisi natare sciant magnopere periclitentur, ne demersi uitam perdant ob id primis illis temporibus, nihil magis studebant homines quam litteras, & natare scire ac nullum fere maius opprobrium alicui poterat imputari quam quod neque litteras, neque natare didicisset. Et Augustus narrat Suetonius proprios nepotes ipsummet natandi arte docere consueuisse. Alter finis fuit ipsa delectatio, & tranquillitas: Nam aestate, & praesertim diebus canicularibus corpora admodum torrida, aestuantia, ac siti culosa cōperiuntur, quibus humectandis, ac refrigerandis nihil efficacius, nihil iucundius, & ad sitim placandam, ac somnum conciliandum aptius aquae fluuialis Arni lauacro inueniri potest: Bruta ubi sub aere feruido, aut alia ratione inceduntur, naturae quodam impetu in flumina ruunt, quasi edocita sint ad uitandam omnem molestiam, natationem in fluuijs esse potentissimam. Tertius finis

fuit

fuit sordium, sudorum, aliarumque istius amoenissimi fluminis aquam famem excitare graciles pinguefacere, ac biliosis febribus, alijsq; malis obnoxios praefervare, haudquaquam est à ratione alienum, siquidem sublata iocinoris intemperie, calida, & sicca, vnde & inappetentia, & macies, & morbi biliosi oriuntur, consequens est recuperari famem, tolli extenuationem, simulq; segetem omnem biliosis morbis furripi.

*Utrum in usu lauacri Arni sit vlla ratio adhibenda. Cap. XII.*

**M**NEM actionem prudentia, quae est recta operandi ratio gubernandi ad optatum finem perduci Arist. in Ethicis clarissime perhibuit; ex quo haudquaquam videtur ambigendum quin & in lotionem haec quae est proculdubio quaedam actio, sit quoque prudentia aliqua incedendum, hoc est debito tempore, modo, loco, & mensura lauandum. Et quāquam pleriq; coeco quodam impetu in flumen ferantur, qui tamen nullum detrimentum aut admodum exiguum incurrunt, nihilominus quia melius sit aliquam saltem rationem in ipsius vsu seruare minimè negare oportet. Et quod pertinet ad tempus laudare nequeo eos, qui statim, atque

**A** cibum sumserunt, aut paucas post horas sese aquis temerè immergunt, quoniam praeter turbationem, quam stomachus in multis percipit; fit etiam ut motu illo, & concussu, quem natantes edunt, cibi agitati haud belle coquantur, sed vapores in caput mittentes vertiginibus, alijsq; malis occasionem euidentem praefert. Multo igitur vtilius atque iucundius habetur, si aut nisi perfectè cocto alimentò, aut nisi prope coctionis ipsius consumationem, quod est quinque saltem horarum à prandio spacium flumen quisque ingrediatur; loquor de his qui si non exactè valetudinem operam dare, saltè eam penitus negligere nolunt. Modus quis esse debeat, diffinire aquis currentibus dirarata, & relaxata à flatibus irruentibus absque negotio insigniter laedantur. Parum in aqua morari, parum vilitatem, aut iucunditatem asserere potest, sic quoque si diutius in ea quis maneat, nimium relaxari atque mollescere corpora contingit; quare mediam quandam rationem inire decet, ut non minus hora, non plus duabus, vel ad summū tribus horis inibi sistatur, vnde eos valde soleo dānare, qui in flumine multū tempus contere, nec non potare, atq; esse delectantur, sicut etiā Seneca, & Plinius in eos inuehebantur, qui ob luxum in balneis die noctuq; morantes simul cibos & potus capiebant.

F I N I S.

S E R I E S C H A R T A R V M.

A B C D E.

*Omnes sunt Terniones, praeter E, qui est Duernio.*



V E N E T I I S, Apud Iuntas, M D X C V I I.

IOANNI VINCENTIO PINELLO  
V I R O P E R I L L V S T R I  
Hieronymus Mercurialis. S. D.



**O**MPLVRES aguntur anni, ex quo Patavij, atque etiam in aedibus tuis, ad quas veluti ad ditissimam quandam disciplinarum omnium officinam, & cunctorum literatorum celebrem conuentum quotidie concurritur, de vini abusu simul discentes in eam incidimus disputationem, utrum ad nutrienda corpora hominum adeo conduceret, quemadmodum à veteribus esse putatum, passim existimatur, cumque recepissem interdum, me ea de re publicè esse in praelectionibus meis serò locuturum, ad perficiendum non modo es adhortatus, verum etiam saepenumero ita acriter inflammasti, ut cui numquam denegare quicquam iam dudum statueram, in negotio admodum utili, & iucundo, potissimum esse parandum iudicauerim. Dum autem id agere pararem ad Bononiensem Academiam amplissimis conditionibus à sapientissimo, atque Illustrissimo Cardinali Caietano, tunc ibi legatum agente, prudentissimis illis Senatoribus uocatus, dum eiusmodi curis maxime occupor, factum est, ut eam cogitationem in aliud tempus seponere sim coactus, quod eo libentius feci, quod in re noua publicè proponenda, & praesertim in medico negotio, in quo ni serò agatur, & animi, & corporis salus in periculo constituitur, quam diutius premitur, atque maturè deliberatur, eo optatius, & conducibilis esse videtur. Sed ubi iterum cum viris dotissimis, quorum insigni, & mirabili quadam copia semper ea urbs numquam satis laudata floruit, atque etiamnum floret, nec non cum plerisque auditoribus cogitationes meas de vino, quod uerè non nutriat crebro contulissim, similiter complures, ut huiusmodi sententiam publicarem, alijsque eruditissimis examinandam, & diligenter percoquendam proponerem, uehementer inflammantur. Quibus vix, ac ne vix quidem facere potui, quin tandem obtemperarem, & propterea, quemadmodum tibi notum esse non dubito, Bononiae aliquot praelectiones primis illis diebus habui; in quibus magna auditorum frequentia conatus sum demonstrare, aut uinum uerè non nutrire, aut secus, quam à plerisque existimatur similem operationem in nobis praestare. Placuit aliquibus opinio, à nemine ante hac proposita; quasque contra communem omnium sensum disputata: aliquibus (ut in omnibus humanis rebus, ob singularem quandam obscuritatem, qua res nostrae sunt plerumque inuolutae) non ita arrisit. Fuerunt etiam, quibus durum visum est, usque adeo inueteratam sententiam, & cunctorum penè sapientium placitis admodum celebratam posse non veram & robustissimis rationibus, atque experimentis firmatam esse; idcirco eam numquam publicari (quod innumeri petebant) passus fui, ratus multo satius fore, ut qui eam disputationem me praelegente scriptis exceperant priuatim doctis legendam, examinandam, atque etiam expugnandam communicarent. Quod certè deinceps contigisse animaduerti, quando quidem viri hac aetate celebrantissimi partim modestè, atque egregie de ea discentes, partim etiam scribentes, veri inueniendi gratia, multum proluenda, atque asserenda antiqua de vino sententia, nec frustra laborauerunt. Inter alios autem Horatius Augenius, & Augustinus Bucius uiri eruditissimi scriptis editis aduersus hanc sententiam doctè simul, & disertè inter se certe aduersus me contenderunt; inter quos, quasi sese arbitrum constituens Georgius à Constantiana Vercellensis nobili quadam, nec inuiti industria, ut rem decernerent, longo

satis,

fatis, ac docto discursu laboravit; sed quia fortasse rationes omnes meas fideliter enarratas non habuerunt, ac ob id uel minime eas expugnarunt, uel eas praeterierunt, atque argumentis ipsorum ipsimet praelectionibus iam esse responsum non cognouerunt, ut quemadmodum rem ipsam totam publice tractari, quandoque spectetur, meliusque expendi, & absque ullis contumelijs; a quibus sapientum animi semper abhoruerunt, discuti queat, collatis simul pluribus scriptorum exemplaribus publicari mandauit, tibi que primario similis huius laboris, & auctori, & patrono dedicare uolui, ut cum ab hoc dogmate minime prorsus coram me auersus sis uisus, si non mordicus tueri, saltem non infructuosum penitus fuisse conatum ostendere possis, quando hac disputatione praeclara ingenia acriter excitata de ipsa eruditas, & graues commentationes iam emiserunt, forsaque multo maiores moluntur. Bene uale.

Pisis, M D XCVII.

Errata quae in hoc opere continentur.

Pag. 1. col. 1. femine	l. femini	vlr. cōtingente. l. contingere	63. c. 1. 13. superant. l. supererant
2. c. 1. ver. 21. obseruationum. nes.	l. obseruationum. nes.	col. 2. 8. conacta. l. conata	18. Deuteronomio. l. Leuitico
25. dele. quam	25. dele. quam	55. haudqua; l. haudqua; l. infulto. l. infulto	c. 2. 1. foeces. l. foeces
4. c. 2. v. 45. haudquam. l. haudqua	55. fuisse. l. fecisse	19. c. 2. 55. infulto. l. infulto	32. soporita. l. leporita
4. c. 1. v. 59. diffic. re- l. respiratio-	5. fuisse. l. fecisse	20. c. 1. 1. 6. nodum. l. nodum	64. c. 2. 3. ab ea. l. ab eo.
spirant. nis	5. fuisse. l. fecisse	30. aut. l. autem	7. in par. l. in pari
5. c. 1. 33. quo uero. l. qua uere	5. fuisse. l. fecisse	c. 2. 3. ἀλώσπι. l. φλόσπι	32. caustata. l. laustata
6. c. 2. 14. Pleiadrum. l. Pleiadum	5. fuisse. l. fecisse	21. c. 1. 13. ascensiones. l. ascensionis	51. quique. l. quique
23. nullae etefiae. l. nulli etefiae	5. fuisse. l. fecisse	50. granatoram. l. granatoris	65. c. 2. inexistens. l. inexistens
6. c. 1. 46. muto. l. muro	5. fuisse. l. fecisse	22. c. 1. 30. neque. l. aequae	3. interis. l. interis
52. locum. l. loca	5. fuisse. l. fecisse	50. refrigerando. l. refrigerando	8. chynicos. l. chymicos
c. 2. 4. potissimam. l. potissimum	5. fuisse. l. fecisse	c. 2. 14. onomasto. l. onomastico	25. sit orbara. l. in orbari
7. dicat. l. dicens	5. fuisse. l. fecisse	23. c. 2. 36. potius. l. potui	33. delapsata. l. delapsa
6. c. 2. 21. Ciprianus. l. Cyprianus	5. fuisse. l. fecisse	25. c. 1. 52. contentio. l. contentio	54. locutus. l. locuti
Genilibus. à Genilibus	5. fuisse. l. fecisse	55. hunc. l. hanc	c. 2. 20. & sunt le. l. sunt letales
53. atq; in inte- l. atq; inte-	5. fuisse. l. fecisse	28. c. 1. 55. a lieno. l. a liene	thalis.
riora utunt. riora utuntur	5. fuisse. l. fecisse	c. 2. 30. Hippostrati (adde) vxori	66. c. 1. 3. ratam. l. ratam
7. c. 1. 18. in aetate. l. in aetate	5. fuisse. l. fecisse	32. habetatur. l. habetatus	61. epirationis. l. epiratione
27. mixerit. l. mixerit	5. fuisse. l. fecisse	13. Athenacum. l. Athenae	8. regiffe. l. regiffe
c. 2. 26. o'ra. o'ra	5. fuisse. l. fecisse	30. ad quadrage- l. quadrage-	32. nulla. l. ulla
8. c. 1. 40. salutaris. l. salutes	5. fuisse. l. fecisse	simam, simam	33. uenientiu l. uescantium
56 à liene vesicā. l. ad vesicā	5. fuisse. l. fecisse	31. c. 2. 58. factam. l. factum	caldo l. calido
1. 2. 1. excogitatione. l. excogitatas	5. fuisse. l. fecisse	vlr. qua; l. qua; q.	67. c. 1. 16. calefactus. l. calefactus esset
56. propriam. l. proprium	5. fuisse. l. fecisse	33. c. 2. 4. antecedens. l. antecedentes	c. 2. 3. 4. dilectum. l. dilutum
9. c. 2. 8. clytere. l. clyterem	5. fuisse. l. fecisse	5. reddit. l. reddidit	68. c. 2. 40. in peritis. l. imperitis
vlr. non & l. non est.	5. fuisse. l. fecisse	39. certissimam. l. certissimū	69. c. 1. 17. alium que. l. alium quā
10. c. 1. 5. faciendi. l. faciundo	5. fuisse. l. fecisse	34. c. 2. 43. abducen. l. ad abducen-	58. ἀπὸ δ' ὑπὸς. l. ἀπὸ δ' ὑπὸς
48. potissimum. l. potissimam	5. fuisse. l. fecisse	dos	48. est desperatis. l. in despati
lexto. l. sexta	5. fuisse. l. fecisse	36. c. 1. 35. Aeschiois. l. Aeschinis	c. 2. 6. aegros. l. aegris
4. missionem. l. missione	5. fuisse. l. fecisse	44. uandae. l. ualidae	44. qua si. l. quam si
7. Ppillsicum. l. Phillsicum	5. fuisse. l. fecisse	c. 2. 53. procarticae. l. procarticac	72. c. 2. 27. & illa est. l. & illa etiam
13. sed à qua partem. l. parte	5. fuisse. l. fecisse	c. 2. 15. accederunt. l. acciderunt	73. c. 1. 9. ἀπὸ πο. l. ἀπὸ πο.
36. eum. l. eam	5. fuisse. l. fecisse	41. c. 1. 9. abstantibus. l. abstantibus	56. contentum. l. contextum
49. prohibitam. l. prohibitū	5. fuisse. l. fecisse	c. 2. 25. aut ipsamet. l. aut in ipsamet	74. c. 2. 8. ulla. l. ulla
11. c. 2. 14. nonam. l. noua	5. fuisse. l. fecisse	25. aut ipsamet. l. aut in ipsamet	76. c. 2. 19. pentaphylae. l. pentaphyllo
12. euelcidis. l. eualcidis	5. fuisse. l. fecisse	42. c. 1. 20. quadam. l. quaedam	78. c. 1. 10. fuisse. l. fuisse
12. c. 1. 4. diquirendū. l. diquirendum	5. fuisse. l. fecisse	50. ipsa quae. l. ipsae	79. c. 1. 20. superibus. l. superioribus
c. 2. 10. quandam. l. quandam	5. fuisse. l. fecisse	43. Herualis. l. Herculis	c. 2. 59. utiq; ne. l. utq; in
13. c. 1. 4. Platonem. l. Platanonem	5. fuisse. l. fecisse	44. c. 2. 23. nitus. l. fitus	82. c. 1. 14. abfinitio. l. ab initio.
38. potuis. l. potius	5. fuisse. l. fecisse	48. c. 1. 15. multa. l. multam	40. recendere. l. recensere
41. ur. l. ur	5. fuisse. l. fecisse	49. c. 2. 31. haudquā. l. haudquaquā	43. laederit. l. laederet
12. c. 2. 24. ab errores. l. ob errores	5. fuisse. l. fecisse	11. in alijs statu. l. in alijs a statu	53. certi. l. certe
35. decimmo. l. decima	5. fuisse. l. fecisse	51. c. 2. 28. solent. l. solent	c. 2. 3. bubulce. l. bubulae
48. delirij. l. delirij	5. fuisse. l. fecisse	52. c. 1. 34. colligatiuū. l. colligatiuū	23. putrides. l. putridos
15. c. 1. 19. Ppsychonem. l. Tyehonem	5. fuisse. l. fecisse	54. c. 2. 34. exerhod. l. oxyrhodinus	23. nec quae. l. neque
20. ciuitatis. dele.	5. fuisse. l. fecisse	37. lambicatis. l. lumbicatis	83. c. 1. 19. percunctat. l. percuncta-
c. 2. 36. uix. l. uix	5. fuisse. l. fecisse	55. c. 1. 11. critanus. l. critonis	te ab stantibus. l. ab stantibus
47. filenum. l. fileno	5. fuisse. l. fecisse	15. Laertis. l. Laertius	redden. l. reddidit
3. foetum. l. foecum	5. fuisse. l. fecisse	48. Plyctenas. l. Plyctenas	83. c. 1. 19. Aegemo. l. hegemoni-
4. haec sunt in l. dele. in	5. fuisse. l. fecisse	c. 2. 3. quae dili- l. quae si dili-	niacae
8. de ac. nat. l. de fac. nat.	5. fuisse. l. fecisse	genter, gener	niacae
19. ἀρρηκτὰς l. ἀρρηκτὰς	5. fuisse. l. fecisse	56. c. 1. 1. a pedem. l. a pede	c. 2. 2. ἀρρηκτὰς l. ἀρρηκτὰς
42. turbatae. l. turbatae demū	5. fuisse. l. fecisse	20. coloris. l. coloris	9. incidat. l. incidat
c. 2. 39. uices. l. uices	5. fuisse. l. fecisse	23. Hapali videre dele. videre	49. in numeris. l. innumeros
17. c. 1. 29. hypochon- l. hypochon-	5. fuisse. l. fecisse	24. quanto. l. quinto	de hac. de hoc
drijs. drijs	5. fuisse. l. fecisse	c. 2. 3. trachium. l. brachium	84. c. 1. 39. illum. l. illum
34. admittere. l. amittere	5. fuisse. l. fecisse	12. tentiope. l. tentiope	vlr. ac humido. l. ab humido
39. rebire. l. redierit	5. fuisse. l. fecisse	32. dicit ea. l. eas	87. c. 1. 8. deciman- l. decimanq;
53. Ac qualitates. l. At quali-	5. fuisse. l. fecisse	57. c. 2. 6. octaua de l. die	quartam.
tates	5. fuisse. l. fecisse	36. adferunt. l. absciderunt	c. 2. 7. cccitas. l. accitas
c. 2. 3. rationis. l. rationes	5. fuisse. l. fecisse	44. de differētia l. de difficul-	88. c. 1. 9. uertamur. l. uersamur
5. qua. l. quae	5. fuisse. l. fecisse	respondeo respirationis	c. 2. 17. agrum. l. aegrum
7. vndecima. l. undecimam	5. fuisse. l. fecisse	58. c. 1. 1. atqui. l. usque	89. c. 1. 3. 4. naricum. l. naricium
18. comatos. l. comatos	5. fuisse. l. fecisse	59. c. 1. 59. scilicet & l. scilicet ex	37. magnarum. l. magnorum
23. d. fficiliter. l. difficulter	5. fuisse. l. fecisse	c. 2. 50. medijs. l. medicis	56. Hei odiuē. l. Herodicum
54. certam. l. certum est	5. fuisse. l. fecisse	60. c. 1. 41. crassidē. l. crassitudinē	c. 2. 3. c. ffatum. l. c. ffatu
56. scripta. l. scripta	5. fuisse. l. fecisse	c. 2. 14. partides. l. partides	56. Hippocratē. l. Hippocrates
vlr. cumultam. l. cumulatam	5. fuisse. l. fecisse	21. habetio. l. hebetoj	90. c. 1. 9. meui. l. meri
18. c. 1. 14. moredda- l. mordacita-	5. fuisse. l. fecisse	41. ritus. l. ritus	31. est. l. &
citatem. tem	5. fuisse. l. fecisse	50. fiet. l. fiat	42. monstare. l. monstrare
18. ο'δωσι. l. ο'δωσι	5. fuisse. l. fecisse	61. c. 1. 28. mitiori. l. mitior	c. 2. 36. una. l. Vnam
39. illo. l. illo	5. fuisse. l. fecisse	50. simlicis. l. simplicis	91. c. 2. 11. contrarij. l. contraria
		62. c. 1. 20. Diomeadis. l. Diomeadae	c. 2. 32. τὸ γοβαλμὸν. l. τὸ γοβα-
		c. 2. 26. sibi. l. sibi	μὸν



Errata quae in hoc opere continentur.

Pag. 95. c. 2. 38. vigesimam. l. vigesimam-  
nonam &  
96. c. 2. 2. uinorosos. l. uinosos in  
in resol.  
c. 1. 29. prauatiuol. grauatiuo  
100. c. 1. 34. magnabi- l. magna bi-  
liori. liori  
103. c. 1. 11 in uenas. l. in uenas  
c. 2. 8. ea natur. leo nat.  
104. c. 1. 42. ipsa loca. l. ipsa loca  
c. 2. 10. non scribit. l. nam scribit  
105. c. 1. 10. frequetum. l. frequenti  
39. Chridioru. l. Cnidiorum  
42. euriactis. l. euryanactis  
106. c. 1. 2. laesi. l. lenyana  
c. 2. 41. nonnulliq. l. nonnullis  
107. c. 1. 2. gullus. cum. l. guttatum  
30. facile. l. hfacie  
108. c. 1. 20. pro. l. per  
34. calorem. l. calore  
24. ibi. l. cibi  
20. scilicet. l. ut scilicet  
c. 2. 26. euitari. l. euitatur  
110. c. 1. 7. Sileni. l. silici  
30. acetate. l. lactatis cum  
110. c. 2. 39. obtiluisse. l. abtiluisse.  
49. imbratis. l. in bratis  
111. c. 1. 3. aegri huc. l. aegri se huc  
c. 2. 25. concidebant. l. conciderat  
26. semper. l. semp solet. nil  
40. ab abano. l. abano  
112. c. 1. 11. uoluit. dele.  
c. 2. 13. aliquid. l. aliquid.  
20. erat emulsi. l. erat usu emulsi  
22. diaopuleone. l. diapopul.  
30. quam cum. l. quae cum  
50. quia. l. qui secunda  
113. c. 1. 8. & uidetur. l. ut uidetur  
23. habetur med. l. habetur a-  
pud med.  
40. quidam. l. quidam  
c. 2. 11. possit. l. potuit  
114. c. 1. 17. ex bubone. l. ex bubone-  
cele.  
29. mulierem. l. mulier  
39. Lamideoru. l. lamidarum  
45. uitalisse. l. uitalisse  
117. c. 2. 32. meleraeo. l. meleraeo  
119. c. 2. 6. confirmatur. l. confirmat  
120. c. 1. 51. m. eracea. l. m. eracea  
123. c. 1. 8. uocibus. l. urbibus  
127. c. 2. 13. uice. l. uicem  
127. c. 2. 13. prohibent. l. perhibent  
circumfrigit. l. circumfrigit  
129. c. 1. 9. animadue. l. animadu-  
ctatur.  
129. c. 1. 13. quam. l. quia  
16. quo genere. l. de quo gne  
48. securissimas. l. securissimas  
c. 2. 34. acutaq. l. acuta atq;  
juramen. l. iuamem

Pag. 130. c. 1. 12. auitus. l. accitus  
c. 2. 24. vsq. centesi. l. vsq; ad cetesi.  
44. uic. l. hunc  
52. proptere- l. proptereaq;  
quem.  
131. c. 1. 22. nimirō. l. nimirum  
c. 2. 9. in deinde. dele. in  
23. tritice. l. tritice  
133. c. 1. 44. affinit. l. affektion.  
54. symptomi. l. sympos.  
c. 2. 43. uigilem. l. uigil.  
134. c. 1. 23. ostenderem. l. ostendere  
135. erratio. l. erratico  
16. potuisse. l. potuisse.  
c. 2. 28. pacrius. l. parcius  
137. c. 2. 47. cox dicit. l. coxendic.  
138. c. 1. 43. atq. l. ut.  
c. 2. 59. credijse. l. redijse  
60. ex quo. l. exiguo  
139. c. 1. 25. potiusue. l. potius vi  
140. c. 1. 13. functiones. l. frictiones  
c. 2. 47. potentis. l. poteritis  
144. c. 1. 3. & l. ut  
145. c. 1. 26. emphas. l. emphasi  
150. c. 1. 16. incouenerit. l. incouiret  
yl. caluo. post. l. caluo. quae  
153. c. 1. 29. Artaei. l. Artaei.  
28. leuia rem. l. leuiorem  
156. c. 1. 10. fucini. l. succi  
157. c. 1. 48. ac. acq. uisit. dele. ac.  
158. c. 1. 3. ab. l. ad  
158. c. 2. 8. prerogassim. l. purgatis  
10. humoribus. l. humorum  
159. c. 1. 32. secusque. l. secusquadam  
58. die diebus. dele. die.  
c. 2. 8. respiranti. l. respirat  
23. difficult. l. diffier.  
160. c. 1. 6. urea. l. ura  
37. hinc. l. habere  
14. auis. l. leius  
c. 2. 2. cam. l. eum  
59. sit ea. l. sicca  
161. c. 1. 2. auis. l. leius  
15. respon. l. respit.  
c. 2. 18. hoc. l. hinc  
49. pleritis. l. pleuritis  
54. morbum acuta. l. modum  
acuta  
162. c. 1. 5. ob eadem. l. ab eodem  
c. 2. 25. coniuncti. l. coniuncti  
41. perceptare. l. perreptare  
163. c. 2. 57. erepycos. l. empycos  
165. c. 2. 59. . . . l. . . .  
60. nauo dms o dms adys  
172. c. 1. 12. sicco. l. leio  
175. c. 1. 8. dicbat. l. dicebat  
176. c. 2. 7. lenitate. l. leniente  
8. potest. l. post  
c. 2. 32. cruda. l. crudam  
57. rupta. l. rupto

Pag. 178. c. 1. 21. coitentus. l. contextus  
37. Hipp. add. addidit.  
180. c. 2. 31. tum qui. l. tum quia  
c. 2. 25. piffanac. l. piffimac  
181. c. 1. 11. uelhitam. l. ueritam  
c. 2. 6. quidam. l. quendam  
26. cib. 6. & l. cib. b. o. & m  
37. vacuae. l. uaccae  
55. ghires. l. ghires  
46. in inducebat. l. inducebat  
182. c. 1. 32. deciquarta. l. decimaqu.  
58. magram. l. magnam  
183. . . 12. paruca. l. paucae  
28. tepentes. l. tepentes  
39. lallae. l. llaetae  
c. 2. 49. cib. 6. & suc. l. cib. b. & m.  
53. iecotiae. l. iecoriae  
c. 2. 17. fellicula. l. pellicula  
188. c. 1. 13. leium. l. leium  
189. c. 1. 20. expol. l. ex pul.  
c. 2. 29. baccasq;. l. buccasq;  
191. c. 2. 16. totam. l. totum  
203. c. 2. 24. potuit. l. posuit  
206. c. 2. 41. significat. l. significat  
207. c. 1. 59. cuslibet. l. cuiuslibet  
c. 2. 36. onomario. l. onomastico

In de Hominis Gene-  
ratione.

Pag. 1. col. 1. 14. atq;. l. & l  
ibid. illi. l. illis  
c. 2. 12. quo. l. louo  
2. c. 1. 17. atque. l. laeque  
3. c. 2. 20. eum. l. eum  
c. 4. 8. faciendum. l. faciendam  
10. c. 2. 36. ut quosda. l. ut in quosda  
14. c. 2. 37. uegetes. l. uegeti  
15. c. 2. 40. haudqua. l. haudquaqua  
25. c. 2. 40. Hipp. enim. l. Hipp. pri-  
mo enim  
27. c. 2. 22. uis. l. uix  
32. c. 1. 5. haec. l. haec  
43. c. 1. 6. sunt. l. fuit  
44. c. 2. 7. abdidit. l. addidit  
45. c. 2. 41. quodam. l. quadam  
47. c. 2. 20. pollit. l. pollet  
48. c. 1. 8. hac. l. hac  
49. c. 1. 44. perioftias. l. perioftia  
48. paruum. l. prauum

De Vino & Aqua.

Pag. 7. c. 1. 11. spalmorum. l. psalmorum  
consultatio. l. consultatio  
7. c. 1. 38. cibo. l. cito  
8. c. 1. 28. faciant. l. faciunt  
c. 2. 17. simile. l. similem  
9. c. 1. 32. spiritus. l. spiritibus

HIERONYMI MERCVRIALIS  
FOROLIVIENSIS  
TRACTATVS DE VINO ET AQVA  
EX PRAELECTIONIBVS BONONIENSIBVS

In lib. Hipp. de vict. rat. in morb. acut.



P R O O E M I V M.

**R**AECIPIEBAT Hippocrates panem calidissimum, & uinum, dari in doloribus capitis, ab inedia: quo loco dicebam, uinum commendari, non ut alimentum, sed ut uehiculum. Et quia huiusmodi sententia, non solum minime recepta esse, uerum etiam aliquibus praecedens uidebatur, idcirco eam, ni fallor, magnis demonstrationibus confirmare deliberaui; praesertim cum Galeni doctrinae omnino non refragari, atque multas praeclaras speculationes, & (quod maxime refert) in medicina faciendae, non minus utiles, quam necessarias, ea semper continere mihi uisa sit. Sunt autem loci proprii unde huiusmodi rerum demonstrationes duci consueuerunt, duo potissimum uerba, uocata a Sexto Empirico, Hippocrate, Galeno, atque omnibus fere Graecis, nempe ipsa rei natura, necnon experientia. Quare & his ipse quoque praedictae sententiae ueritatem demonstrare conabor.

De natura & facultatibus uini.  
Caput Primum.

**V**ERUM AVTEM quod promisi, praestem, utilitatiue studiorum uestrorum (quemadmodum semper in more positum habui) consulam, atque haec disputatio a uobis recte comprehendatur, primum uidere oportet, quid sit uinum, & quae sunt uini facultates. deinde diligentissime examinabo, quid sit illud quod nutritur, quid sit nutrimentum, & quae sit fabrica uniuersa huius nutritionis. quibus firmiter constitutis, probabo uinum nullo pacto uere nutrire.

Vinum Latinis, oinos dicitur Graecis. Vnde uero ira dicatur, Plato, alijque uiri grauiissimi disputantur. Sed quia disputatio de nominibus ad Medicum non pertinet, operae praetium me facturum puto, si ad naturam uini contemplandam, mea nunc conuertatur oratio, quae natura, haudquaquam semper a comunibus notionibus petenda est; nec a uulgatissimis rebus; neque

A a definitionibus, quae etiam olitoriibus perpectae sunt (nam, ut Galenus ait, hic non est artificium scopus, nil omittere eorum quae idiotis cognita esse possunt, sed uilia ad curationem proponere, saepeque apponere, quae uulgares non cognoscunt, & cognitorum ipsis multa demere;) uerum ab ijs sententijs quas breuiter rerum naturam complectentes nobis ueteres sapientes reliquerunt. Itaque Aristoteles docet quae sunt mixta ex genere aquae, proponit primo loco uinum, & ea quae aut exigua, aut nullam omnino uirtutem seu fidenciam habent, quasi uinum secundum suum genus, nihil aliud sit, quam ipsa aqua. Et Empedocles (ut narrat idem Aristoteles, & Plularchus definiuit uinum aquam esse in ligno putrefactam. Vnde legitur apud Athenenum, ἐκ τῶν ὑδάτων ὄνος φέρεται, id est ex aquis uinum fit. Sed notare debetis tempore Hippocratis, atque etiam Empedoclis (qui fuit paru ante Hippocratem) appellatam fuisse coctionem σιδήριον, id est putrefactionem, & Hippocr. appellare solet uentriculum, ubi fit coctio, σιτηρίον, hoc est, A o putre-

Initio c5. ad lib. de acut. Hip.

Quarto meteor. cap. 5.

Quarto topicor. in fine. ca. 6. Plut. in q. nat. 2. pro bl. & 32. Athen. 2. deipnos. Plut. in q. nat. 2. q. 2. & 32.

Haec sunt errata quae magis reserue uidentur, nonnulla alia fortasse supersunt laenia quidem, quae candido Lectori remittuntur.



In lib. uariar. lect. 1. cap. 1. Aristot. 4. Top. c. 5. Locis citatis. Gen. c. 49. Eccl. c. 39. Clem. Ale. xan. 2. pag. dag. cap. 8. Gal. 3. de acut. tex. 30. Lib. 2. de diacta. Arist. sect. 30. probl. Hippoc. 5. aph. li. 28. Plutar. li. de Isid. & Osr. Plat. lib. 2. de legib.

putrefactorum; quasi (quemadmodum olim fufius docuimus) Empedocles nihil aliud uoluerit dicere, q̄ uinū esse aquam in ligno uitis concoctā: nam sic uis, ubi decidit in eam arborem, quae appellatur ornus, concoquitur, & manna fit, atq; mel, nihil aliud est, quā aqua cocta in arundi ne: haud fecus debemus dicere, uinū nihil aliud esse ex sententia Empedocles & Aristotelis, quā aquā in ligno uitis coctam, a deo ut liceat etiā nobis pronunciarē esse succum uitis, vel sanguinē, ut in Genesi habetur, & in Ecclesiast. & apud Clementem Alexandrinum. Sic etiā Gal. loquens de uino aquoso, quod Graeci ολιβοειν vocant, uinū, inquit, aquosum, leuissimā in ligno uitis habuisse transmutationem, & leuissimā elementi terreī permissionem: ita ut aqua sit, quae cū paulum terrae calidaeq; substantiae sumperit, tū leuissima in horū commistione indiguerit cofectione, contra quā uinum uinosum. Sed quae sunt uini qualitates, illiusque facultates? Hae sumuntur a genere, a forma, atq; a tota substantia. A genere habet, quod potens sit maximē penetrare, & humidum actū. A forma uero, quod sit calidum. Et propterea uinum apud omnes dicitur esse potentia calidū, humidum actū, & corpus penetrabile. Hippocrates addit, ἕχει δὲ τὴν καὶ διαρτηνὸν ἀπὸ τῆς ὄλης, id est, habet & purgatorium quiddam à materia, sed quod nihil aliud est, quā uis ea quae diuretica appellatur: quia haec inter alias uini facultates, est uina minimē contemperaenda, id enim habent uini potores, ut uinam frequēter, & copiosē reddant. Hae ergo sunt facultates uini, cū a genere, tum a forma. A rota uero substantia uinum id habet, ut mentem offendat, ac inebriet. Siquidem Aristoteles demonstrasse videtur (latenter tamen) uinum laedere caput & animum, non quidem ob caliditatem, quia aromata etiā maximē caput tentent, ut dicebat Hippocrates; tamen hoc non agunt: sed ratione propriae substantiae. Et apud Plutarchum legimus uites ortas esse ex sanguine eorum, qui arma intulerūt Dijs ipsis, proptereaque eos qui bibunt uinum, bibere sanguinem Deorum, atque statim inuente priuari. Sed fabulae sunt. Fit hoc à proprietate substantiae ipsius uini. Et quod hoc sit uerū, uidete Platonem, apud

A quem dicit hospes Athen. ex aliorum sententia certē, non alia de causa, datum esse mortalibus uinum, quā supplicij gratia, ut insaniant. Et primus effectus in Noe inuētore uini, fuit ebrietas, seu insania, quasi haec propria uini sit facultas. Quae de re etiam Carthaginenses legibus cauerunt, ut narrat Plato, ne quis seruus, aut aliquis ē magistratu, vel miles, uinū gustaret: quia existimarunt proprium uini esse, mentem laedere. Et quamquam id nec omne uinum, nec in omnibus faciat, haud tamen ob hoc negandum, quin ab ipsius substantia huiusmodi effectus fluat: sicuti negandum est, uerā ebrietatem esse illā dementionem quam, plerūque alia inducunt. Habetis igitur uinū, quod ad facultates, esse facile permeabile, humidū actū, & calefacere, quod ad proprietatē substantiae, mentem laedere. Sed priusquam ulterius progrediamur, eximendus quidam serpens, cuius circa penetrationem, quā si uinum, hancificitur à genere, hoc est ab aqua; uideretur haec, suapte natura penetrare debere, cum tamen apud Gal. & alios id ubique firrestatissimum aquam inertem potius in hypochondrijs firmari, ob idque non penetrare, ut ob hoc sola aqua haud sitim extinguat aequē, ac ubi uel acetū (quod faciunt Rustici sub tritura) uel uini modicum immiscetur: Ad quod respondetur aquam proculdubio illabi, ut docet experientia, & penetrare; ueruntamen id minus facit simplex, & cruda, quā aliquo modo per coctionem aliamue praeparationem attenuata, ut ubi coquitur in uite nō absque ratione fiat penetrantior; & aquā huiusmodi facultate pollere lucullenter satis docuit Arist. tertia probl. tertio, ubi tradens causas ob quas uinum dilutum aqua magis inebriat quā uinum primam ponit, quod dilutum fiat tenuius ab aqua, sicque magis penetrēt, & illabitur, quae pariter ratione tradit fieri, ut maculae factae à diluto quā à mero difficiliter eluantur de qua re etiā inferius aliqua dicetur.

Plat. li. 2. de leg. in fine.

Vinum... Gal. 3. de temp. c. 22.

An uinum calefaciat. Cap. II.



ETERVM iam uidentū est, an uinū sit calidū. Plutarchus, & ex eo Macrobius, disputant diligentissimē an calefaciat uel refrigeret, compluraq; argumēta propo-

Plut. li. 3. symp. c. 5. Macro. 7. Sacur. c. 6.

Vinum... merum... ratione... ratio... uerale... Plutar. li. 3. symp. c. 5. Macro. 7. Sacur. c. 6.

Macrobius... Plutar. li. 3. symp. c. 5. Macro. 7. Sacur. c. 6.

fuerunt, ut demonstrarent refrigerare. Sed praeter argumenta horū scriptorum sunt et nonnulla Medicorū, non parui momenti, ex quibus licet demonstrare, potius refrigerare, ut uideatur male à uobis constitutum uinū & magis & primò calefacere. Primum aut argumentū est, quia Gal. inquit, uinū effectus maximē frigidus producere, ut epilepsia & apoplexia, quod quoq; ante ipsum asseruit Arist. tertio probl. quare debemus potius existimare, uinū esse frigidum, quia ita natura cōparatum est, ut semper effectus suis causis respondeant. Praeterea Medici omnes in curandis uulneribus, uiuntur solo uino, atq; etiā ex praeecepto Hippocr. sed calefacere in uulneribus, ab omni ratione alienū est. Itaq; credendum est uinū usu & experientia esse frigidum. Sed est etiā ex genere aquae, & aqua refrigerat. Neq; die endū est, uinū esse aqua coctā, quia quotidie experimur, aquā semper refrigerare, et si quālibet coquatur. Ut autē solutionem huius nodi habeatis, illud ad memoriā reuocare debetis, q̄ ab omnib. Philosophis & Medicis scriptū habemus, calidū & frigidū dupliciter intelligi posse; uel secundū actum, uel secundū potentia. Si uinum accipiatur secundū potentia, calidum est; si secundū actum, frigidum. Sic uinū extrinsecus ad motū, refrigerat, quia operatur secundū actū, interius uero assumptū, calefacit, quia operatur secundū potentia; uel, n. intus operetur, opus est calore natuo. Quāquam uero sit ex genere aquae, acquisiuit tamē calorē à uite. Neq; etiā ualet exemplum ab aqua cocta, imò Hipp. dicit purū uinum, aquosum, humidum, minus urere & ficcare; q̄ lac biliosum, quasi & ipsum calefaciat, siue urat. Neq; etiā ualet, q̄ uinum affectus frigidus producat, quia quaelibet causa pot. plures, imo etiā contrarios effectus edere, per se, & per accidens. Ita uinū per se calefacit; per accidens uero refrigerat, quia ab immenso uini calore, iugulatur calor natiuus, & sūt cruditates, à quibus frigidus succi orti, frigidus atque etiam exitialissimos affectus producant: nam Arist. postquam dixisset uinum suapte natura calidum esse, subiungit tamen, illud haud fecus atq; cicutam extinguere, sed diuerso modo; quia cicuta sua frigiditate calorem extinguit, uinum autem sua caliditate calorem

Hipp. lib. de aer. q.

3. sectio. probl. 22.

Gal. de mor. sent. nich. Regib. de uul. uinum... non est... sed non est...

naturalem cōsumit; haud fecus atq; ignis nimis exiguum. De Nutrimeto, Nutrito, & Nutritione. Cap. III. IDEA MVS modò quid sit nutrimentū, quid sit quod nutritur, & quomodo fiat nutritio. Illud compertissimum est, nutrimentum non ob aliud esse necessarium plantis & animalibus, quā ob uitā: quia ubi uita, ibi nutrimentum, & quā diu uiuimus, tam diu nutrimur. Haec seinuicem mutuo cōsequuntur. Propter quid autē nutrimentum est necessarium ad uitam? In corporibus omnium animalium tria reperiuntur, spiritus, succus, siue sanguis, & membra solida: membra solida sunt ea quae uiuunt, & magnopere errāt, (ut alias probaui) qui existimantur spiritus & sanguinem uiuere. Sed quia membra solida à calore ascititio, hoc est, eo qui quotidie acquiritur à cibis, nec non ab ambiente aere cōsumuntur, non autem à calore natuo (quemadmodum quidam male arbitrati sunt): qui potius cōseruat & perficit; ut haec uita sustentetur; opus est refectione illius quod in dies deperit, ut partes solidae continuo reficiantur: reficiuntur autem ministerio nutritionis. Ex quo discitur habetis nutrimentum cū debeat reficere partes solidas, debere habere substantiā uiscidā & crassā, quā etiam ipsae partes solidae habent. Quare illud primum necessarium est, ut nutrimentum habeat similitudinē cum humido illo uiscido & crasso. Sed quia huiusmodi humidum nō est perpetuū in corporibus nostris, necesse est ut extra quaeratur. Atqui extra corpus reperitur quicquam quod sit simile ita partib. solidis, ut possit immediate in illas conuerti? minime: fat est, ut reperiatur aliquid, quod aliqua ex parte sit simile, ut in quā, habeat aliquam soliditatis, uisciditatis & crassitiei portionem, quoniam partes, ut dixi, quae continuo absumuntur, solidae sunt, uiscidae, & crassae, similibus ergo reparandae. Quod cū intellexisset Galenus, dixit, omne quod nutrit, necesse esse ut sit uiscidum, lentum, & crassum. Et magnus Arist. dicebat triticum esse cibum propriū & familiarem qui p̄ se deluuntur uinum non propter se, sed ut reuocentur sed in eib. sed in eib. uinum.

Gal. septimo meth. c. 6.

Arist. 21. sect. probl. 12. & 13.

qui p̄ se deluuntur uinum non propter se, sed ut reuocentur sed in eib. sed in eib. uinum.

omnibus hominibus, nō alia rōne, q̄ quia succū uiscidum, lentū, & crassū, quō animā ip̄sus est, habet, merito cuius uertitur in partes solidas. Quare nutrimentū proprius character esto, ut sit simile partibus solidis nutritiōdis, ut sit crassū uiscidum, atq; lentū. Hoc cum doceret nōs Hipp. dixit triā esse nutrimentorū genera, aliud q̄ actū nutrit, uerē nutrimentū aliud, quod uelut est alimentū; quod mox est nutriturū, nō nutrit tertium, q̄ futurū est nutrimentum. Atque hanc nutrimenti diuisionē recepit & Gal. & Auic. omnesq; serē scripserunt. Sed quid est uerē alimentū? nihil aliud quā pars illa sanguinis, quae iam distributa est per partes nutriendas, in iō etiā agglutinata & assimilata. Et de hoc uero alimentō locuti sunt Hipp. & Gal. quādō dixerunt alimentum calefacere. Illud autē quod futurū est nutrimentū, nihil aliud est, q̄ sanguis distributus per partes nutriendas, & iam agglutinatus, ubi distributus est sanguis, appellatur ros, quia roris instar distribuitur per caernas partiū solidarū, ubi sanguis est agglutinatus, appellatur glutē, quia instar glutinis adhaeret; ubi assimilatus est, appellatur cambiū a barbaris. Et huiusmodi humores interdū consumuntur, & tūc fiunt febrēs hōeticāe, ubi ros & glutē primi & secundi gradus hōetica est: ubi cambiū cōsumitur, fit tertij gradus febris; q̄ cap. p. 11. dicitur. Alimentum, q̄ futuram alimentum appellatur, nihil aliud est, q̄ id totum q̄ cōtinetur in uentriculo, quicūq; cibus sit, & quod in uenis cōtinetur, nō uerō propriē alimentū, quia nondū distributus, nō dum agglutinatus & assimilatus est sanguis: eapropter dūtaxat potētia est, ut nutriat. Quare ex his omnib. facile colligere potestis, uerē alimentū id haberi, q̄ cōuertitur in partes solidas, quod uiscidū crassū, atq; lentū est, simile partib. solidis, eiusdēque cū illis substantiāe, a quibus robur totius corporis pendet. Et haec est ratio propter quā dicebat Gal. inter se uenēnū & nutrimentū differre, quia uenēnū omnino dissimile est substantiāe nostri corporis; nō permutatur, sed permutat naturam: nutrimentum uerō substantiāe corporis nostri auget. Differt etiā nutrimentū a medicamento, quia medicamentū illud habet, ut non sit simile partib. nutriendis, sed alterat naturā, & ab ea non superatur. Circa hāc di-

Hipp. li. de alimento.

Gal. 1. de poten. nat. & alibi. Auic. cap. de humorib. prima primi.

Hipp. lib. de alim. Gal. 1. aph. 14. & alibi.

Gal lib. de simpl. me. dic. 1.

A. sputationē de nutrimento, duo mihi non sunt filio, praetereūda dubia, (quae uobis aliquando non leue negotiū facessere possunt) vnū est, quo pacto dicant Hipp. & Gal. uerum nutrimentū solum calefacere, nemo est qui ignorat sanguinē calefacere, at tamen uerū nō est nutrimentū, cibus in uentriculo, calefacit, & maxime uentriculū. Praeterea est sententia Gal. & Arist. (quod erat alterū dubium) solum sanguinē esse uerē nutrimentū in corpore nostro, uerū tamē secus esse uidetur, quia ossa nutriuntur medulla, nerui, uenae, arteriae, ligamenta, parte crassa, uiscida, quomodo ergo dixerunt, solū sanguinem esse nutrimentum? Ad primum, respōdendum est, duplicē esse calorem, aliū implantatū, radicalē, natiuum, aliū uerō ascititium: calore ascititio calefaciunt cibi, & sanguis calore naturali, nullū aliud calefacit quā illud, quod iam assimilātū est, quia est succus, qui quōdāmodo transmutatur in humidū radicale, in quo collocatur calor natiuus. Ad secundū, dicendum est, uerū & indubitātū dogma, hoc esse, animalia omnia nutriri solo sanguine; sed quia sanguis nō est vnū corpus simplex, sed cōmixtum, ex omnib. humoribus, hinc fit, ut in sanguine, sit omne genus nutrimenti, quod ad partes corporis solidas nutriendas requiritur. Eapropter uia quaeq; pars beneficio facultatis attractricis, attrahit ex hoc quod sibi propriū & familiare est, ossa, succū crassum, nerui, & cartilaginēs, glutinosum. Atq; ex his omnib. colligere potestis, nutritionē, nihil aliud esse, quā cōuersionē nutrimenti in corpus nutritū. Sed quia dixi, alimentū esse partim simile, partim dissimile: ut ex toto simile fiat ip̄sis partibus solidis, natura nihil aliud facit, quā, ut a nutrimento illud quod dissimile est, deponatur; & maneat solum pars similis: ita ut in tota hac fabrica, nihil aliud faciat, quā ut dissimile segreget, & simile partibus solidis remaneat. quod, quia ualde opērosū est, & difficile, natura machinata est multa uasa, uiasque, & instrumenta, quibus possit nutrimentum hac dissimilitudine spoliari. prima uia est os: in ore enim primō cibus acquirit quandam praeparationem, merito cuius incipit paulatim exui partibus dissimilibus. ab ore, descendit in stomachum; ubi elixatus

Gal. 2. de decr. Plat. & Hippo. cap. ult.

Gal. 2. lib. aph. 47. Arist. 1. o. sect. probl. 79. lib. de spirit. in princip. & libro 2. de par. anim. cap. 3.

Lib. quarto Meteor. cap. tertio.

Arist. lib. probl. Gal. lib. 1. de fac. nat.

In pyrrho.

xatus cibus (sic enim loquitur Arist.) pars in intestina protruditur: pars, simile ali- quid habens, per uenas meferaicas, in iecur rapitur; ubi etiam a calore natiuo exactius elaboratus, exiit tandem excrementa, & deponit bilem, atq; melancholiam. & quicquid uile est, partibus solidis, relinquitur: Vbi iam depuratus est huiusmodi sanguis ab omni parte dissimili, natura eū per canales, & uenas magnas, derrudit ad uenas paruas. ubi postmodum adhuc quandā perfectionem adeptus, extra uenas, roris instar, per uenerum corpus distribuitur (dico roris instar) quia Heraclitus, & Asclepiades existimauerunt fieri per uapores: quae tamen sententia, non solū ab Arist. confutata est, sed etiam a Gal. adeo ut in caernas partiū solidarū eructetur, in quibus maiorē uisciditatem acquirens, adhaeret, agglutinatur, & tandē assimilatur, atq; conuertitur in partē nutriendam. Ceterum non solum requiritur, ut fiat sanguis, sed qui distributus est succus, suo lentore & crassitie adhaeret, agglutinatur, & assimilatur. Vultis hoc uidere? In Anasarca cur est q̄ partes solidae non nutriantur? non hoc accidit, quia sanguis neque fiat, neq; distribuatur iam factus, sed quia est aquosus & fluidus, nullaq; habet tenacitatem, atque uisciditatem, merito quarum possit agglutinari, & in solidas partes conuerti.

An uinum habeat illas conditiones, quae uerae nutritioni conueniunt. Cap. IIII.

**U**OSTQVAM constitutū est a nobis, quid sit nutrimentum, quid sit quod nutritur, & quomodo fiat nutritio: superest ut uideamus an in uino reperiatur illae conditiones, quae requiruntur ad uerā nutritionē. Vera inuestigandi ratio ducitur per duo illa uerba, quae Sextus Empiricus dicebat ualere in omni re iudicanda (ut antea a me dictū quoq; fuit): scilicet a natura rei, hoc est ratione & experiētia: his enim duob. Philosophi, & Medici debent semper res suas diiudicare. Itaq; nos etiā hac femita incidentes, uidebimus primum, an cōditiones ueri nutrimenti in uino reperiātur, cum secundū rationem, tum etiam secundū uisum. Et ut a primo exordiamur,

A illud ad memoriā reuocandū est, uerū nutrimentū debere esse simile partib. solidis, quae uerē, & solae nutriūtur, quod in ip̄sis solis anima sit posita vegetatrix, cuius ueluti ramus quidam est nutritiua facultas, haec similitudo potissimū collocata est in duob. crassitie & lentore, ut possit adhaerere, ac in humidū radicale, atq; in partes solidas cōmutari, ut antea uberius demonstrauimus. Videamus ergo nunquid uinū tale sit. Dicitur vnūquodq; tale, actu, uel potentia. quapropter uidere oportet, an uinū sit tale actu, hoc est, an sit simile partibus nutriendis, uiscidū, crassum, atq; lentū; an uerō sit tale potētia, quo facto, spero totū negotiū rectē confectū iri. Quod uinū non sit actu uiscidū, uel crassum, ip̄so sensu utar ad probandū, qui est principale uisus. Sensus demonstrat, si tangatur uinū, diffuere, nullo pacto adhaerere, sed maxime penetrare, etiā si crassum sit, quare signū est, actu nullū lentorem habere. Sed Arist. (obijciat aliquis uestrum) dixit, uinū dulce esse lentū, uiscidum, & inflamabile. Similiter uinū aqua cōmixtū penetrare, eiusq; maculas difficulter elui: quare (quemadmodū nulli non licet uidere, & oleū & corpora omnia pinguia) ubi maculat linteamina, difficillimē maculas elui posse, propter lentorē: ita existimandū est, maculas a uino productas, eadē de causa nō posse leui negotio deleri, atq; hac rōne non uidetur uinū carere lentore. Quod ad uinū dulce pertinet, certū est, hoc esse lentū, & uiscidum, imo (ut Arist. dixit) cito inflamabile: sed est haec deceptio: quia, ut dicit Arist. est nomine tantū uinum, nō re ipsa: non enim inebriat. Ex quo loco potestis et̄ elicere, id qd̄ uos ante docui, uerā & propriā naturā ipsius uini esse, ut inebriat: & quodcūq; nō inebriat, aut saltē non est natū inebriare, non esse uinū. Quare dicimus, uinū dulce, nō esse uinū, et̄ Arist. dixit esse uiscidū, lentum, & crassum, atq; inflamabile. De maculis porrō uini, nulla alia est ratio, quā quod uinum facile omnes partes etiā minimas sua tenuitate penetrat: unde Arist. inquit, uinum, si diluatur aqua, ipsius maculas ē pannis difficulter elui; quia propter aquam longius penetrat, & difficilius educitur. Si ergo uinū aqua dilutum, propter aquā maxime penetrat, & hac ratione difficulter maculae eluātur, certissimū

Arist. tertio sectio. probl. Tertio. p. 22. in cont. Gr.

Arist. li. 4. Meteor. c. 9. & tertio. p. 1. saepe.

Arist. tertio sectio. probl. 22. tex. Graeci.

est argumentum maculas à vino difficul-  
ter elui, non quia uiscidū sit, sed quia ma-  
ximè penetrat: sic. n. dicebat Theophras-  
tus lib. de igne, carbones & ignem citius  
extingui à uino & aceto quàm aqua, quia  
intimius omnes minimas partes penetrat.  
Videamus modò numquid potentia ui-  
num sit uiscidum, crassum, atque lentum.  
Si potentia uinum esset tale, deberet hu-  
iusmodi potentia, vel intra corpus, vel  
extra ad actum deduci: sed, vt probabo,  
nullo pacto potest crassescere. quod non  
possit extra corpus crassescere, manife-  
stum est, quia quantumcumque coqua-  
tur, tantum abest vt crassescat, vt potius te-  
nuis fiat: & hoc potissimum probatur a-  
pud eas gentes, penes quas consuetudo  
est coquendi uinum, vbi quotidie illud vi-  
dere licet. & hinc est, quod ubi medici  
medicamentis componendis, vel ad mix-  
tionem meliorem faciendam, vel ad pe-  
netrationem videndam uinum addendū  
praecipunt, simul imperant, vt fiat ferue-  
factio donec uinum totum consumatur.  
Sed scio dicturum esse aliquem, multum  
quanto magis coquatur, tãto magis cras-  
lescere. Verum illud quod dixi de vino  
dulci, idè quoque de musto dicere oportet,  
non esse uinum verè appellandū, quia  
non inebriat, & quia vini perfectione nul-  
lo modo est assecutum: quare exemplum  
ipsum musti, quod coctione crassescat, ni-  
hil valet. Iam verò uinum extra corpus nõ  
crassescere, manifestū esse arbitror. Quod  
etiam intra corpus non crassescat, proba-  
tur ex principijs ipsis philosophiae, quae  
reliquit nobis magnus Arist. in disputa-  
tione de crassificatione & uisciditate scri-  
bens, ea quae sunt aquae, differre ab ijs  
quae sunt mixta ex terra, aqua, & aere,  
quia aquae euaporantur, & minimè cras-  
lescere queunt: quae sunt cõmunia aquae  
& terrae, beneficio caloris crassescunt: quo-  
niam scilicet aqua euanescente per vapo-  
res remanēt partes crassiores. Sed uinum  
est species aquae, nullam aut leuissimam  
(vt dicebat Gal.) mixtionem cū terra ha-  
bens: ergo nõ potest beneficio caloris in-  
terni crassescere. Quod autè sit aqua, cla-  
rissimis verbis scriptū reliquit Arist. cū di-  
xit, uinū esse speciem aquae, instar vrinae  
& feri. Si ergo est terrae expers, qui fieri  
potest ut crassescat, & in substantiã nutri-

A ti, quae alioquin viscida & crassa est con-  
uertatur. Quod nullo pacto fieri queat uis-  
cidum, demonstrari etiam facile potest;  
quia uisciditas acquiritur, quotiescūq; res  
crassae ulterius coquuntur, quemadmodū  
videre vniciuique uestrū licet in melle &  
faccharo, quae si longius coquantur, fiunt  
lenta & tenacia: sunt etiam viscida mix-  
tione terrae, aquae, & aeris, quia opera ca-  
loris ita miscentur simul, vt aer continea-  
tur inter corpora humida & terrea. Sed  
uinum tamen aere plenum constitui po-  
test, cū sit species aquae, & terrae expers,  
fieri non potest, vt acquirat illam uiscidi-  
tatem, vt ob hoc nullus medicus inuenia-  
tur, qui uino tribuerit uisciditatem, quan-  
do potius eo ad ipsam alijs adimendam  
uti consueuerunt. Nunc luce meridiana  
clarius est, quod cum uinum purum & ue-  
rum non acquirit tantam crassitiem & uis-  
ciditatem, ut conuertatur in partes soli-  
das, non posse in earum substantiam con-  
uerti, nec uerè nutrire. Hanc ueritatē cum  
cognouisset Galenus, ubi summa cum di-  
ligentia totam nutritionis fabricam tra-  
ctat, omniumque nutrientium exemplum  
dat, animalium, plantarum, aliorumq; nu-  
trimenti uini, nullam mentionem facit:  
aequū sanè erat illius eo in loco quoque  
meminisse, si putasset, uinum verè, & pro-  
priè nutrire. Imo videte quae scribit in fi-  
ne eius libri, vbi disputas aduersus Lyēū,  
ait, totum id quod bibitur, excerni per vri-  
nam, excepta exigua quadam portione,  
quae per sudorem, vel per insensibilem  
transpirationem euaporat. cur non dicit,  
relinqui exiguū ad nutrimentū si nutrit?  
Atq; haecenus ex rei natura differuimus,  
reliquum est, vt breuiter videamus, quid  
experientia doceat. Nunquam aliquem  
solo uino diu uixisse, à nemine auditum,  
vel lectum est, cum uerò aliqui referantur  
solis herbis, aliqui solo lacte uictitasse; si  
uinum nutriret, aequum etiam esset, illo  
solo posse homines uiuere. Neq; ualet, exi-  
guū nutrimentū uinū afferre, ac propterea  
non posse solo uino quenquā uiuere; quan-  
do quidè etiam herbae parum nutrimen-  
ti asserunt, & tamē ijs solis saepe homines  
uita sustentasse legimus. Sic Alex. Aphrod.  
vel potius Trallianus, quaerēs, cur febrili-  
tibus, in uirium languore uinū exhibeamus,  
inter cetera memoria digna illud habet,  
Home-

Gal. 1. de fac.nat.

Gal. 1. de fac.nat.

Lib. quar- to Meteor. cap. nono, decimo, & li. de sens. & sens. ca. de sapor.

Arist. li. 4. Meteor. cap. 5.

Homerum semper praepone solitum  
panem uino, quia panis sine uino nutrire  
potest; uinum autem absque pane, nequa  
quam hoc namque explicatissimis uerbis  
in graeco illius loci contextu legitur: ta-  
meti in Latino nescio qua ratione desi-  
deretur cum alijs nõnullis. Vt propterea  
etiam nomine panis, semper uictum & ali-  
mentum intelligamus, nunquam uero sub  
nomine uini: ita enim panem quotidianū  
precamur a Deo, quasi cibum, nõ uinum  
precemur. Et hinc est quod Propheta  
spalmarum scriptor dixit, uinum laetific-  
care cor hominis: de pane, corroborare.  
Quare iam & ratione & experientia pro-  
batum esse a me abundè satis, arbitror, vi-  
num haudquaquam nutrire posse per se,  
& ex sui natura.

Consultatio argumentorum aduersario- rum. Cap. V.



ED non sufficit stabilire veri-  
tatem alicuius dogmatis, nisi  
quoque ea quae sunt contra-  
ria fundamenta diruamus, qua  
re iure sequitur, vt ea quae huic ueritati  
repugnant, iam prosteramus, quae quo-  
niam plurima sunt, aliqua dumtaxat pro-  
ponam, quae maioris sunt momenti, & cū  
quibus reliquum contradicentiū agmen  
facile propelli possit. Et quia Critici om-  
nes maximi semper faciunt autoritates  
virorum in quaque scientia facile princi-  
pium, primum argumentum hinc sumen-  
dum esse duco. Hippocrates duo scribit,  
quae maxime facere uidetur ad stabilien-  
dam eorum sententiam, qui uinum nutri-  
re afferere audent, quando scribit, uinum  
aliquibus nutrimentum, aliquibus nõ nu-  
trimentum: praeterea dicit idem, quod  
vbi cibo reficere oportet corpora, cibo  
utendum esse; vbi citius, uino; quando ue-  
ro quàm citissime odore. Plato etiam me-  
moriae proditum reliquit, sub persona  
Socratis, uinum datum esse hominibus, vt  
animus pudorem contraheret, & malorū  
obliuisceretur, atque corpus robustum  
fieret. Cornelius Celsus, elegantissimus  
medicinae scriptor dicebat, uinum vetu-  
stum & uehemens esse ualentissimi nutri-  
menti, uel (ut uis uerbis utar) uehementis

Libro de alimento.

Plat. de legib.

Celsi lib. 2. cap. 8.

A materiae. Galenus mille in locis dicit nu-  
trire. Athenaeus ex sententia Homeri re-  
statu uinum Pramnum maximè nutrire.  
Adeo vt haec sint uirorum probatissimo-  
rum testimonia quibus probari uideretur,  
uinum nutrire. Secundum argumentum  
aduersariorum, ab experientia deriuatū  
est: quia ubi quispiam in syncopen labi-  
tur (quae est praecipuus uirium lapsus) Me-  
dicus nullum magis praesentaneum rep-  
perit remedium, quàm exhibitionem ui-  
ni, itaque si cito reparat uires, aequum est  
existimare nutrire. Auerr. etiam scribit  
Saracenis ex lege ueritū fuisse uini usum,  
sed indulsisse legem, quando aliquis in  
syncopen incidere, posse eo liberè uti.  
Tertium illorum argumentum est, uinum  
depellit famem, fames est indigentia nu-  
trimenti, ergo non potest uinum sedare  
indigentiam nutrimenti seu famem, nisi  
quia affert alimentum. Quod uinum fa-  
mem sedet Hippocrates locupletissimus  
testis est, qui scribit, uini meri potio, sanè  
soluit. Quartum & postremum argumen-  
tū est, bibaces omnes multo facilius pin-  
guescere, quàm edaces, & reuera ita se-  
res habet, ut qui parum bibant, gracilio-  
res sint. Quod uerò uinum pinguefaciat,  
Aristoteles testatur, cum scribit etiam bo-  
ues usu uini pinguescere. Quapropter exi-  
stimandum omnino est, uinum uerè ad-  
imentum esse, & nutrire. Multa alia argu-  
menta sunt, sed plura non asseram in me-  
dium, quia ubi his resposum a me fuerit,  
spero alijs etiam responsum iri. Ad primū  
argumentum mea igitur, ut redcat oratio,  
multo ualidior est ratio & rei natura, quàm  
authoritas, quae credulos saepe perdit.  
Sed ponamus etiam illos uerum dixisse,  
dico tamen duplicem esse notionem  
nutrimenti, quod uerè & propriè in sub-  
stantiam solidam ueritur; uel quod non  
sua natura conuertitur in corpus nutritū,  
sed famulatur nutritioni, & quod perdu-  
cit nutrimentum ad partes nutritas. Ita  
dico uinum nequaquam conuerti pro-  
pria substantia in nutrimentum, vt audiui  
stis, sed maxime famulari ad affigendum  
nutrimentum ipsis partibus nutriendis. Et  
hoc est quod Hippocr. nos docere uoluit  
illo magno oraculo, cum ait, ὑπόδ' ἔχουσιν  
τροφῆν, hoc est, humidum alimenti uehimen-  
tum: non dicit esse nutrimentum, sed nu-  
trimenti

Auerr. 7. collig. cap. 16.

Hipp. lib. 2. aph. 21.

Arist. 8. de hist. anim. cap. 7.

In me de 1. de ali-mento.



Gal. 4. de vi. part. ca. ult.

Gale. 2. apho. 11. 3. de al. fac. cap. 40. Gal. in ex. positione. lib. 2. aph. 11.

trimenti vehiculum. Et quod hoc etiam sit verum, videte Galenum qui cum verba faceret de vsu potus in omnibus animalibus, scripsit, propterea necessarium esse omnibus animalibus potum, vt esset alimentum vehiculum. Si nutrimentum penetrare posset omnes anfractus & cauer-nulas nostri corporis, non opus esset potu. at quia illud facere non potest, hinc maxima oritur potus hoc est vehiculi alimēti necessitas, atq; summus vsus. Sed video statim aliquem esse dicturum, hoc quidē forsan verum esse, de uinis tenuibus, sed de crassis minimē: quia haec nō penetrāt, & tamen dicit Galenus vina crassa maxime nutrire. Huic etiam facile responderi potest, uina crassa maxime penetrare: videte Galenum qui cum docere uellet, quid Hippocrates per potum intelligat, quando scribit, facilius esse repleri potu, quam cibis, dicit duntaxat eas materias potus, intelligere, quae sunt aptae ad nutriendum; & addit, vina crassa non nutrire ut solidos cibos, sed celerius penetrare, seu distribui: comparans enim cibos & uina crassa inter sese, inquit, uina crassa esse magis uehicularia ciborum, quia cum sua crassitie perducant nutrimentum ad partes nutriendas, illud magis ipsae partes retinet, & ut melius adhaereat, & affigatur, faciant. Quamquam dicere possumus, uina crassa non esse pura uina, quia non inebriant, & sunt repleta corpusculis crassis: quemadmodum nullus diffusetur, uas nutrire, propter partes eius crassiores. Quare dicere etiam licet, uina crassa non nutrire, vt uinum, sed propter partes crassas, alienas omnino a natura uini, secundum quas etiam dici potest uinum conuerti in sanguinem, non autem secundum liquorem illum, qui proprie uinum est; Quod autem scribit Hippocrates in libro de alimento, uinum alijs esse nutrimentum, alijs non esse non parum facit ad cognoscendum minime illud esse uere nutrimentum, si quidem id quod uere, & proprie est tale, semper, & omnib. est tale, vt omnis Philosophantium schola attestatur, ex quo perspectum vnicique esse potest si uere aliquibus uinum esset nutrimentum debere esse omnibus, quomodo autē id fiat alios nutriat, alios uero minime & facile, & perspicue comprehenditur, si quemad-

modum decet statuatur ijs esse nutrimentum, quibus intus materia alimentalis parata est, eos uero non alere, qui eam paratam non habent; quoniam in illis nutrimentum paratum ad partes nutriendas peruehit, in his uero nequaquam. Quod uero dicunt nonnulli eius loci interpretes iuuenibus nocere ob caliditate alijs uero prodesse, quasi sic Hippocrates sit intelligendus: meru infomnium est, eo quod de uino ut alimentum, non ut remedium, uel medicamentum est loquatur praeter quam quod cum ibi loquitur de lacte, & carnibus, non eo modo loquitur, quo de uino; nisi quod de lacte, uidetur uelle pro diuersa ipsius natura, aliquibus esse alimentum; scilicet quando plus casci inest, aliquibus non esse, quando, scilicet plus feri. Et de pane haud simile sermonem habuit quoniam is uere nutrimentum est. Ad secundum illorum argumentum, dicendum est, tantum abesse, ut repugnet huic sententiae, ut magno opere etiam faueat. Si enim quidquam debet uere nutrire, quot alterationes patiatur necesse est: in ore, ventriculo, iecore, uenis, deinde in partibus solidis ipsis, ubi debet incrasari, apponi & assimilari, quae omnia ut fiant, non pauco tempore egent. Quomodo ergo fieri possit ut uinum tam cito reficiat uires, nutriatq; non uideo sane; hoc equidem non me fugit, spiritus & calorem natium in syncope ferē extingui: & uinum sustentare calorem natium, spiritusq; recreare, in uentre enim uinum statim in uapores conuertitur, quibus recreantur spiritus, non nutriuntur, & fabulae sunt omnium eorum qui dicunt spiritus uere nutrirī, cum tamen anima uegetante careat. Sed quid de fame dicemus, quam uinum soluere prodidit Hippocr. Pro hac dubitatione nullum alium testem appello, quam Galenū, ipsum, qui inquit in explicatione aphorismi pro fame non intelligi inopiam nutrimenti, quia, inquit haec potius augetur a uino, sed *θαμνεν*, id est, famem caninam, quae oritur a frigore inteso & aciditate humoris osculo uentriculo impacti, illudq; corrugante: haec fames quae oritur a frigore curatur reuera uino, ut remedio calefaciente, contrario, non ut nutrimento. Erat postremum argumentum, animalia omnia pinguescere ma-

Li. 2. aph. 21.

Theophr. li. de caus. pl. 6. 14. Plutarch. in quaest. nat. 3.

re magis uino; pinguescere non possunt nisi uinum conuertatur in nutrimentum, ergo uinum nutrire existimari potest. Respondeo, uinum quidem multum conferre ad pinguedinem & carnem producendam, non quia conuertatur in substantiam partium, sed quia maxime affigat alimentum partibus nutriendis: nam quid est quod magis pinguefaciat animalia, quam sal tamen scribit Theophrastus sallem nullo pacto nutrire. & Plutarchus dicit Apollonium Herophili discipulum consueuisse emacratos pinguefacere saltem non alia de causa, quam quod sal perducatur alimentum ad partes nutriendas, & tanquam cunctis quidam (vt Plutarchi uerbis utar) apponat & affigat ijs nutrimentum: unde ob hoc haudquaquam dicendum est uinum uere nutrire. Imo, ut illud etiam obiter addam, male fecissent Theologi, & conscientiarum patroni, quando uoluerunt a quouis copioso potu uini, haudquaquam ieiunium frangere, si uinum nutriet, quemadmodum plerique putant. Sed quid respondebimus ad Galenum ubiq; dicentem uina nigra & crassa multum nutrire: haec enim nulla ratione uidentur dici posse, esse uehicularia nutrimenti, alioquin tenuia cum magis atque citius penetrent, alimentumq; prius paratum & promptum distribuunt, iure magis nutrire, quam crassa dicendum esset, secus quam saepius docet Hippocr. Huic ut satisfiat, sciendum est uinum essentiam, quae solae alimentum, indicat, in spiritus quidem quadam tenus, sed potissimum, in carnosos & solidos partibus positam esse: unde sustentari & refici uires dicuntur, cum huiusmodi partes conseruantur & augmentur, ueluti illae ruunt, & labuntur, quando hae destruuntur. Iam cum solida foueatur a calore natium, fit, ut quae spiritus recreant, & calorem natium, quodammodo augent, solidas conseruare, & quodam pacto nutrire dicantur. haudquaquam tamē uera est nutritio, nisi id quod nutrit in carnosas & solidas partes conuertatur, hae enim cum animatae solae sint uere nutriuntur, & alimentum indicant. Nunc uero uinum crassum & nigrū spiritus & calorem natium magis recreat, quā tenue: propterea dicitur magis nutrire, etsi minime in substantiam solidarum &

carnosarum partium conuertatur, quae uera est nutritio: nam quantumcunque uinum sit crassum semper toto genere, est aqua, atque hinc fit ut qui cardiaca laborant, quemadmodum dicebat Seneca, & qui labuntur in animi deliquium sumpto uino cito redeant, quia spiritus in quibus uires collocantur ab eo ut dixi celerime reficiuntur. Videtis ergo quot, & quibus fundamentis haec sententia firmiter innixa maneat. Coeterum quaerere aliquis uestrum posset, an igitur uini nullus est usus? Ego sanē ualde amplector, ea quae sanctissimi olim sapientesq; uiri posteris memoriae proditum reliquerunt, inuētum, scilicet fuisse uinum tempore Noe, quia natura aquarum erat ualde corrupta, ad opitulandum humanae naturae imbecillitati, non damno, rectum usum uini, sed ab usum: quia plerique cupientes uinum patrociniū deliciarum, ut dicebat Celsus, ponunt in accusatione non merentis stomachi. Prodest languido stomacho, caloriq; refocillando, imo etiā nutriendo, praesertim in ijs, in quibus nō fit facile ciborum distributio; alijsq; plurimis: quae quorum ab alijs innumeris copiose & eleganter scripta sunt, & nota factis, nūc commemorare superfedeo. Illud tamen adijciam haud male forsan Pliniū auctorem grauiissimum iudicasse ubi scripsit a uini inuentione illud unum nos fuisse lucratos, ut etiam non sitientes bibamus: Haec autem non iccirco discepraui ut ueluti dogmata, aut praecepta studiofis artis proponerem, sed potius, ut nobilia, atque ab affectibus libera ingenia in ijs examinandis, ueritate que inuenienda certarent. Quod enim Galenus de Atchi gene summo illo medico dixit: *αδύνατον γαρ ἀνδρῶτων ὄντα μη διαμαρδάνειν ἐν τοῖς ποδοῖς* scilicet fieri non posse, ut qui homo est, in multis non erretur etiam de Galeno, & alijs plerisq; dici nequeat? nisi forsan unum Hippocratem excipiamus quem Celsus dixit nec fuisse fallere, neque falli: & quem aut idem quod probaui, sensisse, aut saltem non dissensisse facile intelligunt, qui in eius doctrina non oscitanter sunt uersati.

Cels. lib. 8. cap. 8.

**Q**UANTUM fatis superq; probatum a me iam esse arbitror, quoniam nullo modo nutrire, offert sese occasio dubitandi, utrum aqua, ut alimentum possit nobis aliquam utilitatem praestare, necne: quia utrumque non exiguis autoritatibus, rationibus & experimentis constantiter asseritur. Et (ut antiquioribus exordium sumam) Homerus, non existimavit solum aquam nutrire, sed *τροφιωτατον* esse dixit, hoc est, (ut verbum verbo transferam) nutrientissimam, Veteres Hebraei (quemadmodum saepissime habemus apud Psalmistam) fuerunt quoque in hac sententia, aquam nutrire: Imo verò hoc tempore, cum a caeteris cibis abstinendum sibi omnino esse putant, aqua nunquam utuntur. Aegyptij credunt aquam Nili maxime nutrire, quod olim Moyses conuerterit aquam in sanguinem, qua opinione etiam Hebraei moti, abstinere hodie ab ea, quando ieiunare instituerunt. Sed dimissis his testimonijs, videamus quid dicat Hippocrates noster; Hic enim docet, quemadmodum corpora nostra constituantur ex igne, & aqua, quid utrumque praestare possit, subiungit, dicens, ignem omnia mouere, aquam verò nutrire: ut apertissimis uerbis videatur testari, aquam nutrire. Idem alijs proponens, ea quae robur corporibus nostris praebent, enumeravit panem, carnem, & aquam etiam: ut non solum videatur sensisse nutrire, sed etiam robur addere. Post Hippocratem fuit etiam Aristoteles huius sententiae; qui quaerens causam, propter quam corpora nostra magis alterantur ab aqua, quam ab aere, hanc inter alias commemorat, quod ab aqua nutriamur, non ab aere; quasi nutrimenta nos maxime alterent, non autem ea quae extrinsecus accedunt. Idem alijs locis testatur, ubi cum docet aquam commutari in vinum mixtione, colligunt interpretes, vinum cum aqua nutrire. Post Aristotelem fuit elegantissimus Celsus, qui commemorans ea quae sunt minimi alimenti, ponit etiam aquam: non negat esse alimentum, sed dicit exiguum admodum alere. Plutarchus quoque disputans, cur aqua dul-

Hipp. lib. primo, de diact.

Hipp. lib. de affect.

Arist. prima sectio, probl. 3.

Arist. primo, de hist. anim. ca. 1. & 8. eiusd. ca. 2.

Cel. lib. 2. ca. 18.

Plut. in q. n. r. no 16 ge a prin.

**A**ci nutriantur plantae, & non falsa, manifestissime prouit nutrire, quemadmodum etiam ubi quaerit, cur aqua puteana minus alat, quam fontana, vel coelestis. Sed prae coeteris habemus Theophrastum, qui probauit aquam nutrire, quod pisces, atq; etiam cicadae ea alantur. Adeo ut si auctores antiquos videamus, non desint qui censent aquam nutrire. Et inter posteriores Cardanus manifestissime hoc probare conatus est. Sed praeter auctoritates, sunt quoque plurima experimenta; Albertus Magnus non contemnendus auctor, narrat sese vidisse melancholicum, quendam, qui multis mensibus & annis sola aqua vitam sustentabat: id quod etiam memoriae mandauit Celsus Rhodoginus de quadam puella, quae diuissime sola aqua uixit. Praeter experimenta, sunt etiam rationes: quarum ea est una, ab omnibus fere sectatoribus huius sententiae proposita, quod ex ijs nutriamur, ex quibus constat, sed ex aqua constat, ergo ex aqua etiam nutriamur? Praeterea, si ex aere nutriamur, multo magis ex aqua alimur; quia si expendamus naturam corporis nostri, magis ea similis est aquae, quam aeri. Quod autem aere nutriamur, Theophrastus manifestissime dixit, quinimo Galenus noster etiam apertissime docuit, nos aere nutrir. Igitur satis clarum esse puto, ex sententia Veterum, ex rationibus, atque experimentis, aquam nutrire. Ex altera tamen parte non desunt neque rationes, neque etiam auctoritates. Et primum Plato demonstrans quae sunt illa externa, quibus corpora nostra, ingenia, & mores mutantur, inquit esse alimenta, & aquas. Ex quo discursu perspicue elucet, Platonem aquam ab alimentis separasse. Aristoteles quoque scribit, aquam nullo modo crascescere, sed si aqua non crascescit, ergo non potest nutrire: quia cum nutriantur partes solidae, in quibus solis anima est posita, operae pretium est, ut alimentum assimiletur, agglutinetur, & tandem conuertatur in substantiam nutriti, hoc fieri non potest, nisi illud quod nutrire debet, crascescat. Galenus pluribus in locis uidetur attestatus esse, aquam minime nutrire posse. Sed post Galenum, Aui-

Theophr. libro 2. de plant.

Card. com. ad lib. de aer. aq. Hipp.

Alb. Mag. lib. de ani.

Celsus Rhodog.

Theophr. 2. de caus. plant. c. 3. Gal. de v. resp. c. 1.

Plat. li. 5. de leg.

Aristot. 4. meteo. & li. 8. sen. & sen. cap. de sapore.

Gale. 4. 2. pho. 13. & 4. de usu. part. c. 7. Auic. 2. 1. doc. 2. c. 16

**A**ceps, dicit aquam minime nutrire. Et praeter haec testimonia habemus etiam aliquas rationes; quarum illa prima est, quod nullum simplex nutrit, sed aqua est corpus simplex, igitur aqua non nutrit. Praeterea si aqua nutrire, operae pretium esset, ut quilibet homines possent sustentari sola aqua, sed hoc falsissimum est, quia vix aliqui reperiuntur, qui possint sola aqua uitam sustentare, ergo uero simile est, non posse nutrire. In hac controuersia fuerunt nonnulli qui dixerunt, rem hanc ita esse definiendam; quod partes solidae, solidis spiritus aere; humores aqua nutriantur. Sed miratus sum hanc hominum aliquorum desipientiam, quia fieri nequaquam potest, ut nutriatur illud quod anima caret, nutritio enim opus est animae vegetantis: humores & spiritus carent animae, quare quis vel mediocris ingenij potest in hanc sententiam venire, ut dicat humores aqua, & spiritus aere nutrir? Neque valet quod ex Galeno, & Theophrasto pro se afferit, quia ea nutritio de qua illi loquuntur, non est uera, sed ficta, & simulata nutritio. Alij vt hanc difficultatem soluerent, dixerunt aquam nutrire quidem, sed difficulter, & nutritionem illam esse insensibilem. Sed haec solutio mihi nunquam probari potuit, quia omnis nutritio, quaecunq; sit, est sensui immanifesta, sola ratione perceptum opus, nec cognoscimus quemquam sensu adulescere, nisi post ipsam naturae actionem. Praeterea Medici sunt artifices sensati, qui sequuntur res euidentes. Quid igitur dicendum est? Puto ego hanc rem dupliciter determinari posse, unus modus est, qui a Rondeletio proponitur, aquam esse simplicem & mixtam simplicia, impossibile est nutrire quidquam mixtum; sed mixta, ita pisces simplici aqua non nutriuntur, sed mixta. Et homines etiam si debent nutrir aqua, mixta sit oportet. Alius modus respondendi est & uerior, aliud esse uerè nutrire, aliud inferuire nutritioni. Aqua uerè non nutrit, quia si unum minime potest assimilari, ut docui multo minus aqua nutriet, quae semper attenuatur; quia aqua calida, minus grauis est, quam frigida, quod signum est aquam calidam attenuari. Sed potest quidem aqua

Rondelet. lib. de prec. cib. cap. 13

**A** inferuire nutritioni, idque tribus modis: primus est, quia (ut Erasistratus dicebat apud Plutarchum, aqua est ueluti uehiculum alimenti: perducit ad partes nutriendas alimentum, & dicebat Hippocrates *οχημα δ' οχημα τροφης*: hoc est humiditas, uehiculum alimenti & Galenus dixit hac de causa potum esse elargitum animalibus, ut esset uehiculum ciborum atque alimentum. Alius modus est, quod aqua colligat, & attenuat cibos ipsos solidos: plerumque enim animalia uescuntur cibis solidioribus; qui, ut nutriant, opus est, eliquescant, & in succum & sanguinem conuertantur. Tertius modus est, quia praeparat, disponit, aptaque reddit corpora nostra ad suscipiendum nutrimentum, ut possit adhaerere; non secus ac fabri murarij irrigant muros aqua, ut calx magis haereat: continuo enim motu & calore exciccantur corpora nostra: irrigat itaque ea aqua, ut facilius adhaereat alimentum. Hanc rem cum tractaret Plutarchus, tria dicit sempiterna memoria digna: primum est, aquam utilem esse ad distributionem tum ad dispositionem & aptitudinem corporibus ingenerandam ad suscipiendum alimentum. Secundum est: famescerent, si lauentur in aqua famem pelli, quia corpora ipsorum arida sunt, itaque alimentum quod est paratum conuerti in partes solidas, cum irrigatur, statim apponi. Tertium quod dicit, est, *τοσ αποικαρ τροφης*, hoc est illos qui firmiter sibi proposuerunt seruare inedia, ut diu sustentari possint, solo aquae usui indulgere, & tam diu protrahere vitam, donec alimentum illud quod paratum erat ad agglutinandum, totum fuerit consumptum. hinc colligere facile est, cur aliqui sola aqua diutius protrahant vitam, quia, si protulit illud alimentum collectum iam antea est corpus viscidum, crassum, & copiosum; diutius uiuunt: quod quando finit, vitae finis statim subsequitur: aquae autem usum facere, quo minus celeriter paratum illud nutrimentum absumatur, sicque nutrire uideatur, certum lucernae experimentum docet, in qua si oleo paullulum aquae immisceatur, proculdubio diutius protrahitur, nec tamen ipsa flammam alit, sed conpescit, ne ita cito oleum depascatur.

Plut. in q. nat.

Hipp. lib. de alim. Gal. li. de fac. nat.

Plutarch. 6. li. prob. 3. circa fi.

